7.a.4.19.



44

7 a 4 - 15.

del Collegio de la Comp.ª de Jesus de Granada

R. 5157

ANTILVTHERVS IVDOCI CLICHTOVEI NEOPORTVENSIS, DOCTORIS THEOLOGI, TRES LIBROS COMPLECTENS.

¶ Primus, contra effrenem viuendi licentiam, quam falsò libertatem Christianam ac euangelicam nominat Lutherus: ostendit ecclesiam sanctã & eius præsides, constituendarum sanctionum (quæ obligent populum Christianum: & transgressores, peccati mortalis reos esse definiant) potestatem habere.

¶ Secundus, contra abrogationem missæ, quam inducere molitur Lutherus: demonstrat distinctos officiorum gradus ac ordines esse in ecclesia, non omnes itidem Christianos esse sacerdotes, & sanctissimum eucharistiæ sacramẽtum quod in missa consecratur: esse verum sacrificium.

¶ Tertius, contra eneruationem votorum monasticorum, quam inuehere cõtendit Lutherus: declarat religiosorum vota, etiam perpetua atq; pro toto vitæ curriculo recte fieri, idq; viuendi in monastica disciplina institutum: summopere esse commendandum, & approbandum.

PARISIIS.
Ex officina Simonis Colinæi.
1524.

Cum priuilegio.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA GRANADA

Extraict des registres de parlement.

Sur la requeste baillee a la court par Simon de Colines/libraire iure en luniuersite de Paris/par laquelle il requeroit quil luy fust permis imprimer & exposer en vente trois liures particuliers/nouuellement cõposez par maistre Josse Clichtoue/docteur en theologie:contre aucuns des escriptz et erreurs de Luther & secte des Lutheriens/pour soustenir saine doctrine auec les constitutions & cerimonies de legliſe.Et que defẽses fussent faictes a tous/ne imprimer lesdictz liures iusques a deux ans apres ladicte impression paracheuee:affin quil se puisse rembourser des fraiz ql luy cõuiendra faire pour imprimer lesdictz liures.Veu par la court lesdictes requeste et liures/ensemble lacte contenant la declaration faicte par la faculte de theologie de ladicte Vniuersite: que lesdictz liures sont vtiles/ et pouoyent estre imprimez et exposez en vente. Et tout considere/la court a permis et permect audict de Colines/de imprimer et exposer en vẽte lesdictz trois liures a pris raisonnable.Et fait defenses a tous imprimeurs/libraires et autres/ne imprimer lesdictz liures ne en exposer en vente/autres que ceulx qui seront imprimez par ledict de Colines/iusques a deux ans prochainemẽt venans sur peine de confiscation desdictz liures imprimez & exposez en vente contre ces presentes defenses/et damende arbitraire. Faict en parlemẽt le troisiesme iour de Juing.Lan mil cinq cens vingt quatre. Ainsi signe

De Veignolles.

SPLENDIDISSIMO VIRO, PARISIENSISQVE SENATVS GRAVISSIMO PRAESIDI, CAROLO GVILLIARDO: Iudocus Clichtoueus Neoportuensis, theologiæ professor, licet indignus, felicitatem ac salutem æternam exoptat.

APOSTOLORVM PRINCEPS PETRVS in secũda sua canonica epistola futuros esse peruersorum dogmatũ authores, fidelibus CHRISTI cultoribus, æquissime Præses, denunciauit his verbis. In vobis erũt magistri mendaces: qui introducent sectas perditionis. Et multi sequentur eorum luxurias: per quos via veritatis blasphemabitur. Quod sane spiritus sancti afflatu prolatum vaticinium: tum à principio nascentis ecclesiæ in Ebione, Cherinto, Marchione, & cæteris illius seculi hæresiarchis, est completum. tum etiam per totum deinceps eiusdem ecclesiæ hic adhuc in acie consistentis decursum, ad nostra vsq; tempora: multifariam dinoscitur & in diuersis hæreseos fatoribus esse comprobatum. tum maxime hac nostra tempestate: in Martino Luthero atq; assectatoribus eius, conspicitur locum & veritatem habere. ¶ Siquidẽ (vt cæteras ipsius insanias, improbásq; assertiones: ab alijs scriptoribus abunde cõfutatas, prætermittã) ipse Lutherus, tribus supra modum pestilentibus libris suis: triplicem ecclesiæ statũ (quem professus fuerat) molitur euertere, ac penitus confundere. Primo Christianismũ: ab eodem in baptismo susceptum. cum in opusculo suo, de libertate Christiana mendaciter inscripto, astruere nititur, ipsos ecclesiæ catholicæ moderatores nullam habere potestatem condendi aliquas constitutiones: quæ populum Christianum obligent sub propriæ salutis iactura, ad earum obseruationem. neminémq; obstringi ad quippiam agendum: nisi quod aperte in euangelio fuerit expressum. Secundo idem demoliri studet ac exterminare statum sacerdotalem: quem tamen sacris initiatus susceperat. cũ in libro, de abroganda missa priuata, titulum præferente: contendit inter cætera, Christianos omnes cuiuscuis sexus & ætatis, esse sacerdotes. & sacratissimũ CHRISTI corpus ac sanguinẽ, in missæ officio oblatũ. nequaq̃ esse sacrificium. Tertio monasticæ vitæ professionem (quam tamen, vt scribit, ante subierat) idem conuellere laborat ac subuertere: cum in libro suo de votis monasticis denominato, totus debacchatur in regularem religiosorum obseruationẽ, votorum perpetuã stabilitatem damnat: illudq; viuendi institutũ cum suis authoribus, acerbissimis insectatur conuicijs. Nonne igitur merito videtur ipse Lutherus, numero magistrorum illorum mendacium ascribendus: de quibus in spiritu præ- 2. Petri. 2

nunciat beatus Petrus, q̃ introducturi sunt sectas perditionis? Nec mi
nus id completũ (proh dolor) videmus: q̃ multi inebriati vino fornica-
tionis eius, qua tanctam deseruit ecclesiam: secuti sunt perditissima eius
dogmata ac insanam libidinem, q̃q; per eos assecias: via veritatis mul-
Iudicũ. 15 tifariã est blasphemata. Sic enim vulpium caudis alligatæ faces, opera
Samsonis: ambusserũt innoxias Allophilorum segetes. & hæreticorum
2. Timo. 2 sermo, teste deiloquo Paulo, serpit vt cancer: syncæra corripiẽs. ¶ Cæte-
rum huic triplici cladi, Christianæ reipublicæ maiorem in modũ exitia-
li, aliquãtulum remediũ me allaturum sum arbitratus: si tribus identi-
dẽ machinis oppositis, hæc triplicia satanæ castra pro facultate mea ad-
oriar, oppugnẽ, & subuertere annitar. Quarũ prima, pernicioſam illã
libertatem impetat: quã subdole ac vafro ingenio Christianã & euange
licam appellat. Secunda, sacerdotij in omnes cõmunicationẽ impugnet:
& vnicum illud ac verum euangelicæ legis astruat sacrificiũ. Deniq; ter-
tia, solutionẽ votorum monasticorũ relaxationẽmq; diruat: eáq; in totũ
vitæ tempus fieri posse, perpetuóq; obligatoria comprobet. Et id quidẽ
adiutore deo, tribus huius operis in Lutherũ elaborati libris, aggredi
conabimur: qui prædictos tres eius libros excutiãt, ac confutẽt. ¶ Por-
rò contendent forsitan nonnulli, hanc operam à me nequaquam suscipi
nunc debuisse: qua in Lutherum hanc triplicem instruam aciem litera-
riam. quòd iam pridẽ literis apostolicis piæ memoriæ Leonis decimi,
superioribus annis summi pontificis: damnati sint libri Lutherani, &
in lectionis vsum assumi prohibiti. Accessit illi & rectissima facultas,
sacræ theologiæ, Parisiẽsis (cuius & ipse, licet immeritus, sum alum-
nus) determinatio, exactissimaq; cẽsura: eosdem libros publico incendio
dignos definiens, ob multiplices & intolerabiles in eis contẽtos errores.
Demum & id, non modicum eidem rei pondus adijcit: q̃ iam dudum
grauissimo curiæ Parisiensis senatusc̃sulto, ac publico regię maiestatis
edicto, inhibita est vniuersis quorũuis librorum Lutheri lectio & vsus:
quinimmo omnes vindicibus flammis absumi sub seueríssima intermi-
natione sunt iussi. In hac autem quantulacunq; elucubratione, sopitas
videbor excitare fauillas: ereptósq; ignibus libros eius, iterum proferre
palàm. cum rursum verba ac sententias eiusdem reuocabo in omnium
conspectum: cunctorúmq; oculis obijciam damnatas ipsius assertiones.
quibus fortasse infirmi lectores trahi poterunt denuò in errorem: perpe
rámque agendi occasionem arripere. ¶ Verum hæc obiectantibus: ita
paucis satisfacere tentabimus, id primum afferentes: decreto illo apos-
tolico, cœtúsq; theologici sententia, necnon mandato senatorio, regióque
præconio, interdictam esse lectionem librorum Lutheranorum, senten-
tiarúmq; in eis contentarũ adductionem: quæ fiat ad assertoriam illorũ
approbationẽ. non autẽ eam: quæ fieri possit ad improbatoriã eorũdem
conuulsionẽ. Neq; enim præcludenda cuiq̃ est via confutandæ falsitatis

hæreticæ, aut astruendæ veritatis: quam elucidantibus, vita æterna re- Eccl. 24
promittitur. Qui autem possent hæreticorum dicta confutari, & oppo-
sita illis comprobari veritas: nisi illa afferantur in medium, palámque
producantur? Nihilo certe magis: q̃ condemnari queat iuste, reus furti
aut parricidij: nisi crimen eius proferatur in iudicium, & testibus fi-
de dignis conuincatur. Sane in sacrosanctæ synodi Constantiensis ses-
sione octaua condemnati fuere libri pestiferi, Ioannis Vicleſi: vltricibúsq;
flammis addicti. cum seuera prohibitione, ne quis postea illius
opera legeret: aut ex eis depromptas sentẽtias in authoritatem assume-
ret. Nihilo secius venerandus pater, eruditionéq; clarissimus, Thomas Thomas
Vvalden, Carmelitani ordinis in Anglia tum prouincialis: in duobus Vvalden.
illis luculentis operibus, contra Vicleſum & eius assecias accuratissime
cõpositis, & nuperrime apud Lutetiam Parisiorũ in lucem æditis: vno
de sacramentis inscripto, & altero de sacramentalibus: dicta ipsius Vi-
cleſi, ex libris eius desumpta, in cuiusq; ferme capitis initio affert in me-
dium. quæ postea sanctorum patrum copiosis authoritatibus, validis-
simisq; rationibus acerrime contundit ac reuellit. Neq; mediocrẽ ea in
re meritus est laudem: tantum abest vt reprehensioni fuerit obnoxius.
Siquidem prius eiusdem opus, de sacramentis nuncupatum: à Marti-
no quinto tum summo pontifice, post diligentem recognitionem, cum
eximia commendatione est merito approbatum. Posterius vero, quod
de sacramentalibus inscribitur, eiusdem summi pontificis hortatu com
positum: sacræ facultati theologiæ in Parisiorũ academia visum est ap-
prime dignum, quod ab omnibus palàm lectitetur. Cur igitur non lice-
bit nobis & nunc in simili causa adducere sentẽtias Lutheranas & ver-
ba: vt postea fidelius atq; audentius improbentur? Neq; eo in negocio
præstatur cuiq̃ occasio offendiculi: quandoquidem adducta eiusmodi
vèrba Lutherana cum subiũcta protinus improbatione, nequaq̃ inquie-
nant lectorem: sed prodita eorum falsitate, potius cautiorem reddunt,
ne illorum inficiatur veneno, aut laqueis capiatur. Perinde atq; medi-
cus natiuæ virtutis herbarum gnarus, si oblatam herbam (vt cicutam)
dicat esse noxiam & virulentã: eo ipso verbo non inducit alios in illius
herbæ vsum, quin potius nequis ea vtatur, absterret omnes & reuocat.
Atq; vtinam nullorum amplius animis insideret Lutherana dogmata:
neminiq; mortalium essent cordi. Certe si ita se res haberet: leuaremur
hoc onere subeundi præsentem (cui accingimur) laborem. At vero quo-
niam formidandum est, nonnullos adhuc superesse: qui necdũ penitissi-
mis animi recessibus intimisq; penetralibus excusserũt omnino pestilen
tem illam doctrinã: sed tacito pectore eandem adhuc amplectũtur, exo-
sculãtur & approbant, non satis persuasi, eam esse peruersam: ad eruen-
dam hanc venenosam, imis terræ radicibus abstrusam radicem, cuius
herba prominens solo, acuta falce publici edicti est succisa: tridentem

hunc,& ſarculum trifurcum atque ligonem literarium apparamus.nihil declinantes à recta antiquorum patrum ſemita: qui damnatorum ab eccleſia hæreticorum(vt Manichæi,Arrij,Vigilantij, Eluidij, & reliquorum)ſententias, atq; ex libris eorum condemnatis acceptas rationes, ſuis paſſim inſeruerunt operibus confutatorijs: vt eas præſidio inuictæ veritatis fidentius eliderent. ¶Hoc autem noſtrum quantulumcunq; ſtudium,ampliſſimæ tuæ dignitati dedicandum cenſuimus:clariſſime Præſes . tum ob inconcuſſam animi tui in conſectandis priſcorum patrum veſtigijs ſolidítatem:qua,noua dogmata ab illorum recto tramite exorbitãtia,ceu virus letiferum ſemper exhorruiſti: non immemor prouerbij illius, apud Sapientem conſcripti. Qui diſſipat ſepem, mordebit eum colũber. Vbi ſepem,gloſſa interlinearis interpretatur inſtituta eccleſiæ. quæ ſi quis diſſipauerit, atq; inſolenter abiecerit: eum à diabolo,ſerpente antiquo & tortuoſo mordicus apprehendendũ perhibet. Tum etiã ob indefeſſam ad extirpandos Lutheranos cũ libris errores operã: in ſuprema Pariſiani ſenatus curia haud ſegniter abs te præſtitam, vt intemerata fidei ſyncæritas & illabefacta ſemper obſeruetur. Obnixeq; petimus,vt grauiſſimi tui nominis authoramẽto comprobes etiam apud omnes illorum demolitionem:à nobis hic elaboratam, ful cimentóq; ſacrarum literarum ac ſanctorum patrum,& rationibus non paucis vtcunq; ſubnixam. Quam vbi ſyncæra animi tui integritas acerrimo ſuo iudicio probauerit: ſperamus eandem & ab alijs facile probatum iri,& legentibus non modicum fructum allaturam. Vale,præſidium & dulce decus meum. Ex Pariſijs:anno ab incarnatione domínica viceſimoquarto,ſupra milleſimum & quingenteſimum.

Eccles.10

IVDOCI CLICHTOVEI NEOPORTVENSIS, DOCTORIS THEOLOGI, ANTILVtherus:tres libros continens. Quorum primus libertatem Chriſtianam, quam aſtruit Lutherus: euertit.eccleſiaſticáſq; leges recte conſtitutas eſſe:& cuiq; obſeruandas,edocet.

¶Quid Chriſtianæ libertatis nomine, itidem & eccleſiaſticæ: deſignatur apud Lutherum,& aſſectatores eius. Cap.I.

IN HOC OPERE, TRIPLICEM impietatis Lutheranæ aſſertionem adiutore deo oppugnaturi, tanq; munitionẽ trifidam, contra ſanctã dei eccleſiam(vt præfati ſumus) erectam: primum libertatis, non Chriſtianæ (quemadmodum appellat Lutherus)ſed penitus antichriſtianæ,funeſtam arcem adoriamur oportet: q; ex ea, tela venenata iaculetur hoſtis improbus in quoduis hominum genus,& quãlibet vitæ conditionem profeſſos:vtpote in laicos,in ſacerdotes,& in religioſos.cum peſtiferis ſuis ſuaſionibus inducere cunctos molitur in hanc ſententiam: vt tanq; pulli onagri, ſe liberos natos putent, nullisq; regulis eccleſiaſticis ſubiectos.non ſatis memor verborum beati Petri apoſtoli,admonentis ſaluberiter in deum credẽtes:q; viuant quaſi liberi,& non quaſi velamen habentes malitiæ,libertatem:ſed ſicut ſerui dei.quandoquidẽ Lutherana libertas(vti ſequens oſtẽdet ſermo)magnũ eſt malitiæ velamen & adumbratio: ſub pietatis prætextu in omnem prorũpens ſcelerate agendi audaciam. Quod vt paulò dilucidius euadat: quid nomine libertatis ſuæ Chriſtianæ inſinuare velit aduerſarius noſter, in ipſa preſentis libri frõte ante omnia adaperiendum eſt. ¶Itaq; libertatem Chriſtianam vocat Lutherus:laxiorem viuendi,ſine conſtitutionũ eccleſiaſticarũ obſeruatione: licentiam. q; eas dura ſeruitute populum Chriſtianum premere cauſetur, & graui iugo indigne onerare: præter CHRISTI legiſlatoris noſtri inſtitutum.A quo quidem iugo vt nos eximat(vti ait)Lutherus:libertatem hanc, quæ deſcripta eſt, altiſona tuba prædicat, amplectendámq; proponit.Similiter euãgelicam libertatem appellat: effrenatam vitæ conditionem,cum ſola eorum obſeruatione quæ ſacrum euãgelium aperte continet:cæterorúmq; omniũ ab antiquis patribus inſtitutorum repudiatione.q; hæc omnia dictitet,euangelicã illam libertatẽ in ſeruitutem detrudere:& dulci iugo CHRISTI (ad quod ſuper nos tollendum:dulciter ab eo inuitamur) prorſus aduerſari. ¶Verum ſub

1.Petri.2

Matth.11

nominibus iſtis ſpecioſis, pulchriſq; vocabulis (libertate inquam Chriſtiana,& euangelica) Lutherus tetrum occultat virus, letaleq; toxicum. vt eorum imagine ac pulchritudine capti: inuitentur ad iurandū in verba ipſius, incautiq; ineſcentur hamo in capturam iacto,& hauriant exitiale venenum. Haud aliter q̄ qui rebellionem excitare moliuntur in bonum ac legitimum principem, alioſq; ad defectionem ſolicitare: ſe pro libertate populi, iniqua (vt aiunt) principis dominatione oppreſſi, decertare iactitant, ſuoq; molimine bonum reipublicæ curare. vt hac ſpecie virtutis & vmbra (libertatis ſcilicet popularis,& boni publici) inducant aliorum animos in ſuas partes:& in ſuæ factionis conſortium pelliciāt. Eodem plane aſtu Lutherus, capitalis, eccleſiæ & infenſiſſimus hoſtis, ſeditioſam exuſcitare parans diſceſſionē totius populi Chriſtiani à regula & obſeruatione eccleſiaſtica, vt multos alliciat in ſuarum partium cōmunionem: ſuam improbitatē obuelat ſubdolus ac adumbrat nomine libertatis Chriſtianæ necnon & euāgelicæ. vt audito libertatis (quod ab omnibus optari ſolet bonum: ſummoperéq; expeti) nomine: confluant certatim omnes ad ipſius vexilla,& aſcribātur eiuſdē militiæ. ¶ Nimirum perſimilis Hieroboam regi Iſrael, hoc in opere videtur Lutherus. 3
qui vt ſui regni populum auerteret à veri dei cultu, in templo Hieroſo-
3. Regū. 12 lymitano ſecundū diuinam ſanctionē exhibendo: conſtituit duos vitulos aureos in regni ſui finibus, vnū in Bethel,& alterū in Dan, ad quos adorādos: prætermiſſo deo, cōflueret populus Iſraëliticus. Certe libertas Chriſtiana Lutheri & euangelica, modo deſcripta: duo ſunt idola, & vituli aurei, ab eodem ad decipiendū orbem Chriſtianum erecti. ſpeciem quidem honeſti in propatulo præferentes: ſed intus teterrimā occultātes animarum peſtem. Quandoquidē libertas ipſius Chriſtiana, quā tantopere prædicat: nihil reuera aliud eſt, q̄ duriſſima ſub iugo peccati ſeruitus, ex inobediētia in deum & eccleſiā enaſcens. Eiuſdē quoq; libertas euāgelica, vero nomine captiuitas Babylonica debet appellari. q̄ per eam abducātur homines captiui in ciuitatē diabolicæ cōfuſionis: carcerémq; peccati. ¶ Vſus idemtidem videtur eodē in negocio Lu- 4
therus homo verſutiſſimus, eodē vaframēto: quod Mahumetes ille Arabs & pſeudopropheta, ad ſeducendū totum orbē iam olim excogitauerat. Ille ſiquidē, vt permultos haberet ſuæ legis (cuius ſe latorem à deo miſſum: impudētiſſime eſt ementitus) ſectatores: carnalium voluptatū illecebras (q̄ ad eas propenſius aguntur omnes: feruntúrq; precipites) permiſit illis, vtputa vxorum multitudinē, arbitrariā earum repudiationē & repudiatarū reconciliationē:& deniq; paradiſum poſt huius vitæ incolatū cum Cherinto, quæcunq; corporis voluptatē ſubminiſtrant: affatim ſuggerentē. Haud diſſimili ingenio, eodémq; ſatanico ſpiritu ac patre mēdacij afflatus Lutherus: quæcunq; in eccleſiaſticis conſtitutionibus grauia videntur ac dura, quæq; ſecundum carnem ambulantes ab-

horrent: prorſus ſub titulo libertatis Chriſtianæ ſuſtollit. vtpote ieiuniorum obſeruantiam, abſtinentiam ab eſu carnium ſtatis determinatiſq; diebus, confeſſionem ſacramentalem ac ſatisfactionem, dierum feſtorum celebrationem, cælibatum ſacerdotum, monaſticorum votorum ſtabilitatem,& cætera id genus. vt ita laxatis per indulgētiam habenis: q̄ plurimos impellat in ſuæ factionis approbationē & ſententiam, qui ſe-
5 cum ab eccleſiæ ſignis deſciſcant. ¶ Non itaq; perſuadeat ſibi quiſpiā, Lutherum ipſum, eſſe Danielem alterum: cuius dominus ſuſcitauerit ſpiritum ad totius eccleſiæ directionem, & rectam diuinarum ſcripturarum interpretationem. vt partium eius ſtudioſi de ipſo confingūt: & paſſim inuulgant. quēadmodum quondam ſuſcitaſſe legitur dominus ſpiritum pueri iunioris, cui nomen Daniel: ad detegendam ſeniorū iu- Daniel. 13.
dicū calūniam in Suſannā innoxiam,& ad ipſam à morte immerita liberandam. Fuit nāq; hic Daniel antiquus, verus domini propheta, ſanctitate vitæ eximius, diuiniſq; reuelationibus mirifice illuſtratus: atq; à deo miſſus ad ſynagogæ Iudeorum in captiuitate detentorum conſolationem ac confortationem. Nouus autem iſte (vt ſui vocant) Daniel, videlicet Lutherus: omnino ex oppoſito pugnat cum priore. q̄ totis viribus enititur ſanctam dei eccleſiam ſubuertere:& leges omnes eccleſiaſti-
6 cas, ſuſcitata graui cōiuratione, reſcindere. ¶ Pro ſuorum igitur morū qualitate, nō Daniel nouus denominari debet Lutherus: ſed potius alter Hiſmaël. q̄ conſentanea eſt vitæ eius ac ſtudiorum conditio, ijs quæ angelus domini denūciauit Agar matri Hiſmaëlis: cum necdū æditus eſſet in lucē. Hic (inquit) erit ferus homo. manus eius contra omnes,& Gene. 16.
manus omniū cōtra eum:& è regione vniuerſorū fratrū ſuorū figet tabernacula. Quanta nēpe ſit Lutheri feritas atq; ferocitas: liquido patefacit grauiſſima perturbatio, quā per impia ſua dogmata ſuſcitauit in eccleſiā dei. Manus itidē eius: cōtra omnes eccleſiæ præſides, ſanctos patres,& ſcriptores eccleſiaſticos (quos arroganter aſpernatur) eſt erecta. & manus omnium, de eccleſiaſticis inſtitutis recte ſentientium: meritò contra eum extenditur. Deniq; idem è regione vniuerſorū fratrū ſuorū Chriſtianorum fixit tabernacula hæreticæ prauitatis: cū ſuæ impietatis vexillū erexit in medio nationis Chriſtianæ, & peruerſitatis ſuæ caſtra palàm fixit: in quibus militet contra populū domini. Demū ſicut prior Hiſmaël perſecutus eſt Iſaac filium Abraæ, ex repromiſſione natū: ita Gala. 4.
& hic ſecundus Hiſmaël inſectatur inimiciter populum dei, ſecūdum ſpiritū atq; ex regeneratione prognatū. quēadmodum res ipſa ſatis ſupérq; indicat: neq; apertiore indiget teſtimonio. Quocirca cauere ſibi debent omnes: ne in illi9 tabernaculis deliteāt, aut ſigna eiuſdē funeſta ſe-
7 quātur. ¶ Verūtamen hic noſter Hiſmaël: patrem Abraam non habet, cuius ſynceram fidem imitetur. longe alia ei eſt generatio: ſi morū illius qualitatem attendas. Nam vt proauos illius & atauos taceamus: auus

illi est Ioannes Viclefus. pater: Ioānes Hus. & frater germanúsq; Hieronymus Pragensis. q; in exuscitādis dogmatibus hæreticis: horū triū sit propemodum æmulus & assectator. Nempe sicut ex Viclefo, viperina propagine surrexit Ioānes Hus: pestilentem illius doctrinā pene sopitam reuocans in auras. vt ex concilij Constantiensis octaua sessione & decimaquinta: necnon ex Martini quinti, summi pontificis decreto apostolico, vtriusq; horum condēnatorio, liquido cōstat. ita ex Hussitana hæresi, primum Hieronymus Pragensis, in vicesimaprima eiusdem concilij sessione dānatus prodijt: vt infausta soboles. & demū nostra tēpestate Martinus Lutherus, infelix fœtura, ex eodem processit Hussitanæ impietatis ouo, mores omnino paternos referens, eadémq; oris lineamenta. Sed hæc progenies est viperarū: generatióq; praua & adultera. Viclefus, Hus, Lutherus: auus, pater, nepos: cuiq; fidelium summopere fugienda.

Ioannes Viclefus.
Ioānes hus
Hieronymꝰ Pragensis.
Martinus Lutherus.

¶ Nonnulla Lutheri dicta: quibus suam astruit libertatem Christianam, in hoc libro improbanda. Cap. II.

VErum ne gratis & citra rationem, hęc de Luthero modo adducta dixisse videamur: operæprecium est in præsentia afferre aliquas eius assertiones & verba, quę depromūt illam suam libertatem Christianam, quam tantopere extollit: vt ea demum à nobis commodius refutentur. nequis etiam fortasse nos insimulet cālumniæ & falsæ in eum criminationis: q́q; ascripserimus illi infandos errores, quos nunquam ipse asseuerauerit aut dissemināuerit. ¶ Itaq; in libro suo, de libertate Christiana inscripto, in primis sentit Lutherus, pōtifices & primarios ecclesiæ pastores nullam habere authoritatem constituendi sanctiones ecclesiasticas: à populo Christiano obseruandas. illáſq; prorsus abijci debere: tanq̄ leges tyrānicas, humeris subditorum impositas. Eius verba sunt hæc. Fortiter resistendum est magistris traditionum, & leges pontificum acriter vituperandæ: quibus in populū dei grassantur, & laqueis suarum traditionū eos captiuāt: immò impij illi tyranni suis legibus illum tenent captiuū: qui tamen nihil iuris habent condendi eas leges. hæc ille. ¶ Insuper, illorū quæ ecclesia suis cōstitutionibus fieri iubet, obseruationem: nihil ad iustitiam homini prodesse, astruit Lutherus, neq; illorum prætermissionem: inducere reatum peccati aut dispendiū salutis. Et id quidem: hoc verborū schemate. Cōstat nullā prorsus rerum externarum (quocūq; censeantur nomine) aliquid habere momenti ad iustitiam aut libertatem Christianā: sicut nec ad iniustitiā aut seruitutem parandam. Nihil profuerit: si corpus sacris vestibus more sacrorū ornetur, aut locis sacris versetur, aut officijs sacris occupetur, aut oret, ieiunet, abstineat certis cibis: & faciat quodcūq; per corpus & in corpore fieri potest. Longe alia re opus erit ad iu-

stitiam & libertatē animæ. cum ea quæ dicta sunt, geri possint à quouis impio: nec his studijs alij q̄ hypocritæ euadant. Ediuerso nihil oberit animæ: si corpus vestiatur prophanis, edat, bibat communiter, nō oret voce, omittátq; omnia quę superius dicta fieri poterūt. hęc ille. ¶ Rursum, idem ea quæ in euangelio continentur aperte: sola esse Christiano populo ad salutem necessaria ac sufficientia subinsinuat. nihilq; credēdum esse aut agendum à quopiam: quod in euangelio non exprimatur. Quā quidem sententiā: his subindicat verbis. Vna re, eáq; sola opus est: ad vitam, iustitiam, & libertatem Christianam. Ea est sacrosanctum verbum dei: euangelium Christi. sicut dicitur Ioannis vndecimo. Ego sum resurrectio & vita. Qui credit in me: etiam si mortuus fuerit, viuet. & omnis qui viuit & credit in me: nō morietur in æternū. Et Matthæi quarto. Non in solo pane viuit homo: sed in omni verbo quod procedit de ore dei. Certū ergo habeamus & firmiter positū: animā posse omnibus rebus carere, excepto verbo dei, sine quo nō est salus. hæc ibi. ¶ Insuper astruit idem, nullam legem aut regulam ecclesiasticā homini esse necessariam ad salutem: sed per solam fidem Christianū etiam sine operibus esse liberum ab omni lege, atq; constitutione per ecclesiam ordinata. Hanc autem quicquid lubet agendi licentiam, solutiorémq; viuendi conditionem, his insinuat verbis. Cum opera neminē iustificent, & hominem oporteat esse iustum anteq̄ operetur bonum: manifestissimū est solam fidem esse, quæ ex mera dei misericordia per Christum in verbo eius personā digne & sufficienter iustificet & saluet. & nullo opere, nulla lege: Christiano homini opus esse ad salutem. cum per fidem liber sit ab omni lege: & ex mera libertate omnia gratuito faciat, quæcūq; facit. hæc ille. ¶ Præterea, summorū pontificum pastorúmq; ecclesiasticorū mandata, facienda permittit: non tanq̄ ad iustitiam aut salutem necessaria, sed dúntaxat ad aliorum exemplum & rectam institutionem. Ita enim ait. Quæ papa, episcopi, & pastores mandant, liber Christianus facit: non tanq̄ illa ad iustitiam aut salutem sint necessaria, sed ad aliorum exemplum. Et vocant illa præcepta ecclesiæ: cum sint nihil minus. Et paulo post. Quodcunq; (inquit) opus non fit ad castigandum corpus, vel ad proximi obsequium: non est bonum nec Christianum. Et rursum. Oratio, ieiunia, fundationes, fieri nō debēt, vt quis sibi aliquid cōmodi temporalis aut æterni cōparet: sed ad proximorum obsequiū. Hæc ille. In quibus verbis adiecit cōsulto, opus bonum fieri debere ad castigandum corpus: quoniā sentit, opera bona corpus afflictātia (vt ieiunia, disciplinas, labores) eo tantū animi proposito fieri debere: vt per ea corpus nostrum castigetur. Vnde de huiusmodi operibus loquens, homini necessarijs ad subdendam carnem spiritui: ait. Verum ea opera oportet nō ea fieri opinione: quo per ipsa, coram deo iustificetur quisq̄. Hanc enim falsam opinionem, fides non feret: quæ sola est iustitia corā

Ioan. II.
Matth. 4.

deo.ſed ſolum ea opinione:vt corpus in ſeruitutem redigatur, & puri-
ficetur à concupiſcentijs ſuis malis,ita vt oculum non vertat:niſi ad cō-
cupiſcentias expurgandas.Hæc ibi.Sed q̄ aliena ſint iſta à veritate: ſe-
quens noſter oſtendet ſermo. ¶Rurſum,abſtinentiam à carnibus & ie- 6
iuniorū obſeruationem admittit Lutherus fieri debere: ad euitandum
ſcandalum infirmorum ac puſillorum.Illo autem excluſo, & coram ijs
qui contendunt illa fieri debere ex vi conſtitutionis eccleſiaſticæ: expe-
dire dicit,ꝙ infringantur ac ſoluātur.Quod hiſce verbis adaperit.Co-
ram puſillis & infirmis,propter ſcandalum expedit obſeruare ieiunia,
& abſtinere à carnibus:ne detur impedimentum ſalutis eorum.Sed co-
ram alijs qui volunt pertinaciter & rigide præcepta eccleſiæ ſeruari:ex-
Luce.2. pedit illa ſoluere & infringere.Et rurſum.Beata virgo(inquit)ſecundū
legem Moyſi purificari voluit,non quia indigebat:ſed ne alios ſcanda-
Actu.16. lizaret,aut legem videretur contēnere.Et Paulus Timotheū circūcidit,
nō quia opus illi erat circūciſione:ſed ne quenq̄ offenderet.Sic & Chri-
Mat.17. ſtus ſoluit didrachma:ne ſcandalizaret alios.Ita & omnium aliorū opera(ait)ſunt libera: non ad iuſtitiam neceſſaria,ſed tantum ad aliorū ex-
emplum & obſequium facta.hæc ille. ¶Poſtremo,ritus ac cerimonias, 7
in officio eccleſiaſtico inſtitutas ac obſeruari ſolitas, tantū inſtrumenta
dicit eſſe paruulorum & imperfectorum:quibus ad perfectiorem animi
ſtatum tanq̄ adminiculis ſubuehātur.Cum vero iam prouecti fuerint
ad altiorem perfectionis gradum:ipſa rituum eccleſiaſticorum genera,
tanq̄ ſuperuacua perhibet eſſe reijcienda,neq; amplius in vſum accom-
modanda.Quod his innuit verbis.Cerimoniæ,in vita Chriſtiana,alio
loco non ſunt habendę:q̄ apud fabros & artifices illa pręparamenta,ad
ædificādum & operandum diſpoſita:quæ peracto ædificio nō manent.
ita imperfectis: cerimoniæ ſunt in vſum ad tempus.cū autem euaſerint
perfecti:ſunt reijciēdæ.hæc ibi. ¶Sunt præterea eodem in libro alia nō-
nulla,eiuſdem omnino farinæ,placita Lutherana:nō minus abſurda &
impia,q̄ hæc ipſa quæ modo citata ſunt.Sed viſum eſt,hæc ſeptē tantū-
modo dicta,ſparſim ex eo collecta opuſculo:in præſentia proferre(qui-
bus circa finem huius libri,à viceſimo quarto capite ad calcē vſq;:ſingu-
latim adhibebitur reſponſio) vt ex illis explorata haberetur ipſius de
Chriſtiana libertate (quā prædicat)ſententia:ſequētibus in locis diffu-
ſe conuellenda. ¶Audiſtis itaq; ò candidi lectores beſtiam ipſam: ſua
verba reſonātem,non quidē vt illis fides habeatur,aut deferatur autho-
ritas:ſed vt liberiore fronte à nobis ipſa dehinc refellantur. Audiſtis &
horriſonā Lutheri tubam,magno buccinātem clangore:& ad libertatis
beneficiū,omnes alto claſſico paſſim vocātem. Et tanto quidem propo-
ſito bono ac prēmio, ineſcari poſſent facile multi,cateruatimq; ad hunc
feralem tubæ Lutheranæ ſonitū accurrere:niſi latentis ſub melle venenī
occultæq; fraudis eſſent ante admoniti.Cæterū quiſquis ſuæ ſaluti recte

conſultum voluerit: non præcipitet greſſum, nec ſtatim accurrat ad hu-
iuſce buccinæ crepitum. Intellígat ante ex ijs quæ dicturi ſumus, pro-
poſitæ libertatis conditionem:& tunc demū veritatis iter amplectatur.

¶Præter ea quæ ſacrum continet euangelium: tempore apoſto-
lorum fuiſſe plæraq; conſtituta, ad rectam totius eccleſiæ mo-
derationem.

Cap.III.

VT autem ſolida baſi noſtrum nitatur ædificiū, id ante
omnia occurrit monſtrādum:ab ipſa eccleſia & paſto-
ribus eius recte cōſtitui poſſe leges & regulas in Chri-
ſtiana profeſſione viuendi, haudquaq̄ in euangelico
contextu aperte poſitas.ad quas obſeruandas, omnes
fidei ſacris initiati obſtringantur tam arcto vinculo:vt
earum tranſgreſſores,peccati mortalis incurrāt reatum.Nempe in ipſo
naſcentis eccleſiæ exordio,& cum adhuc in prima exurgeret,vt lactens,
infantia:idipſum à ſanctis apoſtolis(quādo eccleſiaſticæ fabricæ prima
1 iecerunt fundamenta)factitatum comperimus. ¶Non meminit ſiquí-
dem euangelium neq; ſancit manifeſte: abrogandā eſſe circūciſionē, nec
cerimonias Moſaicæ legis ſuſtollendas. cū de ſeipſo cōteſtetur CHRI-
STVS:ꝙ nō venerit ſoluere legē aut prophetas,ſed adimplere.Attamē Matthei.5.
beatus Paulus,euangelica tuba altum perſonās: Galatis ex gentilitate
ad CHRISTVM cōuerſis ſcribit. Si circūcidimini: CHRISTVS vo- Gala.5.
bis nihil proderit. Et nequis eū id proprio ſenſu dixiſſe cauſetur:audiat
ipſum in fronte illius epiſtolæ aperte conteſtantē,ſe non ab homine ac- Gala.1.
cepiſſe nec didiciſſe quod illis euangelizauerit vitæ inſtitutum, ſed per
reuelationem IESV CHRISTI. In eadem quoq; epiſtola, & mul- Gala.4.
tis aliarum ſuarum epiſtolarum locis: plane denunciat, antiquæ legis Philip.3.
ritus ac cerimonias, illucente iam veritate euangelica, abolendas eſſe. Colloſſen.2
Quod etiam non ſuo arbitratu ſed CHRISTI authoritate haud du-
bie fecit:de quo veraciter ait. An experimentum quæritis eius,qui in 2.corin.13.
2 me loquitur, CHRISTVS? ¶Rurſum in actis apoſtolicis cum agi-
taretur cōtrouerſia:eſſēntne cōuerſis ex gētilitio ritu ad CHRISTVM
imponenda veteris legis onera: decreuerunt conuocato ſuper ea quæ- Actuū.15.
ſtione concilio apoſtoli, tale iugū nequaq̄ imponi debere humeris fra-
trum in CHRISTO renatorum.ſed præſcribendam eis tantū eſſe le-
gem:vt abſtinerent ab immolatis ſimulachrorum & ſanguine,& ſuffo-
cato & fornicatione.Et nemini dubium eſt:eam conſtitutionem à ſpiri-
tu ſancto ſancitam,obſtrinxiſſe ſingulos ad ipſam integre obſeruādam.
At ſi totam percurreris paginam euangelicam:nequaq̄ offendes id præ-
ceptum in ipſa conſcriptum eſſe,ꝙ à ſuffocato & ſanguine ſit abſtinen-
dum.Quis igitur nō videt,circa principium tenellæ adhuc eccleſiæ nō-
nulla à ſanctis apoſtolis eſſe conſtituta:quæ manifeſte nō continet euā-
3 gelium? ¶Inſuper,beatus Paulus in ſuis epiſtolis nonnullas exprimit

ſanctiones,ad dei cultum & eccleſiæ regimen ſpectantes: quas nō habet
1.corin.11. codex euangelicus. Vt viros nudo capite in eccleſia orare debere:mulie-
1.Timo.3. res autem velato.oportere epiſcopum eſſe vnius vxoris virū:cū cæteris
eius conditionibus,ad morum honeſtatem attinentibus . viduam non
1.Timo.5. minori ętate q̄ ſexagenariam elígi debere,quæ facultatibus alatur eccle-
ſiæ.& cæteras id genus conſtitutiones:ſparſim in ſuis epiſtolis occurrē-
tes. Quæ manifeſto ſunt argumento:in ipſius eccleſię exordio multa fu-
iſſe ordinata authoritate ac traditione apoſtolorum,euangelico cōtextu
minime compræhenſa, ¶Ad hæc. Conferendi baptiſmi formā CHRI- 4
STVS dominus noſter in euangelio expreſſit : cum aſcenſurus in cælū
Matth.28. præcepit diſcipulis ſuis. Ite,docete omnes gentes: baptizātes eos in no-
mine patris,& filij,& ſpiritus ſancti. Apoſtoli vero,à ſpiritu ſancto id
edocti:circa primæuæ eccleſiæ tempora baptizarūt credentes in CHRI-
STVM,in nominæ IESV CHRISTI.& ita ad tempus baptizandos
eſſe fideles tradiderunt: vt nomen ipſum domini noſtri auguſtiſſimum
& ſacratiſſimū,quod Iudæis ac gētibus tum erat odioſum ac inuiſum:
eo ipſo redderetur celebrius & honoratius.quemadmodum ex octauo
capite actuū apoſtolorum,& decimo, ſimiliter & decimonono, ac aliis
eiuſdem libri locis:apertiſſime conſtat. Si igitur eam quæ in euangelio
expreſſe propoſita eſt,baptizandi formam:in alium verborum tenorem
ad tempus permutare potuerunt apoſtoli,& id ſpiritu ſancto ſuggeren-
te factitarunt:nonne potiore iure valuerunt & aliud quippiā agendum
conſtituere,quod in ipſius euangelij ambitu nō continetur,neq̄ contē-
tis in eo refragatur? Eſto enim q̄ in ſanctiſſimo CHRISTI nomine,
tres,ſummæ ac ſuperdiuinæ trinitatis,perſonę quodam modo implicē-
Pſal.44. tur ac inſinuētur:vtpote pater vngēs, filius vnctus, & ſpiritus ſanctus,
oleum lætitiæ quo vnctus eſt.altera tamen eſt baptizandi forma:in no-
mine patris,& filij,& ſpiritus ſancti.& altera:in nomine IESV CHRI-
STI . Vt hinc dilucide conſtet,illum verborum tenorem ac cōtextum in
euangelio expreſſum:ex ordinatione apoſtolorū non ſine ſpiritus ſan-
cti inſtinctu,in aliam verborū formam fuiſſe ad tempus permutatum.
¶Præterea, peragrationem multarum regionum ad annunciandū dei 5
verbum, à beato Paulo factā, enarrans ſanctus Lucas in actibus apo-
ſtolorum:refert inter cætera circa finem decimiquinti capitis,q̄ Paulus
Actuū.15. aſſumpto Sila comite, perambulabat Syriam & Ciliciam : confirmans
eccleſiam & præcipiens cuſtodire præcepta apoſtolorum & ſeniorum.
Quæ autem dicenda ſunt apoſtolorum ac ſeniorum præcepta:niſi tra-
ditiones apoſtolicæ,vltra ea quæ complectitur euangelium,ad eccleſiæ
gubernationem ordinatæ? Non enim quæ euangelica cōprehendit pa-
gina,domini mandata:ibidem à Paulo dicuntur præcepta apoſtolorū
ac ſeniorū,cum potius ea ſint appellanda præcepta euangelica,aut do-
mini præcepta. Supra ea igitur quæ in euangelico codice continentur,

fuerūt peculiaria apoſtolorum decreta ac ſtatuta, ab eis ordinata:quas
traditiones apoſtolorum nominare ſolent,ad totius eccleſię moderatio-
nem plurimū facientia & ab omnibus obſeruanda. Quod etiam mani-
feſte cōuincitur per idipſum: quod paulo poſt ſubiūgit beatus Lucas
circa principium decimiſexti capitis eiuſdem libri, loquens de ſancto
Paulo & comitibus eius. Cum autē(inquit)pertranſirent ciuitates:tra- Actuū.16.
debant eis cuſtodire dogmata, quæ erant decreta ab apoſtolis & ſenio-
ribus qui erāt Hieroſolymis. Huiuſmodi autē dogmata:erāt inſtituta
6 & regulę,traditione apoſtolorum ordinatæ. ¶Cæterū hic inſiſtet quiſ-
piam,& prædictis rationibus adimere robur attētabit:dicēs,cum præ-
ter euangelium ponūt nonnulli regulam legémq̄ viuendi aliam in pri-
mæua eccleſia nō fuiſſe:eos euangelium accipere pro tota librorū noui
teſtamenti pagina.quæ cū ſacra quatuor ſcribarum cæleſtium hiſtoria,
euangeliorum nomine peculiariter appellata:complectatur & epiſtolas
omnes apoſtolicas,& acta apoſtolorū,& ſacrā apocalypſin.contendétq̄
hoc quærens effugiū,non fuiſſe apoſtolorum tempore regulam aliquā
legémq̄ viuendi latam:quæ ſacrorum illorum librorum ad nouæ legis
integritatem pertinentium complexu non comprehendatur. ¶Cui ad-
hibenda eſt reſponſio. etſi tam diffuſa euangelij ratio atq̄ ſignificatio,
quā proponit hoc vtens ſubterfugio : infrequens ſit apud ſcriptores ec-
cleſiaſticos,raróq̄ in vſu verſetur.q̄ potius euangelij nomē accōmodēt
ſolum ad quatuor illa ſanctorum euangeliſtarum volumina : ſecūdum
protritum vulgatúmq̄ loquendi vſum.quoniam tamen nō oportet ho-
minem eſſe moroſum aut contentioſum ad ipſam vocabulorū acceptio-
nem,eſto,ita vt proponit obiectans, ſumatur euangelium : vtputa pro
toto noui teſtamenti codice,libros omnes nouæ legis complectente.ad-
huc tamen promptum eſt oſtendere: in ipſius eccleſiæ exordio ab apo-
ſtolis factas eſſe conſtitutiones,ad totius populi ſtatum attinentes:quæ
7 in nullo librorum noui teſtamenti aperte continentur. ¶Enimuero in
ipſo protinus initio eccleſiæ ſancitum eſt:diem ſabbatum Iudæorum,in
diem dominicum Chriſtianorum eſſe commutandum, qui hebdoma-
datim feſtus agatur . propter ſacratiſſima dominicæ reſurrectionis &
aduentus ſpiritus ſancti in CHRISTI diſcipulos,myſteria:eo die per-
acta.quandoquidem dilectus CHRISTO diſcipulus Ioannes apoſto-
lus & euangeliſta,eum nominat diem:cum in ſacra ſua apocalypſi dicit
circa principium. Ego Ioannes frater veſter, & particeps in tribulatio- Apoca.1.
ne & regno & patientia,in IESV CHRISTO: fui in inſula quæ ap-
pellatur Pathmos,propter verbum dei & teſtimonium IESV CHRI-
STI.fui in ſpiritu:in dominica die. Quo quidem poſtremo verbo aper-
te indicat:dominicum diem in eccleſia ſancta tum fuiſſe inſtitutum,ſin-
gula quaq̄ hebdomada celebrandū,loco ſabbati legis antiquæ. Nullus
tamen librorū noui teſtamenti,continet id præceptum: diē dominicum

octauo quoq; die esse à populo Christiano venerandũ, pro sabbato Iudæorum. ¶ At vero nomine diei dominicæ, in prædicto sancti Ioannis verbo eum intelligi diẽ, qui apud Christianos hebdomadatim pro sabbatismo Iudæorũ festus est: plane perhibet venerabilis pater Ricardus de sancto Victore, non ignobilis nec protritus inter sacros scriptores author: ita in suis super apocalypsin cõmentarijs eundem locum exponẽs. Ricardus de sancto Victore.

Fui in spiritu, id est spirituali visione: in dominica die. Solet rerũ qualitas (sicut testatur Gregorius) tempore denotari. vt Abraam vidit angelum in meridie: quia fide feruebat. Adam vidit eum in persona dei post meridiem: quia à calore dilectionis intimæ deciderat. Loth, perditionẽ Sodomæ, vespere: quia cito futura erat. Salomon accepit sapientiam nocte: quia in ea minime perseueraturus erat. In dominica die: ac si patenter dicat. Sicut persona, locus, causa, cõmendant veritatẽ sacræ dilectionis: sic & qualitas temporis. quia quanto dies sanctior: tanto diuinæ reuelationi conuenientior. & quanto tranquillior per exteriorum laborũ cessationem: tanto per requiem aptior ad internam cõtemplationem. In causa itaq; & tempore nobis innuitur: q̃ qui propter deum persecutionem didicerunt sustinere, & à seruilibus peccatorũ operibus feriari: ipsi cælestia secreta merentur agnoscere. Hæc Ricardus. Quis autem dies est in ipso dierum circulo cæteris sanctior, & tranquillus per exteriorũ laborum cessationem, & in quo feriãdum sit à seruilibus operibus: nisi dies ipse dominicus, temporariæ reuolutionis principium, sabbatismo Iudęorũ apud nouæ legis cultores succedens, & qui singula quaq; hebdomada solennis agitur? Perspicuum est igitur, tam ex nominis ipsius in litera expressi affinitate, q̃ ex qualitatibus atq; conditionibus à Ricardo assignatis ipsi diei, de quo sermo proponitur: nomine diei dominicæ in supradicto Ioannis verbo eum debere diem intelligi, qui hebdomadaria circulatione proxime sabbatum sequens, apud Christianos celebris habetur. Ricardus. Gregorius Gene. 18. Gene. 3. Gene. 19. 3. regum. 3.

8 ¶ Præterea. Planum est in vsu fuisse ex institutione apostolorum, apud populũ fidelem: statim ab ipso ecclesiæ primordio, sanctæ crucis signaculum. quod ad sui munitionem contra spirituales nequitias: fronti imprimere tum docebantur omnes atq; efformare. quod etiam in sacris benedictionibus & sacramẽtorum distributionibus adhibebatur ex ritu apostolico: ab ipsis sacrorum administratoribus. Et merito quidem. nam viuificum illud est signum: per quod nostram salutem operatus est CHRISTVS, ecclesiæ catholicæ fundator pariter & fundamentum. Et ergo efficacissimum est cõtra hostiles insultus munimentum: frequentérq; in vsum assumẽdum. vt quod Iudæis scandalum erat, & gentibus stultitia: credentibus in CHRISTVM tanto esset honoratius, quanto crebrius efformaretur. Quis tamen in toto librorum noui testamenti complexu id expressum inueniat: q̃ crucis signaculo vti debeant CHRISTI cultores ad sui tuitionẽ aut sacrã benedictionem? 1. corin. 1.

¶ Sanctorum patrum testimonio, id etiam ostendi: q̃ multa circa ecclesiæ primitiuæ exordium fuerunt constituta: quę non sunt in euangelio aperte conscripta. Cap. IIII.

1 PRæter hæc, q̃ adorantes dominum deum nostrum, ad orientem nos conuertamus: & non ad plagam cæli occiduam, vt fecere Iudæi, aut aliam quãuis mundi partem: quis ambigat in ipso legis euangelicæ exordio constitutum esse? & quidem rationabiliter: vt præclare demonstrat Damascenus, libri quarti de fide orthodoxa capite decimotertio, dicens. Quia deus est lux intelligibilis, & sol iustitię & oriens in scripturis nominatur CHRISTVS: dedicandus illi oriens est ad adorationẽ. Nam omne præstantius magisq; bonum, illi offerendum: à quo omne bonum benigne largitur. Sic ille. Attamen in toto noui testamenti codice, nedũ in aliquo quatuor euangeliorũ, conscriptum illum adorãdi ritum: minime est inuenire. Quod & ipse testatur Damascenus: in prędicti capitis calce subnectẽs. Nõ scripta est autem hæc (de adoratione scilicet ad orientem) apostolorum tra- Damascenus.

2 ditio. nam multa: sine scripto nobis tradita sunt. Sic ille. Quo quidẽ testimonio: quid apertius, aut nobis congruentius dari queat? ¶ Astipulatur eidem Origenes, in homelia quinta super librum Numeri: dicẽs. In ecclesiasticis obseruationibus sunt nonnulla huiusmodi, quæ omnibus quidem facere necesse est: nec tamen ratio eorum omnibus patet. Nam quòd (verbi gratia) genua flectimus orantes, & quòd ex omnibus cæli plagis ad solã orientis partem conuersi orationem fundimus: non facile cuiquam puto ratione compertum. Sed & eucharistiæ siue percipiendæ, siue eo ritu quo geritur explicandæ, vel eorum quæ geruntur in baptismo verborum gestorúmq; & ordinum, atque interrogationũ ac responsionum: quis facile explicet rationem? Et tamen omnia hæc operta & velata, portamus super humeros nostros: cum ita implemus ea & exequimur, vt à magno pontifice atque eius filijs tradita & com- Origenes.

3 mendata suscepimus. ¶ Consonat illi & Augustinus hac sententia: quę in volumine Decretorum, distinctione vndecima, cap. ecclesiasticarum, adducitur. Si (inquit) attenderimus consuetudines ecclesiæ non per scripturas à patribus traditas, nihil æstimare: quantum religio detrimenti sit latura, intentiue inspicientibus liquido constabit. Quæ enim (vt inde exordiamur) scriptura: salutiferæ crucis signaculo fideles docuit insigniri? vel quæ, trifariam digesta super panem & calicem, prolixæ orationis vel consecrationis verba commendauit? Nam non modo quod in euãgelio continetur vel ab apostolo quolibet, est insertũ secretis diuinis: sed & alia plura adijcimus, magnam quasi vim cõmendantia mysterijs. Quæ orientẽ versus: nos literarũ orare forma docuit? Benedicimus fontem baptismatis: oleo vnctionis. Huic accedit: q̃ ter oleo inũgimus quos Augustinus

baptizamus.verbis abrenunciare ſatanæ & angelis eius: informamur. Vnde & hæc & alia in hunc modum non pauca: niſi tacita ac myſtica traditione, à patribus eccleſiaſtico more ac reuerentiori diligentia ſunt in miniſterijs obſeruata magis ſilentio: q̃ publicata ſcripto. Hæc ille.

¶Et plane ſentiendũ eſt,non modo ab apoſtolis,ſed & à CHRISTO 4
nonnulla eſſe inſtituta vt ab omnibus obſeruentur:quæ literarum monumentis mandata non ſunt,ſed ſolo verbo tradita: atq; per apoſtolos eorúmq; ſucceſſores,ad nos vſq; propagata. Quod ex eo Ioannis verbo
Ioan.20 haud difficile colligitur: circa euangelij ſui calcẽ ſubiuncto. Multa quidem & alia ſigna fecit IESVS in conſpectu diſcipulorum ſuorum:quę
Ioan.21 non ſunt ſcripta in libro hoc. Et paulo poſt. Sunt autem & alia multa: quæ fecit IESVS. quæ ſi ſcribãtur per ſingula:nec ipſum arbitror mũdum capere poſſe eos qui ſcribendi ſunt libros. Si enim non ſunt ſcripta ſigna omnia quæ fecit IESVS coram diſcipulis ſuis: haud dubiũ eſt & id recte colligi, non eſſe etiam ſcripta verba omnia quæ eis dixit, attinentia ad futurã eccleſiæ directionem. Et cum poſt glorioſam reſur
Actuũ.1 rectionem ſuam dominus noſter ſeipſum præbuit diſcipulis ſuis viuum in multis argumentis:per quadraginta dies apparens eis,& loquens de regno dei,quòd locutus quidem fuerit eis de regno dei:ſcriptũ eſt.quid autem fuerit locutus: non eſt ſcriptum. Et ſentiunt nonnulli graues authores: tum de eccleſiæ ſuæ(quæ nomine regni dei,ſæpenumero in ſcriptura noui teſtamẽti inſinuatur)moderatione,ad diſcipulos ſuos(quos paulo poſt erat relicturus)ipſum verba feciſſe: quæ tamen ſcripto non ſunt tradita. Proinde complura obſeruat eccleſia catholica in ſacramentorum adminiſtrationibus & diuino cultu: quæ non obſeruaret, niſi ita ab apoſtolis fuiſſet inſtructa. & apoſtoli talia rituum ac obſeruantiarum genera non attentaſſent ordinare: niſi à CHRISTO aut à ſpíritu ſancto fuiſſent ad id faciundum edocti. ¶Vnde Innocentius ter- 5
Innocẽtius tertius. tius in epiſtolis decretalibus, titulo de celebratione miſſarum,cap.cum Marthæ.ait. Sane multa tam de verbis quàm de factis dominicis,inuenimus ab euangeliſtis omiſſa:quæ apoſtoli vel ſuppleuiſſe verbo,vel facto expreſſiſſe leguntur. Hæc ibi. Cuius quidem memorabilis ſententiæ:vnum ex multis hic afferamus exemplum huiuſmodi. Scribit vtiq;
Marci.6 beatus Marcus de apoſtolis à CHRISTO ante ſuam paſſionem ad prædicandum miſſis: quòd exeuntes prædicabant vt pœnitentiam agerent,& dæmonia multa eijciebant:& vngebant oleo multos ægros,& ſanabantur. Idipſum autem, oleo inquam ægrotos inungere ad inſtaurandam ſanitatem: nunq; attentaſſent apoſtoli, neq; fuiſſent aggreſſi(vt qui ab omni præſumptione erant longe alieni)niſi familiari colloquio atq; ſecreto accepiſſent à CHRISTO, id eſſe agendum. Nihilo ſecius nullus euangeliſtarum ſcripto prodidit, CHRISTVM ſuis præcepiſſe apoſtolis: quòd oleo ſancto perungerent languidos ad incolumitatẽ

recuperandam. Illud igitur domini verbum,inter colloquia familiaria cum ſuis diſcipulis habita, ab ipſo dictum: ab euangeliſtis eſt prætermiſſum.quod facto,à beato Marco(vt vidimus)expreſſo:ſuppleuerunt
6 & explicuerunt apoſtoli. ¶Idem quoq; quod paulo ante eſt propoſitum, ab apoſtolis ſcilicet multa in principio legis euãgelicæ eſſe ordinata,quæ non ſunt conſcripta in euangelio: comprobatur authoritate Damaſceni:ita in quarti libri de fide orthodoxa capite decimoſeptimo dí- Damaſce-
centis de ritu venerationis imaginum. Eſt autem hæc traditio:non ſcrí- nus.
pta,perinde ac adorationis ad orientem:adorare ſcilicet crucem & alia plurima,ijs quæ dicta ſunt ſimilia. Quòd autem plurima ſancti apoſtoli tradiderint ſine ſcripto: ſcribit Paulus gentium apoſtolus. Ergo 2.Theſſ.2
fratres ſtate & tenete traditiones noſtras quas edocti eſtis: ſiue per ſermonem, ſiue per epiſtolam noſtram. Et ad Corinthios. Laudo autem 1.Corin.11
vos fratres: quia per omnia mei memini ſtis. & ſicut tradidi vobis: traditiones tenetis. Hæc Damaſcenus. Quis autem non videt ex priore Pauli verbo, Theſſalonicenſes (ad quos ſcribit) edoctos fuiſſe aliquas traditiones apoſtolicas miniſterio verbi: quas epiſtola ſancti apoſtoli illis conſcripta non continebat? & proinde aliquas fuiſſe ſanctas tradi-
7 tiones:tum ſcripto minime commendatas? ¶Sed quid tantum huic loco immoramur ac inſiſtimus, operoſo nimium ſtudio:ad oſtendẽdum, in principio naſcentis eccleſiæ nonnulla ab apoſtolis fuiſſe inſtituta: quæ in toto ſacri euangelij volumine haudquaq; continentur? Nonne ex decimaſexta diſtinctione libri Decretorum,cap.ſexaginta.& ſequẽtibus, compertum habetur: conſcriptos eſſe aliquot canones apoſtolorum,eoſdémq; à ſanctis patribus ſynodali authoritate robur accepiſſe? Quos & Damaſcenus in quarti libri ſuarum ſententiarum cap. deci- Damaſce-
mo octauo:poſt ſacros noui teſtamenti libros reponit. cum nominata nus.
apocalypſi ſancti Ioannis euangeliſtæ: ſubnectit. Canones ſanctorum apoſtolorum: per Clementem. Quid autem eos canones aliud eſſe cenſuerimus:q̃ regulas & cõſtitutiones,ab apoſtolis ad totius eccleſiæ ædi-
8 ficationem ordinatas,præter ea quæ ſonat euangelium? ¶Poſtremum Dionyſius
beatus pater Dionyſius Areopagita,à beato Paulo ad veræ fidei agni- Areopagita
tionem conuerſus,& apoſtolis ſynchronus atq; contemporaneus:in ſuo de eccleſiaſtica hierarchia libro diuerſos deſcribit ritus ac cærimonias, quibus in ſacramentorum nouæ legis adminiſtratione,in conſecratione pontificum, aliorúmq; eccleſiæ miniſtrorum, necnon in tumulatione eorum qui pie in CHRISTO quieuerunt:tum vtebatur eccleſia.quas tamen conſtitutiones: nec codex euangelicus nec vlla librorum noui teſtamenti pagina continet. Qui autem id facere potuiſſet:niſi tunc eccleſia ſancta certas habuiſſet leges cærimoniarum, non ex libris canonicis nouæ legis depromptas, ſed apoſtolica authoritate inſtitutas? Euaſit igitur illud manifeſtum:quod in hoc & præcedẽte capite eſt propoſitũ.

¶Beatum Dionysium Areopagitam, à sancto Paulo conuersum: esse eorum sacrorũ operum, quæ vulgo ipsi ascribuntur, authorem. Cap. V.

VErum hanc postremam rationem in calce proximi capitis adductã calumniari quispiam posset & infirmare: contendens librum de ecclesiastica hierarchia modo citatum, & alia opera quæ beato attribuũtur Dionysio: non esse Dionysij Areopagitæ, à sancto Paulo
Actuũ.17 ad CHRISTVM (vt scribit beatus Lucas) conuersi. quemadmodũ vulgata est pene omnium sententia: ex titulo quem præferunt illi libri, potissimum inducta. sed ea ipsa opera esse alterius cuiuspiam authoris, apostolorum tempora longo interuallo subsecuti: vt Apollinaris cuiusdam, aut Dionysij Corinthiorum episcopi. sicut nonnulli, insigni eruditionis ad rhetoricam & artem eloquentiæ potissimũ spectantis, nomine celebrati: non solum senserunt, sed & scripto posteritati tradiderũt. Quòd si ita existeret: nullum prorsus haberet robur vltima ratio precedentis capitis. quoniam illæ cærimoniarum leges & obseruantiæ, in libro de ecclesiastica hierarchia nuncupato explicatæ: non apostolorum tempore (vt prætendit ea ratiocinatio) fuissent institutæ: sed longo post apostolica tempora, annorum curriculo. ¶Huic autem cauillationi, vt plenius occurramus: hoc loco plane commonstrare molimur, ea omnia opera, quæ à beato Dionysio Areopagita vulgo dicuntur ædita, & nominis eius titulum præ se ferunt: esse ipsius Dionysij Areopagitæ, vt veri & solius post deum, eorum authoris. neque alteri cuiquã authori, tempora apostolorum subsecuto: ea vere attribui posse. Illa ipsa autem opera sunt: liber de cælesti hierarchia, de ecclesiastica hierarchia, de diuinis nominibus, de mystica theologia, & vndecim epistolæ. Porrò ad istud oportune conficiendũ: opus erit (fateor) aliquanta digressione, à materia in principio proposita: non tamen inutili nec incõgrua. quandoquidem vbi patefactum fuerit ac corroboratum, quod molimur: longe firmiore præsidio suffultum erit ac stabilietur, quod præcipue in toto hoc libro exquirimus. ¶Sit itaq; ad cõprobandum, Dionysiana ex titulo opera, ipsius esse Dionysij Areopagitæ: hæc prima ratio. In sexto capite libri de cælesti hierarchia, dicit libri illius author: de cælestibus substantijs loquens. Has eximius præceptor noster: in ternas tertio repetitas distinctiones, ad sanctæ trinitatis diuisit imaginem. Vbi secundum omnes expositores, per eximium ipsius authoris præceptorem, insinuatur beatus Paulus: qui in tertium rap-
2. Corin. 12 tus cælum audiuit arcana verba, quæ non licet homini loqui, dicitq; miro quodam modo angelicarum hierarchiarum distinctiones & ordines. quos etiam in suis epistolis digessit apertius, ac nominatim expressit exactius: quàm quicunq; alij, illius tempestatis sacri scriptores.

At cuius (oro) Dionysij præceptor fuit beatus Paulus: quàm Dionysij Areopagitæ, quem ad CHRISTI legem sua prædicatione adduxit? Nunquid dicere vere possumus, Paulum fuisse præceptorem Dionysij Corinthiorum episcopi: qui centum fere annis mortem Pauli secutus est? aut quem dabimus Dionysij Corinthij, alteriúsve cuiuspiam Dionysij, aut Apollinaris præceptorem: qui angelicas exacte distinxit substantias, & de illis disseruit? Planum est igitur: authorem libri de cæ-
2 lesti hierarchia, fuisse Dionysium Areopagitam, à Paulo edoctũ. ¶Secunda. In nono eiusdem libri capite, dicit author ipsius operis: seipsum ex gentilitate ad veram fidei agnitionẽ diuina benignitate conuersum, his verbis. Nempe enim & alijs gentibus (ex quibus, & nos ad immensum & infinitum diuini luminis pelagus: ex præteriti erroris cæcitate respirauimus) nunquã præfuerunt alieni aliqui dij. Dionysium autem Areopagitam: ex sacrarum literarũ testimonio cognoscimus ad fidem Actuũ.17
orthodoxam conuersum, per beati Pauli in Areopago prædicationem. De Dionysio autem Corinthiorum aut alio quopiam, id nequaq̃ constat: q̃ ex tenebris gentilitatis ad lucem veritatis emerserit. quin potius crediderim Dionysium Corinthium, ab infantia fuisse sacris fidei documentis institutum. aut saltem desideratur probatus author: qui illud de eo aut Apollinare asserat. Sunt autem certa, dubijs præferenda: &
3 probata incertis. ¶Tertia ratio. Author libri de ecclesiastica hierarchia itidem & de mystica theologia, vtrunq; dictorum operum conscribit ad beatum Timotheum, Ephesinũ episcopum: qui sancti Pauli fuit discipulus. vt constat ex decimo sexto capite actuum apostolorum: & Actuũ.16
ad quem, duæ Pauli extant epistolæ. Siquidem in principio ecclesiasticæ hierarchiæ: ait. Sacerdotij quidem nostri functionem, sanctissime fili Timothee: augustioris esse ac diuinæ, & diuinitus indultæ scientiæ, actionisq; & perfectionis. Circa principium vero libri de mystica theologia: ait. Hæc interim paucis orauerim. Tu vero Timothee charissime, intentissima contuendis spectaculis mysticis exercitatione: & sensus linque & intellectuales operationes, & sensibilia & intelligibilia omnia. Fuit igitur author vtriusq; prædictorũ librorum: Timotheo Pauli discipulo contemporaneus, quod Dionysio Areopagitæ nequaq̃ disconuenit. Dionysio autem Corinthio, omnino id repugnat: quippe qui centum fere annis Timotheo successit. Et hæc ratio etiam militat de libro cælestis hierarchiæ ac diuinorũ nominum: quoniam vterq; eorum,
4 ad eundem quoq; Timotheum est conscriptus. ¶Quarta. Author libri de diuinis nominibus: plane profitetur se beatum Paulum habuisse primarium ac præcipuum præceptorem. cum de Hierotheo, altero suo in diuinis literis præceptore, loquens: ait in tertio capite eiusdẽ libri. Præterea magistrum nostrum & amicum violasse merito conuinceremur: si nos post beatũ Paulum illius eloquijs instructi atq; instituti, ipsius cele-

berrímam & íntelligentiã & expoſitionem nobiſipſis applicare ſtudeamus. Sed quis(obiecro) dabitur Dionyſius, à beato Paulo inſtitutus: niſi Dionyſius Areopagita? Neſcio certe, quem alium confingent aduerſarij:aut quem dabunt Apollinarẽ,ſancto Paulo præceptore vſum.

¶Quinta ratio. Author eiuſdem libri de diuinis nominibus,in eodem 5
quoq; tertio capite perhibet ſe cum ſanctis fratribus conueniſſe ad contuendũ corpus illud (ſacroſãctæ ſcilicet virginis MARIAE:in felici eius obdormitione) quod authorẽ vitæ deúmq; ceperat. Vbi aderat (inquit) & Iacobus frater domini: & Petrus,ſupremum decus & antiquiſſimũ theologorum columen. Conteſtatur itaque his verbis author:ſe & Petrum in carne vidiſſe & Iacobum,cæteróſq; diſcipulos domini:qui placidæ reſolutioni deiparæ virginis interfuerunt. Sed quis niſi mente captus, hæc attribuat Dionyſio Corinthio: qui apoſtolis omnibus,tempore fuit longe poſterior? aut quem dabunt aduerſarij alterum illius tempeſtatis Dionyſium, aut Apollinarem: qui tam præclara ædiderit opera, & apoſtolis tãta familiaritatis neceſſitudine fuerit coniunctus? Reliquum igitur eſt: Dionyſium Areopagitam(qui omniũ confeſſione, & ſcripturæ teſtimonio: claruit apoſtolorum temporibus) eſſe operum illorum authorem. ¶Sexta. Eiuſdem libri de diuinis nominibus 6
1.Corin.1 author: in ſeptimo eius capite ait. Intellexit hæc mirabiliter profecto diuinus vir:communis noſter,noſtriq; præceptoris ſol.qui ſtultum dei:ſapientius hominibus dixit. Quod quidem dictum:in primo capite epiſtolæ primæ beati Pauli ad Corinthios legitur. Vnde manifeſtum eſt: eundem authorem, ibidẽ de ſancto Paulo apoſtolo verba facere. quem vocat cõmunem pręceptorem:q; & ipſius,& Hierothęi alterius ſui pręceptoris,fuerit in diuinis eloquijs inſtitutor. Non autem dederis Dionyſium aliquem à Paulo inſtitutum: niſi Dionyſium Areopagitam. Nam Dionyſius Corinthius,Paulũ in carne videre non potuit:vt iam dictum eſt, & in ſequenti capite amplius dicetur. Neq; alter aſſignari poſſet Dionyſius aut Apollinaris quiſpiam:qui Paulo fuerit vſus pręceptore,eiq; conuixerit:ſicut Dionyſius Areopagita, qui talia de ſe dixit. ¶Septima ratio. In ſeptima ſuarum epiſtolarum, ſcribit ſupra di- 7
ctorum author operum, ad Polycarpum Smyrneorũ epiſcopum & beati Ioannis euangeliſtæ diſcipulum:quòd defectum illum ſolis qui tempore paſſionis dominicæ factus eſt, ipſe tum apud Heliopolin vrbem Ægypti conſiſtens,viderit. Quod etiam repetit in vndecima ſuarum epiſtolarum: ad Apollophanem, ſuum in ſtudio philoſophiæ prius ſociũ ac commilitonem ſcribens,commemorãſq; ſe tempore illius deliquij ſolaris: fere ætatis quinq; & vigintí annorum tempus expleuiſſe. At hæc omnia, Dionyſio Areopagitæ apte conueniunt: qui circa hæc tempopora floruit. Dionyſio autem Corinthio: nequaquam,ob manifeſtam temporis diſcrepantiam, neq; alteri cuipiam Dionyſio: aut Apollina-

8 rí.cum nullus talium:memoretur ab authoribus tum claruiſſe. ¶Octa
ua. Idem author nonam ſuarum epiſtolarum ſcribit ad Titum, Creten Titus.
ſem epiſcopum,beati Pauli diſcipulum:& ad quem,Pauli extat epiſtola. Decimam vero ſuarum epiſtolarũ ſcribit ad beatum Ioannem euan- Ioãnes euã
geliſtam:in Pathmos inſulam à Domitiano cæſare relegatũ,ob euange geliſta.
lij prædicationẽ. Cui etiam in eadem prædicit epiſtola:q; ab eo exilij lo Domitian?
co tandẽ reuocandus ſit,& eccleſiæ ſuæ cum honore reſtituendus.quod
vtiq; poſt mortem Domitiani: ſub Nerua imperatore completũ fuiſſe Nerua.
legitur. Fuit igitur illarum epiſtolarũ pariter & operum author:& Tito & Ioanni euangeliſtæ coæuus atq; contẽporaneus.quod ſoli Dionyſio Areopagitæ,vere conuenit:& non alteri cuipiã Dionyſio aut Apollinari, qui ab authoribus celebretur. Quocirca planum eſt, Dionyſiũ Areopagitam, illarum vndecim epiſtolarum eſſe ſcriptorem:pariter & illorum quatuor diuinorum operum, quæ ei aſcribuntur, authorem. Qui autem oppoſitas tutantur partes: videntur prædicta opera & epiſtolas(de quibus ſuum ferunt iudicium: q; Dionyſio Areopagitæ falsò attribuantur)aut non ſatis exacte perſpexiſſe:aut prædictos in eis locos non accurate annotaſſe. qui manifeſte ſuum loquuntur ac produnt authorem, conuincuntq; eum non alium quempiam fuiſſe: q̃ Dionyſium Areopagitam.

¶Authoritate Damaſcení & aliorum ſanctorum patrum: idem quod modo oſtenſum eſt, cõprobari. eminentiamq; diuinæ Dionyſij doctrinæ: contra Lutheri obtrectationẽ, eorundem teſtimonio commonſtrari. Cap.VI.

PRædictis & id accedit in ſolidiorem corroborationẽ: q; Ioannes Damaſcenus, ſacratiſſimæ & in primis diuinæ theologiæ beati Patris Dionyſij admodum ſtudioſus & affectator(vt argumento ſunt complures ſententiæ:ſecundum eundem pene verborum tenorem ex Dionyſij operibus in ſuo de fide orthodoxa quadrifido libro adductæ) plane ſentit in ſuo iam nominato opere,libros de cæleſti & eccleſiaſtica hierarchia, itidem & de diuinis nominibus, cum reliquis eiuſdem authoris literarijs monumentis:eſſe confectos à beato
1 Dionyſio Areopagita, vt ſolo & vero authore. ¶Enimuero in primi modo dicti libri capitẽ decimoquinto:ita ait Damaſcenus. Hæc igitur Damaſce-
ex ſacris edocemur eloquijs(vt diuinus Dionyſius Areopagita dicit) nus.
q; deus omnium eſt cauſa & principium.eorum quæ ſunt:ſubſtãtia.viuentium vita.eorum quæ ratione vtuntur: ratio.vtentiũ intellectu: intellectus. Et ita de reliquis diuinis denominationibus:ſuo ordine inibi conſequentibus. Has autem omnes denominationes:author libri de diuinis nominibus eodem fere ordine recenſet in primo illius operis capite.perhibens de deo,q; ſit totius illuminationis principium.omnium

cauſa & initium, & ſubſtantia & vita. eos qui ab illa cadunt: reuocans atq; erigens. Et cætera per ordinem conſequentia: eo quidem verborum contextu, vt ſi quis illum Damaſceni locum, ad eum qui ex libro de diuinis nominibus citatus eſt, contulerit: plane perpendet illũ ex iſto eſſe depromptũ. Atqui has denominationes diuinas: aſſerit Damaſcenus, à Dionyſio Areopagita eſſe acceptas. Inſinuat igitur his verbis, Dionyſiũ Areopagitã fuiſſe authorem libri de diuinis nominibus: ex quo, denominationes illas in ſacra ſcriptura deo attributas, deſumpſit. ¶ Præterea, in eiuſdẽ primi libri de fide orthodoxa, duodecimo capite: inquit Damaſcenus. Quẽadmodum autem ſanctus ait Dionyſius: primariũ dei nomen eſt bonum. Non enim primum eſt dicendum de deo, eſſe: ſed ipſum bonum. Illud autem de nomine dei dictum, ex Dionyſio ſumptum: depromitur ex ſecũdo capite libri de diuinis nominibus, vbi ait author eius operis. Diuinã totam ſubſtãtiam (quicquid illa eſt) ipſa bonitas diffinire atq; aperire: à ſacris eloquijs dicitur. Tertio quoq; eiuſdem operis de diuinis nominibus capite: idem ait. Ac primũ quidem perfectiſſimã, omniumq; dei proceſſuum interpretem, boni appellationem: intueamur. Deniq; idem: capite quarto eiuſdẽ libri. Age ergo: ad ipſam iam boni appellationem pergamus explicandam, quam theologi peculiariter ſummæ deitati ex omnibus applicant: ipſam (vt reor) ſubſtantiam diuinã, bonitatem appellantes. & quia eo ipſo quod eſt bonũ: vt ſubſtantiale bonum, in omnia quæ ſunt pertendit bonitatem. Teſtatur itaq; Damaſcenus ſuperioribus verbis, Dionyſium eſſe authorem libri de diuinis nominibus: ex quo citatam deprompſit ſententiã, non Apollinarem quendam. Præcedens autem ratio oſtendit, Damaſcenũ aperte inſinuare: Dionyſium Areopagitã, non alium quemlibet, prædictum librum de diuinis nominibus compoſuiſſe. Adminiculo igitur verborum, in ſuperiore ratione ex Damaſceno adductorũ: conſtat eundem, & in hoc loco, præſenti rationi inſerto, loqui de Dionyſio Areopagita: & non de alio quolibet, eiuſdem nominis authore. ¶ Rurſum, 3
Damaſcenus in eiuſdem operis ſui libro tertio & capite ſexto: de beato
Coloſſ. 2 Paulo verba faciens, inquit. Ait enim diuinus apoſtolus: q̃ in ipſo habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter, hoc eſt in carne eius. Deinde continuo ſubdit. Et eius diſcipulus deifer & circa diuina plurimus, Dionyſius Areopagita: ait. q̃ penitus nobis in vna ſui ipſius cõmunicauit hypoſtaſeon. Atqui hæc ſententia, Dionyſio aſcripta: explicatur in ſecũdo capite libri de diuinis nominibus, Vbi ait operis illius author. Eſt præterea diſcreta: IESV ex nobis ſumpta, perfecta immutabiliſq; ſubſtantia, & quæcq; ſunt aſſumptæ carnis ſubſtantialia ſacramenta. Et rurſum paulo poſt eodem loco. Diſcretum eſt autem à diuinis operibus in nos benigne manantibus: q̃ ſecundũ nos atq; ex nobis integre & vere ſubſtantiam ſumpſit ſuperſubſtantiale verbũ. eáq; pertu-

lit & geſſit: quæ ſunt humanæ ipſius aſſumptionis electa atq; præcipua. His enim, neq; pater neq; ſpiritus vlla ratione cõmunicat: niſi forte quis aſſerat, benignitate clementiáq; & cõmunione voluntatis. hæc ibi. Sentit igitur ac ſubiudicat ſupradictis ſuis verbis Damaſcenus: beatum Dionyſium Areopagitam ſancti Pauli diſcipulũ (quem egregijs inibi titulis honorat) authorem eſſe libri de diuinis nominibus: ex quo, citatam ſententiam (quam Dionyſio attribuit) ipſe deprompſit. Porrò nullus diffitetur, eundem eſſe authorem libri de diuinis nominibus: & reliquorũ operum eodem volumine comprehenſorũ, atq; Dionyſio aſcribi ſolitorum. Eſt igitur beatus Dionyſius Areopagita, etiã author libri de cæleſti & eccleſiaſtica hierarchia, necnon de myſtica theologia: quod
4 noſtra colligere molitur decertatio. ¶ Demum in eiuſdẽ operis de fide orthodoxa, libro tertio & capite decimonono: ait Damaſcenus. Beatus Dionyſius nouam quandam theandricam deiuiramq; actionẽ CHRISTVM nobis adminiſtraſſe dicens, non auferens naturales actiones: vnam actionem ex diuina & humana factam dicit. Quæ quidem Dionyſij ſententia: ex quarta eius epiſtola (quæ inſcribitur ad Caium) eſt deprompta. Vbi de domino noſtro IESV CHRISTO: ſic ait illius author epiſtolæ. Nanq; (vt breuiter dixerim) neq; homo, ille erat: non quaſi non homo, humanæq; conditionis exors. ſed velut ex hominibus vltra homines: ac ſupra hominẽ homo veraciter factus. Iam quoq; neq; diuina vt deus: neq; vt homo humana perficiens. ſed deo homine facto, nouam quandam ac inuſitatã ex diuinitate atq; humanitate permixtã operationem: nobiſcũ quidem conuerſatus oſtendens. Hæc ibi. Quam ſentẽtiã cum Damaſcenus in loco iam citato, attribuat Dionyſio Areopagitæ (alium enim neminẽ nomine Dionyſij, q̃ Areopagitã: ſolet Damaſcenus deſignare) eo ipſo inſinuat Dionyſium Areopagitam, illius epiſtolæ ex qua deſumpſit adductam in hac ratione ſententiam: eſſe authorem, quare & reliquarum etiam epiſtolarum. quãdoquidem nullus inficiatur, eas omnes epiſtolas quæ vulgo dicuntur eſſe Dionyſij: ex eodem prorſus authore prodijſſe. Relinquitur igitur multiplici venerabilis patris Damaſceni teſtimonio id ſufficienter approbatum: beatũ patrem Dionyſium Areopagitam, eorum operũ quæ nomini eius aſcri-
5 buntur, eſſe verum & vnicum authorem. ¶ Subſcribũt autem eidẽ ſententiæ, eximij doctrina ac ſanctitate viri: Polycarpus Smyrneorum antiſtes, Dionyſius Corinthiorum epiſcopus. Methodius, Athanaſius, Gregorius Turonenſis, Fortunatus, & Ambroſius Camaldulenſis, necnon & alij authores percelebres. Quibus probatiſſimis teſtibus habendam potius fidem putarim: q̃ vni aut ad ſummum duobus, oppo-
6 ſitam defenſantibus ſententiam. ¶ Porrò iam nominatim citati authores, non modo de operibus prædictis, q̃ a Dionyſio Areopagita cõſcripta ſint, fidem faciunt: verum etiam eius admirandam ſapientiam in eis

Polycarpus
Dionyſius. Corinthius
Methodius
Athanaſius
Gregorius
Fortunatus
Ambroſius

abſtruſam, atq; de dextra ſedentis ſuper thronum acceptã, ſummis extollunt laudibus,& inſigni commendatione prædicant. Enimuero ſanctus Ioannes Chryſoſtomus, altitudine doctrinæ beati Dionyſij Areopagitæ propemodum attonitus: eum volucrem cęli nominat. Damaſcenus autem, eundem: diuinum Areopagitam, Pauli diſcipulum, ſacerrimum & deiloquentiſſimum (vt paulo ante eſt dictũ) appellat. Alij: magnum diuinæ ſapientiæ antiſtitem, illum vocitant. Hi vero: præcipuum ſacrorum interpretem. Hi deniq; angelũ, eundem nuncupant. ¶ Quocirca haudquaq; æquo animo ferenda eſt Lutheri impudentiſſima temeritas,& intolerabilis arrogantia: qui in ſuo de captiuitate Babylonica libro, tot pene erroribus impijs quot in eo ſententiæ ſunt, ſcatente: hoc de tanti patris operibus fert iudicĩ. In Dionyſio (inquit) qui ſcripſit de cæleſti hierarchia: nihil ferme eſt ſolidæ eruditionis. & omnia ſunt illius meditata, in illo libro: ac ſomnijs prope ſimillima. In theologia autem myſtica, pernicioſiſſimus eſt: Platonizans magis q̃ Chriſtianizans. In eccleſiaſtica vero hierarchia ludit allegorijs: quod eſt ocioſorum hominum ſtudium. hæc Lutherus. Qui deinde tumida inflataq; bucca, eodem in loco iactitat: ſe, vbi id animo ſederet, potiora & meliora q̃ ſcripſerit Dionyſius: cõſcripturum. Sed quãtùm rei ex ſtolida illa & temeraria promiſſione exhibuerit: oſtendit totus ferme Chriſtianus orbis, qui opera Lutherana impiorum dogmatum refertiſſima: cenſuit vltricibus flammis exurenda. Inſurrexit & inclyta Gallia, in tutelaris ſui patroni (Dionyſium dico Areopagitam) obtrectatorem, ac Zoilum mordaciſſimũ: illiúſq; libros ferales & funeſtos, finibus ſuis procul exegit. Nec minus & ipſa Lutetia Pariſiorũ, in ſanctiſſimi patris ſui (à quo, lumine fidei primum illuſtrata eſt: & ad CHRISTVM adducta) exurrexit defenſionem. illiúſq; calũniatorem improbiſſimum publica dãnauit cenſura: exterminandúmq; curauit. Demum ſacra theologorũ Pariſienſium facultas, hanc ipſam propoſitionem Lutheranã, in Dionyſium & opera eius obtrectatoriã: inter cæteras cenſoria quoq; virga notauit,& debitis ſignauit titulis.

Chryſoſtomus.

Damaſcenus.

7

¶ Dionyſium etiam Areopagitam, in Gallíam ad CHRISTVM illi annũciandũ veniſſe: & apud Lutetiam Pariſiorũ, glorioſum conſummaſſe ſuũ martyrium. Cap. VII.

SEd & hic forſitan obſtrepet quiſpiam importunus: abnegabitq; Dionyſium Areopagitã eſſe Gallorũ apoſtolum,& Pariſijs CHRISTI fidem primum annũciaſſe, vt in proximi cap. calce à nobis affirmatum eſt. Aliquorum enim (qui tamen rari ſunt) dictis innitẽs, contendet improbus cauillator: Dionyſium illum qui in Gallıam venit, & veræ fidei lumen Pariſianis primus attulit, apud quos etiam inſigni coronatus eſt martyrio: nõ fuiſſe Dionyſium Areopagitam à beato Paulo conuerſum, vt meminit Lucas. ſed alterũ quempiam Dionyſium ab illo: neſcio qua terræ regione deductum, aut quo inſignitũ cognomento. ¶ Cæterum vt & huic occurramus cauillo: apertis hic demonſtrabimus argumentis, quantũ ſuppetent vires, beatũ patrem Dionyſium Areopagitam, Pauli apoſtoli in fide Chriſtiana alũnum,& ſacrorum operum (quæ ipſius præferunt titulum) authorem,& non alium quempiam eiuſdem nomenclaturæ Dionyſium: in Galliã, directore ſancto Clemẽte ſedem apoſtolicam tum moderante, profectũ eſſe, Lutetiãq; Pariſiorum ſua prædicatione primũ ad veri dei agnitionem conuertiſſe: ac ibidem ſuum conſummaſſe martyriũ. Quod ſequentibus annitemur rationibus aſſeuerare. ¶ In primis, Dionyſius ille qui in Gallíam venit,& apud Pariſios primus CHRISTVM annũciauit (ſupponimus enim cum aduerſarijs, aliquem fuiſſe talẽ,& illius nomínis: quiſquis is fuerit) à beato Clemente tum ſummo pontifice illuc directus legitur: & à Feſcennino Siſinnio Domitiani Cæſaris præfecto, iuſſu illius, multis & grauibus afflictus tormẽtis, tandem Pariſijs glorioſo conſummatus eſſe martyrio. quemadmodum refert vitæ ipſius & mortis hiſtoria: ex hypotheſi, hic ſupponenda. Cui ſiquis fidẽ detrahat: neſcio qua via contra eum in hac materia (quæ iam olim tranſacti temporis factum diſquirit) ſit agendum. & relinquendum illum potius eſſe cenſerem: vt parum in ſanctos pium ac religioſum, quorũ receptiſſimas negat hiſtorias: q̃ diutius cum illo diſceptandum. Hæc autẽ omnia iam dicta,& in huius rationis initio aſſumpta: Dionyſio Areopagitæ congruenter aſcribuntur. quem vſq; ad tempora Domitiani cæſaris peruenıſſe: paulo ante oſtendimus. quoniam ad ſanctum Ioãnem apoſtolum & euangeliſtam, à Domitiano in Pathmos inſulam exilio relegatum (vt ſupradictum eſt) epiſtolam ſcripſit. Enimuero cum aliquot annos ipſe Dionyſius Areopagita Athenienſem (cuius à beato Paulo fuerat ordinatus epiſcopus) rexiſſet eccleſiam: commiſſa alteri illius moderationis prouincia, Romam relictis Athenis veniſſe narratur: nõ ſine interna diuinæ diſpenſationis (vt credere dignum eſt) vocatione. quę immenſa ſua bonitate voluit occiduas orbis partes tam lucidi ſolis ſplẽdore illuſtrari. Cum autem Romam veniſſet: beatum Clementẽ apoſtolicę ſedi præſidentem offendit. A quo in Galliam tranſmiſſus fuiſſe dicitur: & apud Lutetiam Pariſiorum martyrio coronatus. At vero Dionyſio Corinthiorum epiſcopo: nequaq̃ iſta iam dicta attribui vere poſſunt. qui tempore Domitiani nequaquã floruiſſe dinoſcitur: ſed ſub imperatoribus Marco Antonio Vero,& Aurelio Cõmodo, ſummo autẽ pontifice Sotero: circa annũ ab incarnatione dominica centeſimum ſeptuageſimum quartum, vt perhibet Euſebius Cæſarienſis in ſuo chronico. Quare inter Dionyſium Areopagitam & Dionyſium Corinthium: interſteſit ad minimum, octoginta annorum ſpacium. Adde q̃ Dionyſius

Actuũ. 17.

1

Dionyſius Corinthiorum epiſcopus.

Euſebius.

Corinthiorũ episcopus, in sua ad Athenienses epistola: Dionysij Areopagitæ meminit. scribitq; eundem, à Paulo apostolo, post sui in actibus apostolicis narratam conuersionem: apud Athenas ordinatum esse episcopũ. vt refert Eusebius in sua historia ecclesiastica: libri quarti capite vicesimosecundo. Ex quo validum sumitur argumentum: Dionysium Corinthium, Dionysio Areopagita longe fuisse posteriorẽ. Dionysius igitur qui in Galliam venit & Parisios claro fidei lumine illustrauit: fuit reuera Dionysius Areopagita. cũ nullus alter Dionysius: circa tempora Domitiani felici martyrio claruisse dicatur. ¶ Rursum. ætatis quoq; Dionysij Areopagitæ ratio: recte quadrat huic assertioni. Nã ipse quintum & vicesimũ agebat ætatis annũ tempore passionis CHRISTI: vt de se scribit in vndecima sua epistola. & nonagenarius mortem pertulit pro CHRISTO (vt astruit Trithemius in suo de scriptoribus ecclesiasticis libro) circa annum ab incarnatione dominica nonagesimũ sextum: & post passionem CHRISTI anno sexagesimotertio, aut circiter. Ea autem temporis cõditio atq; supputatio, conuenienter respondet ac quadrat Domitiani imperio: ad annum vsq; centesimum post domini in carnem aduentum, fere extento, secundum Eusebij Cæsariensis ratiocinium: in suo chronico annotatũ. sub quo quidem Domitiano (vt dictum iam est) mortem sustinuit Dionysius ille: qui Parisiorum Lutetiam primum clarissimo fidei lumine, & demũ suo precioso sanguine decorauit. Qui & ab impio Sisinnio prefecto, senex nefandus per ignominiam in quęstione fidei appellatus est: & de quo sancta canit ecclesia. Seniore celebrante missam, turba circunstante: adest CHRISTVS, comitante cælesti militia. Ex quo non irrationabiliter colligere licet: Dionysium illum apud Parisios passum mortem pro confessione fidei: fuisse Dionysium Areopagitã, q̃ eadem huic & illi respondeat senilis ætas. Actuũ. 17.

¶ Ad hæc. Nullus ab Eusebio Cæsariensi & alijs authoribus celebratur alter Dionysius: qui passus sit martyriũ sub Domitiano (quod Parisijs passo Dionysio conueniisse: ex historia supponitur) q̃ Dionysius Areopagites. qui primam persecutionem Christianorũ à Nerone suscitatam prætergressus est: & vsq; ad tertiam ecclesiæ persecutionẽ à Traiano excitatã nequaq̃ peruenit. Nam ratio temporis & ætatis Dionysij Areopagitæ: idipsum non patitur. cũ debuisset tunc amplius q̃ centum annorum habuisse ætatem: quando glorioſa morte sua deum clarificauit, quod historiæ eius, nonaginta tantum annos illi ascribenti: nequaq̃ consonat. Ergo in secunda ecclesiæ persecutione, sub Domitiano facta: Dionysius Areopagita cursum martyrij expleuit. Consequẽs est igitur, Dionysium Areopagitam, eum ipsum esse: qui Galliarũ apostolus est ac patronus, Parisiorumq; sacer antistes, & splẽdidus illustrator. 3

¶ Ad hanc etiam rem corroborandam, non parũ faciunt antiqua monumenta: in hunc vsq; diẽ asseruata, sacri scilicet cineres & reliquiæ beati Dionysij Areopagitæ, & sociorum eius tam in euangelij prædicatione quàm martyrij agone, Rustici & Eleutherij: cum magna veneratione ad quartum à Parisijs lapidem, in templo admodum magnifico illis dicato repositæ, atq; honoratæ. Enimuero cum post felicem illorum trium athletarum in domino obdormitionem, corpora eorum cryptis subterraneis fuissent abstrusa, & ibidem diutius sine debito honore delituissent: post annos triginta & quadringẽtos à passione ipsorum, Dagobertus rex Francorum per visum in somno cælitus admonitus: sacra ipsorũ ossa ac cineres sanctos terra effossos honoratiore collocauit mausoleo, ac ornatiore conditorio sublimi in loco venerandos exhibuit: extructo in sanctissimi Dionysij honorem magnifico templo: & amplissimis dotato prouentibus in ministrorũ eius sustentationẽ. Deinde circa annum ab aduẽtu domini in carnem, vicesimumquartum supra octingentesimum, legati Michaelis imperatoris Cõstantinopolitani, ad Ludouicum Pium Caroli magni filium Francorum regem ac Romanorũ imperatorem profecti: inter cætera illi pro dono singulari detulerunt libros Dionysij Areopagitæ, de cælesti hierarchia inscriptos. Qui sanelibri (vt Sigibertus in suo chronico author est) ad Parisios à Ludouico missi: in ipso die, sancto martyri Dionysio dicato, suscepti sunt cum ingenti gaudio. quod beati CHRISTI martyris virtus, mirifice tum in beneficijs sanitatũ spectata, adauxit: vndeuiginti ægrotis ac vario morborum genere languidis, proxima nocte diuinitus curatis. Q7 siquis in dubiũ reuocare pergat, sint'ne sacræ illæ exuuiæ ac reliquiæ, sancti Dionisij Areopagitæ: vt dicũtur, an alterius cuiuspiam Dionysij: potius ob tantam impietatem pœna mulctandus est & vinculis coercendus, q̃ ratione aliqua reuincendus. q̃ id in quæstionem vocet, ac trahat in ambiguũ: quod ex tot annorum interuallo, publico populi cõsensu ac tantis approbationibus ratũ haberi debet & maxime persuasũ. Sufficit enim ipsa temporis antiquitas ac indubitata totius populi sententia, diuturno ac firmo roborata consensu: authoritatẽ huic rei inducere. 4 5

¶ Postremo, officium ecclesiasticum quod in die festo sanctissimi martyris ac sociorum eius per omnes legitur ecclesias, antiquissimo approbatum vsu: manifeste etiam testificatur, Dionysium ipsum, qui Galliam circa euãgelicæ legis exortũ inuisit, ac Lutetiam splendore fidei Christianæ primum illustrauit, Parisiorumq; fuit episcopus: fuisse Dionysium Areopagitam, à beato Paulo adductum ad CHRISTVM, diuinaq; vocatione è Græcia, ad Gallias splendore nouo fidei claritatẽq; lucis euãgelicæ perfundendas, accitũ. Et potissimum prosa illa præclara & elegans: in missæ diei illius officio, modulatissima concinnitate solita concini. Gaude prole Græcia: glorietur Gallia, patre Dionysio. Et sane satius est hac in re cum tota sentire ecclesia, illiusq; sequi grauissimam sententiam, publico omnium consensu & antiquo probatam vsu: q̃ nõnullos,

Dagobertus.

Ludouicus Pius.

Sigibertus.

eoſdemq; paucos, nouitatũ ſtudioſos, paradoxorúmq; ſectatores. Quorum ſtudium in hoc potiſſimum verſatur: vt quæ ab omnibus recepta ſunt & approbata, euertant & refigãt. vt etiam nouas inducant opiniones: & ſectas exuſcitent. vt deniq; quippiam afferant in contentionem: quod ab omniũ diſſidet ſententia vſúq; communi. contendentes, ea ratione, ſingulari doctrina prædíti videri, & plus omnibus ſapere: ſi contra q̃ cæteri omnes, ſentiant. ſi improbent, quæ à cæteris probantur omnibus: aut ea approbent, quæ à reliquis omnibus dãnantur. Verum quí
Roma. 12. ſecundum apoſtoli monitum non plus ſapere volunt q̃ oportet, ſed ſapere ad ſobrietatem (velle autem debent omnes) non debent facile aures patefacere nouis iſtis placitis & aſſertionibus, à communi & probata omnibus ſententia abhorrentibus: ſed via regia ac plana incedere. quam tenentes: nullo trahentur errore malo, nec ferentur per deuia.

¶ Diſſolutio rationum aduerſæ partis: cõuincere nitentium, opera quæ Dionyſij nomine ſunt annotata, non eſſe Dionyſij Areopagitæ: ſed alterius cuiuſpiã authoris. Cap. VIII.

Eraſmus. NVnc autem reliquum eſt pro noſtro officio: vt rationibus aduerſariorum, & qui oppoſitas iam dictis tutãtur partes, pro viríli noſtra occurramus. Inter quos in primis ſe offert Eraſmus Roterodamus: qui in epiſtola, ſecundo thomo operum beati Hieronymi à ſe recognitorum præfixa, recenſens multa opera alienis authoribus falſò aſcripta: inter cætera ait. Et hierarchiarum libros Dionyſio tribuimus Areopagitæ, & eundem putamus eſſe: quem iuxta Lutetiam Pariſiorum vrbem, martyrio coronatũ accepimus, è tribus (ni fallor) vnum facientes. hæc ille. Sed exhibeat (oro) Eraſmus vel vnũ Dionyſium, præter Dionyſium Areopagitã: qui tempore apoſtolorũ (quo opera illa quatuor, Dionyſio aſcripta, ſimul & epiſtolas, cõpoſitas eſſe: manifeſtis cõuincitur argumentis) doctrina rerum ſacrarum habitus ſit inſignis, quem poſſimus dicere illorum operum & epiſtolarum authorem: & tunc illi ingenue palmam cõcedemus. Dicit quidẽ in loco iam citato Eraſmus: nos ex tribus Dionyſijs vnum facere. ſed quinam ſint hi tres Dionyſij: & qua ratione dinoſcãtur eſſe diuerſi, operibúſq; & tempore diſtincti, & quo pacto opera eorum trium vni ſoli aſcribamus: nõ affert in medium, neq; latius explicat. Debuiſſet certe (ne gratis aliorũ ſentẽtiam refutare videretur: & ſine ratione loqui) accuratius id expromere: vulgatúmq; (ſi quis eſſet in hoc articulo) errorem clarius enodare. Nimirum coniectare cuiq; licet: Eraſmũ ex tribus ſuis Dionyſijs, primum facere eum: qui à beato Paulo conuerſus, Areopagita denominatus eſt. Secũdum vero eum: qui opera, Dionyſij nomine inſcripta compoſuit: omnino à primo diuerſum. Tertium vero, à duobus iam dictis etiam alium: qui in Galliam CHRISTVM annũciaturus peruenit, &

apud Lutetiam martyrij corona laureatus eſt. Sed facile erit cuiuis, hoc modo pro ſuo arbitratu: quos communis hominum ſententia facit eoſdem, diſſecare abinuicem, atq; aſtruere eſſe diuerſos: nulla ad id aſſerendum ratione adducta. Nos vero ſupra, ſatis ſupérq; (quantũ putamus) oſtendimus: vnũ eundémq; eſſe Dionyſium, cui illa tria competunt officia. & ipſum re ipſa atq; ſecundum ſubſtantiam: vnicum eſſe. ſecundum tria autem illa opera: ratione triformem. ¶ Idem quoq; Roterodamus in annotationibus ſuis ſuper nouum teſtamentum, circa decimũſeptimum caput actuum apoſtolorum, recenſet ſententiam & rationes Laurentij Vallenſis: quibus in eiuſdem loci actorum apoſtolicorum annotationibus ipſe Valla refellit eorum (certe nobiſcũ ſentientium) opinionem: qui putant Dionyſium Areopagitam, ibidem à Luca nominatũ, fuiſſe authorem eorum librorum qui inſcribũtur de hierarchijs, cæleſti & eccleſiaſtica, & de diuinis nominibus. eundémq; eſſe: qui apud Pariſios agonem ſui martyrij expleuerit. Verum rationibus illis: ſuo ordine
1 reſpondendum eſt. ¶ Primum quidem id obiectat Valla. Areopagitæ iudices erant: non philoſophi. At iſti (ſentiẽtes ſcilicet vnicũ fuiſſe Dionyſium, cui tria prædicta conueniunt officia) Dionyſium, ſummum faciunt philoſophum: qui ex eclipſi ſolis, deprehenderit periclitari totam naturam. ¶ Cui adhibenda eſt reſponſio. alia quidem ratione Areopagitas dici: alia philoſophos. Areopagitas enim: quia in Areopago vico Athenienſi, ex Solonis Salaminij, vnius ex ſeptem Grecię ſapientibus, prima inſtitutione, iudices erant conſtituti. Philoſophos vero: quia ſapientiæ ſtudium amore proſequebantur, illiq; penitus inſiſtebãt. Haud tamen repugnat, eundem & Areopagitam eſſe & philoſophũ: cum geminæ ille rationes haudquaq̃ inter ſe pugnantes, vni & eidem probe cõuenire poſſint. Enimuero philoſophia diffinitur: eſſe diuinarum humanarúmq; rerũ cognitio. & philoſophus is eſſe dicitur: qui diuina humanáq; callet, omnémq; bene viuendi rationẽ animo eſt complexus. Quis autem aptior eſt ad iuſtitiæ moderationem, iudiciariámq; functionem: q̃ is qui tam inſigni rerum omniũ peritia eſt inſtructus? cum dicat Plato beatas tum fore reſpublicas: cum eas philoſophi regerent, aut earum rectores, ſapientiæ ſtudere contingeret. Cum itidem compertũ ſit, plærоſq; philoſophorum fuiſſe legum latores: quid vetat eoſdem conſtitui in arduis cauſis diſquirendis & iudices? Itaq; Laurentius ex eo q; Dionyſium fatemur fuiſſe ſummũ philoſophum: perperam colligit eũdem à nobis non poſſe dici Areopagitam, & curiæ Athenienſis iudicẽ. Perinde atq; ita necteret argumẽtum. Dionyſius, eximius fuit theologus, non igitur eccleſiæ Athenienſis primum & deinde Pariſienſis fuit epiſcopus. Epiſcopi nanq; (diceret Valla) rectores eccleſiarũ ſunt. at theologi quatenus huiuſmodi, moderationem non habent eccleſiaſticã. diuerſíq; ſunt: theologi & epiſcopi. Certe inualida eſſet iſta collectio: cũ poſſit

Laurentius Vallenſis.

Areopagitę

Plato.

ídem ob díuerſas ratíones, epíſcopus eſſe & theologus. ¶Porrò quod ſubnectit Laurentíus: Dionyſíum ob ínſígnem philoſophiã deprehendíſſe ex eclipſi ſolis, tempore dominicæ paſſionis (ſecũdũ eos qui Areopagitam ſentíunt eorum operum quæ Dionyſío attríbuuntur, eſſe authorem) q̃ natura tum periclitaretur. íd reor ab eo eſſe adiectũ propter eorum placíta, qui tradunt ipſum Dionyſíum Areopagitã ípſo die paſſionis CHRISTI fuiſſe Athenís: & víſo deliquíj ſolaris præter naturæ legem oſtento, attonítum exclamaſſe. Aut deus naturæ patítur: aut tota mundí machína díſſoluitur. Quod ínter cæteros, author líbrí de ſphęra: in fine illius ſui operís etiam perhíbet. Verum id dictum, ijs quæ de ſeípſo ſcríbit Dionyſíus: aduerſatur, potiſſimum quãtum ad ípſius loci ín quo talia díxiſſe refertur, aſſignationem. In ſeptima nempe ſuarum epiſtolarum, quæ eſt ad Polycarpũ, & in vndecima, quæ ad Apollophanem ínſcríbitur: tradit ſe Dionyſíus tempore illius inſolítæ defectionís ſolis, fuiſſe in Heliopolí ciuítate Ægypti: & ibidem philoſophiæ ſtudio operã nauaſſe. non autẽ fuiſſe Athenis, ciuítate Græciæ: magna locorũ intercapedíne ab Heliopolí, diſtante. Et hac ín re, potíus Dionyſío de ſe teſtímonium perhíbenti credendum cenſuerím: q̃ alíjs oppoſitum referentibus. Vtrum autem in hanc eruperit vocem: qua deum naturæ patí, aut naturam totam periclitarí ſignificarit: ex eius dictís nequaq̃ cõſtat. cum ípſe mirũ illud defectus ſolis ſpectaculũ narrans: íd de ſe non ſcríbat. Itaq; alíus ab íllo quęrendus eſt probatus author: qui íllud, ipſum dixiſſe, ſufficiẽter aſtruat. Quanq̃ íd nihil ad rem facit præſentem: díxerit ea verba nẽcne. cum ſatís ſine hoc conſtet, ipſum ante ſui ad CHRISTVM conuerſionem: egregium fuiſſe philoſophiæ profeſſorẽ. ¶Secũ- 2
do inſiſtit Laurentíus, Dionyſíum Areopagitã Athenís vix bene percípere potuiſſe tenebras, tempore ſuffixionis CHRISTI in cruce, obortas: vt aíunt íj, quos refellere annítitur. cũ conſentaneum (inquít) non
Matth.27. ſit: eas tenebras, Athenas vſq; peruenıſſe. Nam quod ait euangeliſta, tenebras factas ſuper vniuerſam terram: eius regionis terrã intellexit. aſſentiente & díuo Hieronymo: & aſſeuerante Origene in homelijs quas ſcripſit in Matthęum. Vbí plane negat: eas tenebras è ſolís accidiſſe deliquío. ſed aut nubíbus intercedentibus: aut alíoqui aëris denſitate coacta. Qz ſi hæ tenebræ tanto ſpacío cõtigiſſent per vniuerſum orbem: alíquis certe ſeu Latínus ſeu Græcus ſcriptor, eius rei meminiſſet. Iam epiſtolam ſuper hac re, velut Dionyſíj nomine cõfictam: deridet Laurentíus. Hæc ex Laurentío Eraſmus. ¶Verum reddenda eſt Vallæ reſpõſio. nos & íd admittere, q̃ horrífícas íllas tenebras, quarum mentionem faciunt euangeliſtæ: Dionyſius Athenís non perceperit. cũ tunc (vt ſuo ipſíus cõſtat teſtímonío) verſaretur in Heliopolí vrbe Ægypti. Proínde ſíue ad Athenas vſq; peruenerint íllæ tenebræ, ſíue non: nihíl refert ad præſens negocíũ. Credíderím tamen potius, etiam Athenís eas tenebras

perceptas: ſícut & ín Heliopolí deprehẽſas ípſas eſſe, ſcríbit Dionyſíus. cum non mínus Heliopolis q̃ Athenæ: extra Iudęam & Syríam regioníſq; íllíus fines, ſit conſtituta. Neq; deſunt ſcríptores, miníme proletaríj: qui aram illam Athenienſem, cui titulus erat ínſcríptus, ígnoto deo (quemadmodũ memínit beatus Paulus: ín oratione ſua ad Atheníẽſes) Actuũ.17
primũ fuiſſe erectam referunt, occaſione íllarum tenebrarũ etiam Athenís perceptarũ. Quas cum ex ratíone aſtronomica deprehenderint tum philoſophí fuiſſe præter conſuetum naturæ curſum: eas occulti cuiuſdã numínis virtuti aſcrípſerunt, íllíq; licet ígnoto, aram dicarũt. Quinímmo & terrificam illam obtenebratiõnẽ, magís ſimile vero eſt, per vniuerſam terram habitabilem eſſe expanſam: q̃ per ſolam Iudeæ ac Paleſtinæ terrã, vt contendit Laurentius. quandoquidẽ ídipſum potíus ſonare víMatth.27
dentur trium euangeliſtarũ Matthæi Marci & Lucæ verba. & voluerit Marci.15
ínſuetis íllís tenebrís deus, CHRISTI paſſionẽ ac mortem ínIuſtã toti Lucæ.23
ínſínuare mũdo, vt exíſtímare fas eſt: quæ pro totius mũdi ſalute, non Iudæorum tantũ, ab eo ín cruce perferebatur. ¶Ad Hieronymũ autẽ dícere non íníuría poſſumus, ipſum non tam ſuam de tenebrís illís expreſſiſſe ſententiam: q̃ aliorum placita & opínionem recenſuiſſe. ex qua alíenæ ſententiæ enarratione: nihíl ſolídí teſtímonij habetur, ad conuincendũ quod molítur Laurentius. Verũtamen Hieronymus íllum Matthæí locum, qui de tenebrís tempore dominicæ paſſionís obortís narratiõnẽ contexit, explanans: nequaq̃ dícit eas per ſolam Iudeæ regionem fuiſſe díffuſas, quín potíus ſubíndícare vídetur: eaſdẽ toti orbí íncubuiſſe: communéſq; apparuiſſe. Ita enim ait. Et ne forſitan víderetur vmbra Hieronymus.
terræ, vel orbis lunæ ſolí oppoſítus, breues & ferrugíneas feciſſe tenebras: trium horarum ſpacium ponitur, vt omnís cauſantium occaſío tolleretur. Et hoc factum reor: vt compleatur prophetía dicẽs. Occumbet Amos.8
ſol meridíe: & contenebrabitur ſuper terram ín díe lux. Et ín alío loco. Occubuit ſol: cum adhuc media eſſet díes. Videturq; mihi claríſſimum Hiere.15
lumen mũdí, hoc eſt luminare maius, retraxiſſe radíos ſuos: ne aut pendentem videret dominũ, aut ímpíj blaſphemantes ſua luce fruerentur. Hæc Hieronymus. At quomodo geminum illud oraculum prophetícum tunc eſt completum: ſí ín ſola terræ Iudæorum plaga ſubortæ fuerínt íllæ tenebræ, & reliqua tota pars orbís claro ſolís lumine illuſtrata refulſerít? Nunquíd particulares íllæ & vní tantũ regioní íncubantes tenebræ: dícentur índucere ſolís occubítum? qui cum per occaſum ſublatus fuerit: totius ípſe mundus atra tenebrarum calígíne horret offuſus. Quoníam ígitur Hieronymus ſentit duo ílla prophetarum vatícínia, quæ prenunciarũt ſolem ín ípſo meridíe occubiturum, ín hora paſſionís domíní fuiſſe completa: eo ípſo ſubínſínuat, tenebras íllas ín totum orbem terrarum fuiſſe díffuſas, & non ín ſolam Iudæorum terram. Præterea, ſí ſol ſuos retraxít radios, ſubduxítq; ſuam terræ darí-

tatem, vt hic perhibet Hieronymus: quomodo deſtituta beneficio radiorum ſolarium terra reliqua præter Iudæam: potuit Phœbęo ſplendore illuſtrari, diurnóve perfundi lumine? Neq; enim recte dixeris: ſolem ab vna tantũ regione ſuos retraxiſſe radios, & reliquis terræ plagis eoſdem cõmunicaſſe. Ex prædictis igitur Hieronymi verbis potius collegeris ipſum ſenſiſſe: tenebras illas vniuerſales fuiſſe, quàm particulares. Inſuper, locum illum Amos prophetæ paulo ante adductũ: qui ita

Amos. 8 in noſtra traductione legitur. Et erit in die illa, dicit dominus: occidet ſol in meridie: & tenebreſcere faciã terrã in die luminis. & conuertã feſtiuitates veſtras in luctũ: & omnia cantica veſtra in planctũ. illum inquã locũ exponens beatus Hieronymus libro tertio ſuorum cõmentariorũ in eundem prophetam: ait. Poſſumus hunc locũ & in domini intelligere paſſione: quando ſol hora ſexta retraxit radios ſuos, & pendentẽ in cruce dominũ ſuum ſpectare non auſus eſt: quãdo tenebris cuncta cõplentibus: feſtiuitates eorum & cantica, Veſpaſiano Titóq; ſuperãtibus, in planctũ luctúmq; mutata ſunt. quando lachrymarũ & pœnitudinis & ciliciorũ repleta ſunt omnia: & capita habuere caluitiũ, quæ prius Nazaræorũ decorata cæſarie, comã domino nutriebãt. Hæc ibi. Et cõſimilem prorſus ſententiã, ex ipſo (vt crediderim) Hieronymo paucis verbis demutatis ſumptã: habet gloſſa ordinaria, prædictũ prophetæ locũ exponens. Ex illo autẽ Hieronymi dicto nequaq; ſubinferre quiſpiã poſſet: ipſum ſenſiſſe, tenebras illas tẽpore paſſionis domini exortas, ſolam occupaſſe Iudęæ plagã, ſed potius in toto mũdo perceptas eſſe. quãdoquidem & ſolẽ tũ retraxiſſe radios ſuos & tenebras cũcta compleſſe: in

Origenes. ſupra dictis verbis perhibeat. ¶ De Origene vero, qui in homelia trice ſimaquinta ſuper Matthæũ diffuſe hac de re diſſerit: dicendũ eſt, eũ potius id afferre de tenebris, q; Iudææ regionem tantummodo occupauerint: vt viam aperiat qua calũniantibus veritatẽ euangelicã fideles quoquo pacto reſpondeant, q̃ vt illud ſolide tenendum aſtruat. Q; autem tenebras illas inficiatur deliquio ſolis inductas, putátq; aut nubiũ craſſarum interuentu aut aëre in denſitatem concreto obortas: eo ipſo à ſacrarum literarũ, ſanctorúmq; patrum procul abeſt ſententia. quandoquidem poſtq̃ dixit Lucas in euangelio: dominicam deſcribens paſſio-

Lucæ. 23 nem. Erat autem fere hora ſexta: & tenebræ factę ſunt in vniuerſam terram, vſq; in horã nonam. protinus tanq̃ cauſam ante dictorũ reddens: ſubnectit. & obſcuratus eſt ſol. Vbi in quibuſdam codicibus ſuo tempore ita contextã fuiſſe literã: tradit in prædicta homelia Origenes. Et tenebræ factæ ſunt in vniuerſam terrã: deficiẽte ſole. q̃uis hãc lectionẽ non vſqueàdeò probet: q; ſuæ ſententiæ non omnino quadret. Sed & beatus Dionyſius in vtraq; epiſtola ante dicta, plane aſtruit illas tenebras, à ſolis defectione præter naturæ legem facta, ſubortas eſſe: declarans rationem & modũ particularem, quo ea eclipſis inchoata fuerit & perfecta.

Cui tanq̃ oculato teſti credendũ eſſe potius autumo, quàm Origeni: qui inſolitũ illud mũdo non contuitus eſt ſpectaculũ. Auguſtinus item libro Auguſtinus
tertio de ciuitate dei, capite decimoquinto de illa in paſſione domini obtenebratione ſolari loquẽs: ait. Quã ſolis obſcurationẽ non ex canonico curſu ſiderũ accidiſſe: ſatis oſtendit, q; tunc erat paſcha Iudæorũ. Nam plena luna: paſchę ſolẽnitas agitur. Regularis autem ſolis defectio: non niſi fine lunæ cõtingit. Hæc ille. In quibus verbis inſinuat: illã ſolis obſcurationẽ, ex eclipſi ſolari tum facta profectã eſſe. Porrò quod ſubijcit Laurẽtius in præſenti obiectione, tenebras illas tẽpore paſſionis CHRISTI factas, non videri per vniuerſam omnino terrã fuiſſe expãſas: quoniam illius oſtẽti nec Latinus quiſpiam aut Græcus ſcriptor meminerit: parũ ſolido nititur argumẽto. Tum q; Phlegon hiſtoricus, exactiſ- Phlegon.
ſimus olympiadũ ſupputator: in decimoquarto operis illius libro, ita de illo tenebrarũ portento ſcribit. Quarto autem anno ducenteſimæ ſecundæ olympiadis: magna & excellens inter omnes quæ ante eam acciderãt, defectio ſolis eſt facta. Dies hora ſexta ita in tenebroſam noctem eſt verſus: vt ſtellæ in cælo viſæ ſint, terræq; motus in Bythinia, Nicenæ vrbis multas edes ſubuerterit. Hæc ille. Is autem annus quartus ducẽteſimæ ſecundæ olympiadis: fuit annus decimus octauus imperij Tybe Tyberius
rij Cæſaris, quo quidẽ anno CHRISTVS deus noſter crucẽ pro nobis Cæſar.
paſſus eſt. vt clare demonſtrat Euſebius in ſuo chronico. Tum etiam, q; ſacra diuinæ ſcripturæ hiſtoria: non indiget in ſui confirmationẽ ſuffragio ſcriptorum ſecularium. neq; ex eorum annalibus aut diarijs pendet veritatis ſacrarum narrationũ ſoliditas: ſed ex deo, ſyncæriſſimo totius veritatis fonte. Non igitur firmitatem accipit aut robur hiſtorica rerum geſtarum in ſacris libris conſcriptarum cõmemoratio, ab ethnicis authoribus: vt neq; ſol ſplendorẽ precario mutuatur à luna aut ſubrutilis aſtris. Nempe quoniam nulli meminerunt antiqui rerum ſcriptores, ſolem tempore Ioſue diutius in ſuo conſtitiſſe gradu citra occa- Ioſue. 10
ſum. aut retrogreſſum eſſe ſolem decem lineis à ſua ſtatione, atq; diem 4. Regũ. 20
longe productiorẽ ſolito reddidiſſe, tempore Ezechiæ regis Iuda: nunquid idcirco hæſitabimus in firma vtriuſq; harum narrationum veritate, aut eam abnegabimus? Demum q; epiſtolam ſuper eclipſi portentoſa ſolis veluti Dionyſij nomine confictam, irrideat Laurentius: nos magnopere non mouet. Si enim de epiſtola loquatur, quæ ab Athenis dicatur eſſe miſſa à Dionyſio, tempore deliquij ſolaris illic cõſiſtente, ad aliquem amicorũ, defectionis illius explicatoria: admittimus eam eſſe cõmentitiã. Si vero verba faciat Laurẽtius de epiſtola longo poſt tẽpore ſuper ea re cõſcripta: abnegamus eſſe fictitiã illam, & ſub nomine Dionyſij confictã. cũ geminã ipſe Dionyſius conſcripſerit epiſtolam: deliquiũ illud ſolare cõmemorantẽ. Vnã quidẽ ad Polycarpũ: ordine ſeptimã, & alterã ad Apollophanem: ordine vndecimã, vt iam ſępius ante dictũ eſt.

¶Aliarum adhuc rationum,quas aduersæ partis defensatores adducunt:dissolutio. Cap.IX.

AFferunt & aduersarij,qui opera,Dionysij nomine annotata existimant non esse cõscripta à Dionysio Areopagita:etiã alias ad suã sententiã corroborandã rationes quas & hic referre & diluere: videtur expediens.

¶Erasmus quidẽ in suis annotationibus ante citatis circa decimũseptimũ caput actuum apostolorũ:perhibet sibi nõ videri,priscis illis tẽporibus tantũ fuisse cærimoniarũ,quantum illorũ operũ author describit,in libro scilicet de ecclesiastica hierarchia.& his verbis subinsinuat,authorẽ illum suo iudicio nõ fuisse Dionysium Areopagitã: sed alterũ quẽuis tempore posteriorẽ. Quod etiã subinsinuat in præfatione, paraphrasi suæ in epistolas beati Pauli ad Corinthios prefixa,his verbis. Dionysius(inquit) qui in hierarchia secũda priscos ecclesiæ ritus satis copiose describit: eruditis recẽtior quispiã fuisse videtur:q̃ fuerit Areopagites ille,Pauli discipulus. Hæc ibi.

¶Sed illi satisfaciendũ est:potius oppositum debere ipsi videri.quãdoquidẽ ab apostolis qui erãt bases & colũnę ecclesiæ statim post acceptas exuberanti infusione spiritus sancti primitias,instituta fuit & ordinata in suis gradibus & officijs ecclesia:cærimonięq; & ritus sacri ab ijsdẽ definiti,quibus ecclesiastica administrarẽtur sacramenta & ministrorũ sacrorũ fieret cõsecratio:anteq̃ dispergerẽtur in vniuersum orbem,aut per martyriũ de mũdo tollerẽtur. Spiritus enim sanctus ecclesiæ director & magister optimus, eis suggessit, ea ipsa cærimoniarũ genera quibus in sacramentorũ distributione & consecratione pontificũ,sacerdotũ,ac ministrorũ ecclesiæ vtendum foret: per ipsos potius apostolos cõstituenda esse,qui relicti erãt à CHRISTO fundatores ecclesię:q̃ illorũ primã cõstitutionẽ successoribus relinquendã. Opera autẽ ipsa,de quibus agitur cõtrouersia:tempore apostolorũ erãt composita,vt multifariã supra est ostẽsum,& iam cõstitutis plærisq; ecclesiæ cærimonijs:quæ ex ritu apostolico in primitiua ecclesia obseruabãtur. Sed age,nõne beatus Paulus in epistola ad Timotheũ:episcopos nominat & diaconos:qui & ad Titũ scribit. Huius rei gratia reliqui te Cretæ: vt ea quæ desunt corrigas, & constituas per ciuitates presbyteros: sicut & ego disposui tibi. Rursum in principio epistolæ ad Philippenses:episcopos nominatim exprimit & diacones. Et in actibus apostolorũ cũ Mileti agẽs,hortaretur maiores natu ecclesiæ ab Epheso ad se accitos,vt cũ sedulitate ac diligentia pascerẽt gregẽ dominicũ:episcopos etiã nominauit. Rursum Eusebius in historia ecclesiastica,libri tertij capite decimooctauo: de beato Ioãne euangelista loquens,ait. Cum post tyranni obitum de Pathmos insula Ephesum rediret:rogabatur etiam vicinas illustrare prouincias.quo vel ecclesias fundaret in quibus nõ erãt locis:& in quibus erãt,sacerdotibus

1. Timo. 3 Titum. 1

Philippẽ. 1 Actuũ. 20

Eusebius.

ac ministris instrueret,secundũ q̃ ei de vnoquoq; spiritus sanctus indicasset. Hæc ille. Ex quibus omnibus liquido cõstat:circa principiũ legis euãgelicę ab apostolis constitutos esse episcopos,presbyteros,diaconos,& reliquos ecclesiæ ministros. At manifestum est: eos nequaq̃ tunc fuisse ordinatos sine certis cærimonijs & sacro ritu. Si enim in veteri lege circa summi sacerdotis ac minorũ sacerdotum consecrationẽ,certi erant diuináq; institutione determinati ritus obseruãdi: nõne valentiore iure & circa pontificũ noui testamenti sacerdotúmq; & diaconorum ordinationem,certæ erant etiam diligentiore cura obseruãdę cærimoniæ? Nec minus circa sacramentorũ,vt baptismi,confirmationis,& sanctę eucharistiæ administrationẽ:quorum vsus(sicut & aliorum)statim ab ipso ecclesiæ nascẽtis exordio fuit inductus. Erant igitur & tempore apostolorum constituti ritus sacri:quibus hæc omnia rite peragerentur. Et illos authoritate apostolica iam decretos atq; in vsum ecclesiæ assumptos:ipse Dionysius Areopagites(qui circa ea tẽpora floruit)explicuit singulatim in suo de ecclesiastica hierarchia libro:certóq; ordine digessit. ¶Desinceps in eodem annotationũ loco subiungit Erasmus: mirum id esse,si tam priscus author fuit & tam multa scripsit, qui Dionysiano nomini ascripta opera cõposuit: illum à nemine veterum seu Græcorũ seu Latinorũ fuisse citatum.non ab Origene nec Hieronymo: qui nihil intentatum reliquit. Et ita in eam inclinatur partem Erasmus:vt videatur ei author illorum operũ non fuisse Dionysius Areopagita. ¶Cui occurrendũ est,certe plærosq; Græcorum citasse beatũ Dionysium Areopagitã: vt illorũ operum,de quibus ventilatur quæstio,conscriptorẽ.& in primis Ioannẽ Damascenũ,nõ paruę apud Græcos authoritatis:& alios supra nominatos. Quinimo & apud Greços,ipse Dionysius ob eximiam doctrinæ excellentiã in libris illis reconditã:magnus cognominatus est.& apud Latinos itidẽ maximo in precio habitus:postq̃ libri eius horum auribus insonuerũt. De Origene autẽ & Hieronymo, recte id dicere possumus,eos Dionysiũ Areopagitã inter cęteros scriptores ecclesiasticos nec citasse nec nominasse: quoniã ad ipsorum manus,libri illi Dionysiani non peruenerãt.quẽadmodum etiam fatetur Hieronymus multos à se prætermissos authores alios percelebres,q̃ eorum libri non erãt ei in manibus,nec ad ipsum delati fuerant. At vero infirma est hæc collectio. Dionysij Areopagitæ libri non peruenerũt ad manus Origenis & Hieronymi, illiúsq; non meminerunt inter scriptores ecclesiasticos:ergo Dionysius Areopagita nihil scripsit,nec author est eorum qui nomini eius ascribuntur operum. ¶Subnectit & eodem in loco Erasmus. Gregorius vir probæ fidei,citans huius literas: non indicat eum fuisse Dionysium Areopagitam. Et Hieronymus in catalogo scriptorum illustrium, vnum aut alterum Dionysium recensет: huius libros non recensет. ¶Sed ad hæc paucis respondendum, q̃ sicut Gregorius

Exodi. 29 Leuití. 8

Origenes.

Hieronymus.

Gregorius.

Gregorius.

non indicat libros illos esse Dionysij Areopagitæ: ita nec astruit eos non esse ipsius Dionysij. & ergo ex illo Gregorij loco non magis corroborari potest Laurentiana pars & Erasmica: q̃ opposita. Omitto q̃ cuiuspiam scriptoris authoritas solam negationẽ sonãs, & inficiatorie adducta: prorsus ineffícax est ad quippiam roborãdum. Quare ex eo q̃ Gregorius non indicat libros illos esse Dionysij Areopagitæ: nequaq̃ recte colligas, idcirco huiusmodi libros non esse ab Areopagita cõpositos. De Hieronymo iã dictũ est, ipsum non recẽsuisse libros Areopagitæ: quoniã ad manus eius, aut propter locorũ distãtiam aut aliud quod intercessit obstaculum, non peruenerũt illi libri. Q7 si dicãtur ea opera non esse Dionysij Areopagitæ, quoniam ea non recẽseat Hieronymus, neq; illi vt authori ipsa ascribat: æqua omnino ratione, neq; vnius erunt Dionysij neq; alterius quem inserit Hieronymus catalogo virorũ illustrium. quoniã neutri eorũ vt authori eos libros (quos Dionysio Areopagitæ tribuimus) ascribit Hieronymus, neq; illorũ scripta recẽsens: nominat eosdem libros tanq̃ ab alterutro eorum compositos. Cuius ergo Dionisij tandem erunt illa opera: si neq; ab Areopagita (vt volunt) neq; ab alterutro duorũ Dionysiorũ à Hieronymo citatorũ, sunt cõscripta? Quærẽdus certe erit aliquis alius ab illis Dionysius: qui quartũ obtineat inter Dionysios locũ, & dicatur eorũ operũ de quibus est concertatio, cõscriptor. Sed vbi is tandẽ inuenietur? ¶ Porrò Hieronymus in libro suo iam citato de viris illustribus, duorũ dũntaxat Dionysiorũ meminit, vt modo dictũ est. Quorũ prior est Dionysius Corinthiorũ episcopus: de quo supra, capite septimo habitus est sermo diffusior. explicatúmq; tẽpus quo in ecclesia dei floruit: per imperatores Romanos & summũ pontificẽ tum gubernacula rerũ tenẽtes, designatũ. Ex quo sane loco dilucidũ est, eundẽ non potuisse eorũ quæ Dionysio attribuuntur operum esse authorẽ: q̃ ea ipsa, apostolorũ tẽpore haud dubie dinoscantur fuisse cõscripta. Posterior vero à beato Hieronymo in prædicto eius libro cõmemoratus Dionysius, est Dionysius Alexãdrinus episcopus: clarus supra modũ habitus sub Valeriano & Galieno imperatoribus Romanis, summis autẽ põtificibus subinde sedem apostolicã tum moderãtibus, Cornelio, Sixto, & Dionysio. circa annũ ab aduentu domini in mundũ, ducentesimũ & sexagesimũ. vt perhibet Eusebius Cæsariẽsis in suo chronico. qui & circa finem sexti libri & plærisq; in locis septimi, suæ ecclesiasticæ historię: multa admodũ digna præconia de eodẽ refert. Atqui non sinit ipsa tẽporis ratio, hanc in quempiã cadere existimationem: q̃ fuerit hic Dionysius Alexãdrinus, eorum operũ Dionysianorũ de quibus agitur cõtrouersia, conscriptor. vt quæ apostolicis tẽporibus & circa nouæ legis exordiũ cõposita fuisse: manifestis deprehendãtur indicijs. Et multo minus, Dionysius ipse summus põtifex (qui circa eadẽ tempora quibus ipse Dionysius Alexandrinus, floruit) dici posset præ-

Dionysius Corinthius

Dionysius Alexandrinus.

Dionysius summus pontifex.

dictorum author operũ. tum ob ipsam temporis diaphoniã atq; discrepantiam. tum etiam q̃ hic Dionysius apostolicæ sedis moderator, nulla traditur literaria monumenta posteritati reliquisse: neq; à Hieronymo inter scriptores ecclesiasticos reponitur. ¶ Postremũ subijcit in eadẽ annotatione Erasmus: Laurentiũ Vallam perhibere, q̃ fuerint suæ ætatis doctissimi viri: qui iudicarint eos libros Areopagitæ ascriptos, esse Apollinarij. Tametsi eius nominis (inquit) duos cõmemorat Hieronymus, alterũ Hieropolitanũ episcopũ: qui floruerit sub Marco Antonino secundo. alterum Laodicenũ: in Syria episcopum. Neutri tamen, huiusmodi quicq̃ tribuit operũ. Neq; enim opinor: hęc Apollinari hæretico tribuenda. Hæc Erasmus. ¶ Sed hisce verbis gladiũ ipse nobis ministrat in nos ante districtũ: quo Vallam confodiamus. Nempe prius contendit Erasmus ea opera quæ Dionysij nomine inscribuntur, non esse Areopagitę attribuẽda: quoniã Hieronymus illa non ascribit Areopagitæ, neq; illius meminit vt eorum operũ authoris. Consimili igitur ratione contendemus eadem opera non esse Apollinaris, cõtra Laurentij sententiã: quoniam Hieronymus vnum & alterũ recẽsens Apollinariũ in catalogo virorum illustrium, neutri eorum attribuit ea opera de quibus versatur sermo. Sed neq; Eusebius Cæsariẽsis alicui Apollinari eadem ascribit opera: qui tamen exactus fuit scriptorũ illius temporis annotator. Id vnũ tamen lubens Erasmo tribuerim: ea opera quę Areopagitæ ascribũtur, non esse Apollinari hæretico tribuenda. propter sanam ac rectam doctrinã, orthodoxęq; fidei maxime consentaneã: quæ in illis operibus sublimiter & syncære cõtinetur. Non enim solet ex putido vase dulcis aqua profluere: neq; graue olens sentina suaue profundere poculum. ¶ Quænã autem fuerint huius Apollinaris hæresiarchæ (à quo sectatores eius: Apollinaristæ dicti sunt) impia dogmata: vndecimus liber ecclesiasticæ historiæ, capite vicesimo diffusius explicat. adijciens, & eorum damnationẽ: à Damaso tum summo pontifice, cũ magna sedulitate protinus fuisse factã. Cæterum duorũ illorum Apollinariũ: à beato Hieronymo in libro virorũ illustrium repositorũ; prior fuit Apollinaris Asianus, apud Hierapolim episcopus. qui floruit sub Marco Antonino secundo, imperatore Romano, & Sotero summo pontifice: circa annũ ab incarnatione domini centesimũ & septuagesimũquartũ. Vnde manifeste dinoscitur hic Apollinaris, ipsi Dionysio Corinthiorum episcopo fuisse contẽporaneus: & ijsdem argumentis quæ de Dionysio Corinthio adducta sunt, cõuincitur non fuisse author eorum operũ de quibus presens agitatur discussio. De eodem autem latius narrationẽ texit historia ecclesiastica: libri quarti cap. vicesimoquarto & vicesimoquinto. Posterior vero Apollinaris, à Hieronymo in supra dicto eius opere cõmemoratus: est Apollinaris laodicensis, Syrię episcopus sub Gratiano imperatore & Damaso summo põtifice habitus illustris: circa annũ

4

Apollinaris hæreticus.

Apollinaris Hieropolitanus.

Apollinaris laodicenus

à redemptione mundi tricenteſimum & octogeſimũ. Quæ vel ſola temporis ſupputatio, ex chronico Euſebij deſumpta: claro eſt argumento, Apollinarem hunc Laodicenum nequaq̃ conſcripſiſſe opera illa præclara, quæ Dionyſiano nomini attribuuntur: qp ipſa (vt multifariã ante eſt oſtenſum & crebrius dictum) circa ea tempora quibus adhuc ſancti apoſtoli verſabantur in terra: fuerint compoſita. Huic accedit, qp Apollinaris iſte Laodicenus epiſcopus (ſi Euſebio in chronico & in hiſtoria eccleſiaſtica credimus) ſuſcitator fuit infandæ hæreſeos: de qua paulo ante factus eſt ſermo, quãuis idipſum Hieronymus non cõmemoret. Nempe & tẽpus & locus eius ab Euſebio ſignatus: prodit eundẽ ipſum eſſe, de quo Hieronymus ſecundo ordine loquitur. Eat itaq; nunc Laurentius Valla, & à doctiſſimis ſuæ ætatis viris ſciſcitetur accuratius: quiſnã fuerit ille Apollinaris, quem iudicauerint eſſe eorum authorem operum quæ Dionyſio Areopagitæ aſcribũtur. Credo equidem ipſos: in illo inueniendo multum ſudaturos fuiſſe. quandoquidem clariſſimi viri eruditionẽq; ſingulari præſtantiſſimi, Euſebius & Hieronymus, vbi recenſent Apollinares, ob doctrinæ ſplendorem ante ſua tempora celebratos: nullius meminerũt Apollinaris, cui Dionyſiana illa opera vere poſſint aſcribi. Sed de his hactenus.

¶ A patribus eccleſiæ moderatoribus recte cõſtitui poſſe leges obligatorias: quarũ tranſgreſſio inducat mortalis culpæ labem, æternæq; damnationis reatum. Cap. X.

AT aliquãta digreſſione expaciati parumper ab inſtituto, vt pro beato patre Dionyſio Areopagita apologeticon diſceptatorium quinq; proximis capitibus comprehenſum conſcriberemus: nunc rurſum ad iter inceptum pedem flectamus oportet. Præcedens quidem ſermo monſtrauit, ab apoſtolis & viris apoſtolicis inſtituta eſſe permulta: circa euangelicæ legis exortum, ad rectum totius eccleſiæ regimen attinentia: quæ non ſunt in euãgelij codice cõſcripta. Nunc reliquũ eſt oſtẽdere: & ipſos primęuæ eccleſiæ rectores & eorum ſucceſſores probe conſtituiſſe eiuſce generis leges & regulas, populi Chriſtiani obligatorias, & in ſacra noui teſtamenti pagina minime expreſſas: quarũ præuaricatio inferat letiferã noxam, & ad perpetuam detrudat mortẽ. Quinimmo & nunc & futuro itidem tempore ad conſummationem vſq; ſeculi, tales ſanctiones ordinandi, illos eccleſiæ primates etiam habere poteſtatem: ſi quando id efflagitarit vtilitas eccleſiæ aut neceſſitas. Quod ſane ſequẽtibus rationibus ita aſtruere conabimur. ¶ Quarum prima: ſit hæc. Multa ſunt ſtatuta conciliorũ generalium & eccleſię catholicæ: quæ determinãt ac declarant apertius diuina præcepta, definiuntq; horum circunſtantias & modum obſeruandi particularem. At nemini dubium eſſe debet, huiuſmodi inſtituta ſacroſanctarum ſyno-

dorum & eccleſiæ orthodoxæ, obligare quoſcũq; fideles tam arcto vinculo: quòd tranſgredientes ea efficiantur rei culpæ mortiferæ, & damnationis perpetuæ. Exempli gratia. Diuino præcepto iubemur ſanctificare ſabbatum. Eccleſia autem ſancta determinauit modum illius ſanctificationis: vtpote quòd fiat inter cætera abſtinendo ab opere corporali, & audiendo miſſæ officium diebus dominicis & feſtis. Et ergo obſtringuntur omnes illa conſtitutione eccleſiaſtica: ad audiendum miſſæ myſterium in diebus ſolennibus. quod ſi neglexerint ſine legitima cauſa: haud dubie grauem incurrunt animæ reatum. Similiter iubemur diuino præcepto ieiunare: & conuerti ad dominum in ieiunio, quod per Iohelem prophetam nobis eſt inſinuatum. Eccleſia autem catholica determinauit obſeruationem ieiunij quotannis eſſe faciendam in quadrageſima: abſtinendo à lacticinijs. & in quatuor temporibus anni ac vigilijs aliquorum ſolennium feſtorum: abſtinendo à carnibus, & vnica refectione diurna. Quare ad ieiunium huiuſmodi eccleſiaſticum obſeruandum alligamur ea conſtrictione: vt tranſgrediẽtes id ieiunij præceptum, peccati mortalis noxã contrahant. Rurſum obligantur iure diuino Chriſtiani ad confeſſionem peccatorum ſacerdoti faciẽdam, ad ſuſceptionem itidem ſanctæ euchariſtię, & ad orationem. Modum autem & tempus hæc obſeruãdi: conſtituit eccleſia catholica in ſacroſanctis ſynodis. vt qp ſaltem ſemel in anno ſcilicet in feſto paſchę, fiat ab vnoquoq; confeſſio peccatorũ integra: & ſuſceptio ſacramenti euchariſtiæ. qq; ſacris initiati ordinibus legant quotidie horas canonicas: per modũ orationis deo debitæ. Et clarum eſt quenq; pro ſua vocatione ad hæc ipſa aſtringi tam arcta obligatione: vt præuaricans hæc præcepta eccleſiaſtica reddatur reus æternæ mortis. Nam is ſimul eſt diuini tranſgreſſor mandati: quod, iſta debitis determinant circunſtantijs. Manifeſtum eſt igitur, concilia generalia & primos eccleſiæ præſides: ſuis præceptis homines ad id obſtringere poſſe, cuius tranſgreſſio ſit animæ mortifera. Exodi. 20.

Iohe. 2.

2 ¶ Secunda ratio. Multæ præterea ſunt conſtitutiones ſynodales & eccleſiaſticæ, quæ q̃uisnon ita determinent è vicino & tam aperte modum obſeruandi aliquod diuinum præceptum: multum tamen conferunt ad dei honorem amplificandum, ad ſalutem etiam animarum curandam, & deniq; ad Chriſtianę religionis maiorem ſyncęritatẽ. Quemadmodũ ordinatio antiqua de ſancto die paſchæ celebrando quotannis non decimaquarta luna æquinoctio verno proxima, more Iudæorum: ſed die dominica proxime illam decimamquartam lunam ſequente, quod certe Chriſtianorum eſt. Commendabilis identidem illa ſanctio de abſtinentia carnium feria ſexta cuiuſq; hebdomadæ: in memoriã dominicæ paſſionis. Similiter & ea magnopere probanda, de continentia virorum eccleſiaſticorum qui ſacros ordines ſuſceperunt: vt in ſanctimonia ac caſtitate: diuino miniſtrent altari. De nuptiarũ etiam celebratione: certis an-

ni temporibus prætermittenda. Deniq; de ætate & temporibus ordinandorum: & ad ecclesiasticos ordines promouendorum. & consimiles id genus leges: ad honestatem & decus totius ecclesiæ plurimum facientes. Illarum autem constitutionum transgressor (vt si quispiam citra necessitatem vesceretur carnibus feria sexta, aut si sacerdos, occidentalis ecclesiæ, duceret vxorem) fieret haud dubie reus peccati mortalis & æternæ damnationis, q̃ ecclesiæ sanctæ rebellis esset ac contrauenire. Potest igitur generale concilium & ipsi ecclesiæ antistites aliquid ordinare consentaneum euangelio (qualia sunt hæc omnia modo adducta: ad pleniorem euangelij obseruationem apprime conducentia) quod subiectum constringat populum, & ita obliget. ¶ Tertia. Quod à spiritu sancto, infundente gratiam suam & inspirante suam voluntatem mentibus hominum simul in CHRISTO congregatorum, cõstituitur ac decernitur: non minoris est nec inferioris gradus ac sortis, q̃ quod à CHRISTO est palàm constitutum. Est enim spiritus sanctus, etiam deus: patri & filio, authoritate ac potestate æqualis. At quæ decernuntur in concilio ecclesiæ generali legitime congregato, concernentia statũ ac regimen vniuersalis ecclesiæ: a spiritu sancto constitui censenda sunt, qui tali præsidet cõcilio & ipsum dirigit, immo cuius magisterio & gubernatione: tota CHRISTI ecclesia agitur ac regitur. secundum istud verbũ domini nostri ad suos discipulos. Adhuc multa habeo vobis dicere: sed non potestis portare modo. Cũ autem venerit ille spiritus veritatis: docebit vos omnẽ veritatem, credendorũ scilicet & agẽdorum ad rectam ecclesiæ ædificationem. Vnde in actibus apostolorum post cõuocatum ab eis concilium super ea quæstione, essentne cęrimoniæ ac obseruantiæ legis Mosaicæ imponendæ fratribus, qui ex gentibus conuerterentur ad CHRISTVM: sententiam ac determinationem illius synodi, in hunc modum apostoli fratribus absentibus scripserunt. Visum est spiritui sancto & nobis: nihil vltra imponere vobis oneris: q̃ hæc necessaria, vt abstineatis vos ab immolatis simulachrorũ & sanguine, & suffocato & fornicatione. In quibus verbis, spiritui sancto vt primo authori ascribunt illius concilij definitionẽ apostoli: sicut vere erat. Et de aliis synodalibus confessibus: idem censeri debet iudicium. Igitur transgressores constitutionum in huiusmodi concilijs ordinatarum: tanq̃ spiritui sancto rebelles ac iniurij, culpæ mortalis rei cõstituũtur ac ęternæ mortis. ¶ Quarta ratio. CHRISTVS ecclesiæ sponsę suæ dilectę semper assistit, eámq; in suis dirigit operibus ac institutis, secundum hanc suam pollicitationem factam discipulis suis ante suam salutiferam passionẽ. Vbi sunt duo vel tres congregati in nomine meo: ibi sum in medio eorum. Quanto igitur magis in medio est totius ecclesiæ: simul adunatæ in concilio generali? Rursum, CHRISTVS ad Petrum à se toti præfectum ecclesiæ: ait. Ego rogaui pro te Petre: vt non deficiat fides tua.

Ioan. 16.

Actuũ. 15.

3

4

Matth. 18.

Lucæ. 22.

Quibus verbis, & pro sancta ecclesia (cuius constitutus erat Petrus pastor) rogasse seipsum: etiã ipse insinuat, vt non deficiat fides eius, sed integra perseueret: depulso prorsus omni errore & infidelitate. Insuper in cælum ascensurus CHRISTVS: apostolis suis cõtestatus est. Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus: vsq; ad consummationem seculi. Q7 si omnibus diebus: reuera nunq̃ ab ecclesia sua protegenda ac defensanda se subtrahit. Et si vsq; ad consummationem seculi: semper vtiq; affuit, & nunc adest, & aderit semper ecclesiæ suæ, eam recte dirigens. Quocirca præcepta ecclesiæ in generalibus concilijs ædita: etiã & CHRISTI censenda sunt quodam modo præcepta, vt qui per ipsam ecclesiam illa constituí ac suo nomine decerní: curet & velit. Transgredientes igitur ea instituta: non tam humana q̃ diuina præuaricantur præcepta, peccatiq; mortiferi labem incurrunt. æternæq; damnationi se reddũt ac culpa obnoxios: ob huiusmodi inobediẽtiam in CHRISTVM & ecclesiam. Matth. 28.

¶ Ecclesiæ primores ac præsides posse leges obligatorias condere, etiam cum adiecta interminatione: q̃ earum transgressores incurrant peccati mortalis reatum. Cap. XI.

AVtẽ maius accipiat robur quod in precedente positum est capite, ab ipsis scilicet ecclesiæ primatibus ac præcipuis rectoribus constitui posse regulas & sanctiones, subditorum obligatorias: cum expressa etiam transgressoribus pœna, q̃ letiferæ culpæ perpetuæq; morti fient ob earum præuaricationẽ obnoxij: adijciẽdę sunt superioribus rationibus & aliq̃, quæ in huiusce veritatis persuasionem animos omniũ valentius inducant. ¶ Sit itaq; hæc ordine quinta ratio. In multis conciliorum ecclesiasticorum summorumq; pontificum decretis exprimitur illa pœna: q̃ sententiam excommunicationis incurrant illorum statutorum trãsgressores. In nonnullis itidem explicatur interminatio dãnationis æternæ: quæ significatur ijs inferẽda qui præuaricati fuerint huiusmodi constitutiones. Et vtrũq; horum fieri recte censetur: & cõformiter ad illud verbũ domini, dictũ Petro de eo qui obsurdescit ad monita ecclesiæ: illiq̃ parere recusat. Si ecclesiam non audierit: sit tibi sicut ethnicus & publicanus. Quo verbo designat CHRISTVS: contumaces & rebelles ecclesiæ, nõ modo in materia correptionis fraternæ, sed etiã in alia quauis obseruãda constitutione: a reliquorum fidelium consortio abijciendos esse & eliminandos. Atqui excommunicatio non infertur alicui legitime: nisi propter peccatum mortale, & potissimum ob pertinacem inobedientiam in ipsam ecclesiam. Igitur ecclesia sancta nonnunquam intendit ac proponit obligare suos subditos ad aliquid faciendum, eo astrictionis vinculo: vt illius præcepti violatores efficiantur rei labis mortiferæ & dãnationis æternæ. atq; huiusmodi pœnam, transgressores manere: in suis institutis exprimit. 5 Matth. 18.

Illud autem faciens eccleſia: credenda eſt non errare. quoniam à ſpiritu ſancto (qui ſpiritus eſt veritatis) directa: in ijs quæ ſunt iuris fideiq; & morum, oberrare non poteſt. Ergo ſuas conſtitutiones decernere poteſt eccleſia, cum hac obligationis ratione & modo: q̃ tranſgrediẽtes eas, incurrant ſuæ ſalutis iacturam per peccati mortalis reatum. illámq; & interminari & exprimere etiam poteſt pœnam: quo diligentius ſibi caueant omnes, & tanti diſcriminis admoniti, ſuæ ſaluti conſulant. ¶ Sexta. 6
De prælatis eccleſiæ ſub nomine diſcipulorum loquẽs CHRISTVS: aít. Qui vos audit: me audit. & qui vos ſpernit: me ſpernit. Et rurſum de illis qui præpoſiti ſunt rei eccleſiaſticæ: loquens turbæ dominus, inquit. Omnia quęcunq; dixerint vobis: ſeruate & facite. Qui autem omnia dicit: nihil excludit. Beatus item Paulus ad Hebræos ſcribens ait. Obedite præpoſitis veſtris: & ſubiacete eis. Ipſi enim peruigilant: quaſi rationem de animabus veſtris reddituri. Et Petrus. Subditi eſtote omni humanæ creaturæ: propter deum. Et in plæriſq; aliis epiſtolarum apoſtolicarum locis: eadem continetur ſententia. Ex qua dilucidum eſt, cõtemnentes præcepta eccleſiæ & prælatorũ: etiam deũ contemnere & illi eſſe inobedientes, quare & mortiferi criminis contrahere reatum. Quod cum ita ſe habeat: cur non poterit eccleſia catholica & prælati eius, ſuos ſubditos obligare ad aliquid agendũ ea lege ac conditione, q̃ tranſgreſſores illius incurrant mortale peccatum? cum ita res agatur: q̃ præuaricantes tale præceptũ, reuera taliter peccent. ¶ Septima ratio. Si quid an- 7
tiquæ legis ſacerdos agendum cuiq̃ decreuerat: obediendum illi erat in promptu, nec reluctãdum. & detrectanti ipſius imperium: mors in pœnam tanti ſceleris erat irroganda, ſecũdum illud domini verbũ in Deuteronomio: Si difficile & ambiguum apud te iudicium eſſe perſpexeris inter ſanguinem & ſanguinem, cauſam & cauſam, lepram & lepram, & iudicum intra portas tuas videris verba variari: ſurge & aſcende ad locum quẽ elegerit dominus deus tuus. veniéſq; ad ſacerdotes Leuitici generis, & ad iudicem qui fuerit illo tempore: quęréſq; ab eis, qui iudicabunt tibi iudicij veritatem. Et facies quodcũq; dixerint, qui præſunt loco quem elegerit dominus: & docuerint te iuxta legẽ eius, ſequeriſq; ſententiam eorum: nec declinabis ad dextram neq; ad ſiniſtram. Qui autẽ ſuperbierit, nolens obedire ſacerdotis imperio qui eo tempore miniſtrat domino deo tuo: ex decreto iudicis morietur homo ille, & auferes malũ de Iſraël. cunctúſq; populus audiẽs timebit: vt nullus deinceps intumeſcat ſuperbia. Hæc ibi. Atqui non minor eſt ſacerdotum nouæ legis qui præſunt rei eccleſiaſticæ, authoritas: nec minus eis debetur obedientiæ obſequium à ſubditis, quinimmo tanto poteſtas horũ auguſtior & eminentior: quanto noua lex veteri eſt præſtabilior, eoq; amplius ipſis eſt obtemperandũ, ſiquid agendum decreuerint vel fugiendum. Qui fuerit igitur illorũ rebellis ſanctionibus & decretis: mortẽ incurrit animę,

Luce. 10.
Matth. 23.
Hebrę. 13.
1. Petri. 3.
Deute. 17.

ſignificatam per mortẽ corporis iuſſam inferri in veteri lege ijs qui ſacerdoti Leuitico non audiebãt, grauẽq; cõtrahit mortiferi criminis reatum. ¶ Neq; id quidem ab re: quoniã huiuſmodi inobediẽtia, in ipſum quoq; deum redundat & intorquetur. quẽadmodum atteſtatur beatus Paulus in epiſtola ad Theſſalonicenſes: dicens. Scitis: quæ præcepta dederim vobis per dominum IESVM. Itaq; qui hæc ſpernit: non hominẽ ſpernit, ſed deum, qui etiam dedit ſpiritum ſuum ſanctum in nobis. Et cum murmuraſſet omnis congregatio filiorum Iſraël contra Aaron & Moyſem in ſolitudine, importune expoſcens panem & carnes ſibi miniſtrari: reſpondit eis Moyſes. Audiui murmur veſtrum contra dominũ. Nos vero quid ſumus: quia muſſitaſtis contra nos? Dabit vobis dominus veſpere carnes edere, & mane panes in ſaturitate: eo q̃ audierit murmurationes veſtras: quibus murmurati eſtis contra eũ. Nos enim quid ſumus? nec contra nos eſt murmur veſtrũ: ſed contra dominũ. Ex quibus verbis conſtat aperte, rebellionem & contumaciam quæ in præpoſitos eccleſiaſtico regimini cõmittitur: etiam in deũ fieri, & exinde illam graui peccato obnoxium reddere hominem: triſtiq; ſupplicio mulctandum. Ex oppoſito igitur recte conficias, eum qui eccleſiaſticis morẽ gerit rectoribus: & ipſi quoq; deo obtemperare. q̃ leges & regulæ obſeruationum, à ſacroſanctis ſynodis ac primarijs eccleſiæ paſtoribus inſtitutarum: non tam ab hominibus ſunt q̃ à deo, illas per homines decernente. Quod etiam præclare teſtatur ſanctus Maximus, in quodam ſermone de ieiunio quadrageſimæ: dicens. Sacrarum literarum exempla protulimus: quibus approbaremus hunc quadragenarium numerum non eſſe ab hominibus conſtitutum, ſed diuinitus conſecratum: nec terrena cogitatione initiatum, ſed cæleſti maieſtate præceptum. Et paulo poſt de eodem loquens ieiunio: ſubnectit. Hæc autem nõ tam ſacerdotum præcepta: quàm dei ſunt. atq; ideo qui ea ſpernit: non ſacerdotẽ ſpernit, ſed CHRISTVM: qui in ſuo loquitur ſacerdote. hæc ille. Quod autem hic ſacer author de vno dicit inſtituto eccleſiaſtico, obſeruantia ſcilicet quadrageſimæ: de cæteris omnibus itidem ſtatutis eccleſiæ & præceptis eſt conſimili ratione dicendum. q̃ ipſa videlicet non tam ſacerdotum præcepta: q̃ dei ſunt. & proinde qui ea ſpernit: non ſacerdotem ſpernit, ſed
8 deũ qui in ſuo loquitur ſacerdote. ¶ Octaua ratio. In Deuteronomio etiam legitur dominus dixiſſe ad Moyſem. Si genuerit homo filiũ contumacem & proteruum, qui non audiat patris ac matris imperium, & coërcitus obedire contempſerit: apprehendent eum & ducent ad ſeniores ciuitatis illius & ad portã iudicij, dicentq; ad eos. Filius noſter iſte, proteruus & contumax eſt, monita noſtra audire contẽnit: comeſſationibus vacat & luxuriæ, atq; conuiuijs. lapidibus eum obruet populus ciuitatis, & morietur: vt auferatis malum de medio veſtri, & vniuerſus Iſraël audiens pertimeſcat. hæc ibi. Sed nonne patres noſtri ſpirituales:

1. Theſſa. 4
Maximus.
Deutero. 21

ſunt ſupremi eccleſiæ paſtores,& illius tractantes gubernacula? Nonne & mater noſtra ſecundum ſpiritum,eſt ſancta eccleſia: quæ nos CHRISTO ex aqua & ſpiritu ſancto regenerauit,& ex filijs iræ reddidit filios gratiæ? Qui igitur cum Luthero, eccleſiæ præcepta & orthodoxorum patrũ rident ac floccipendunt:aſtruentes nos impune ieiunia quæuis ſoluere poſſe:& feria ſexta carnibus veſci,q̃ item non poſſit vniuerſalis eccleſia nos ſuis conſtitutionibus allígare ad aliquid: cuius tranſgreſſio ingerat nobis letale crimen.illi inquam,nonne filij ſunt proterui & contumaces:nolentes audire præcepta parentum? Nõne & ijdem merito dicuntur vacare comeſſationibus & conuiuijs:q̃ alios ad illa, loco ieiuniorum & abſtinẽtiæ,ſuis peſtiferis ſuaſionibus inducunt? De quibus quidem filijs,ipſa mater eccleſia merito poteſt querula voce dicere
Eſaię.1. id: quod eſt apud Eſaiam. Filios enutriui & exaltaui: ipſi autem ſpreuerunt me. Quæ igitur eos manet pœna:& quo digni ſunt ſupplicio? Sane graui criminatione ſunt accuſandi coram maioribus natu eccleſię: & niſi reſipiſcant,pro ſuorum ſcelerum qualitate iuſte plectendi. Q̃ ſi id ſupplicij non inferat eis humanum iudiciũ:nihilo ſecius ob hãc proteruiam ſuam,diram animæ mortem incurrunt mentiſq; obdurationẽ, per mortẽ corporis & lapides,in veteri lege filio proteruo inferri iuſſos: apta concinnitate & congrua ſimilitudine ſignificatam.

¶Alijs inſuper rationibus,vim obligatoriam conſtitutionũ eccleſiaſticarum, qua fideles conſtringunt & coarctant: comprobari. Cap.XII.

VPra dictis adiungẽdæ ſunt & aliæ rationes:quæ ſtabiliant ac ſuffulciãt eccleſiaſticarum legũ authoritatẽ & pondus,ſitq; hæc ſuo ordine nona. ¶Et verbo & 9
exemplo ſuo docuit CHRISTVS dominus & legiſer noſter:euitãdum eſſe ſcandalum proximorum, &
Leuiti. 19. ne coram cęco(vt ait ſcriptura)ponamus offendiculũ:
Matth.18. neue errare faciamus cæcum in via. Verbo quidem:cum ait. Væ mũdo à ſcandalis:& væ homini per quem ſcandalum venit. Et rurſum. Cauete ne ſcandalizetis vnum ex his puſillis:qui in me credũt. Exemplo ve-
Matth.17. ro:cum exactoribus tributorũ ſoluit didrachma(q̃uis liber eſſet à pendendo tributo) ne ſcandalizaret eos. Cuius imitator ſedulus, beatus Paulus in ſuis epiſtolis ſummopere admonet,eſſe cauendum ab inferen
1.Corith.8 do cuiq̃ ſcandalo: dicens inter cætera. Si eſca ſcandalizat fratrẽ meum: non manducabo carnes in æternum,ne fratrem meum ſcandalizem. Et merito quidem.nam ex recta charitatis lege obſtringimur ad conſulendum ſaluti fratris: ſicut & noſtræ.quare eodem obligamur vinculo ad omnia quoq; propulſanda:quæ poſſunt obſtaculũ prębere ſaluti proximi noſtri,inter quę:potiſſimum collocatur ſcandalũ.Sed & ſacratiſſima virgo MARIA,virtutum omnium clariſſimũ exemplar & promptua-

rium:nõnne legẽ purificationis à Moyſe latam(cui tamen non erat ſub- Lucæ.2.
iecta)ad vnguem implere voluit: ne illam contemnere videretur, & ne quẽpiam ſcãdalizaret? At vero ſiquis palàm præuaricaretur eccleſiaſticas ordinationes,ſancte ac probe inſtitutas & multis ante ſeculis hactenus obſeruatas:hoc ſuo opere q̃plurimis inferret ſcandalũ.induceręt; ſuo exemplo ad effrenatam legum eccleſiaſticarum ſolutionem.ſimúlq; & in hanc eos perpelleret exiſtimationem: q̃ non ſint magni pendenda ſanctionũ eccleſiaſticarum decreta, ſed pro arbitrio cuiuſq; aut admittenda aut refutanda.Quis igitur hũc non cenſuerit infandi ſceleris eſſe reum:aut æternæ mortis iudicio obnoxium? ¶Porrò admittit Lutherus in ſuo de libertate Chriſtiana(quẽ impugnamus)libro,propter euitandum proximi ſcandalum obſeruanda eſſe eccleſiæ inſtituta:adducẽs nonnulla ex ijs quæ huic inſeruimus rationi exempla,ad id cõprobandum.quemadmodum ex dictis eius,in ſecundo huius libri cap.citatis: liquido conſtat. Et id quidem:recte ſentit & affirmat. Verum huic melli letiferum immiſcet venenum:cũ ſimul aſtruit, duntaxat propter eam cauſam vtputa euitationem ſcandali in proximo,cuſtodienda eſſe præcepta eccleſiæ.& vbi nõ ſubeſt ſcandali periculũ,vt in ſecreto loco ſemotiſq; arbitris:impune eccleſiaſtica ſtatuta violari poſſe.quod certe prorſus eſt abnuendum. Nempe vbi nulla daretur ſcandali occaſio: quoniã clanculum id fieret,& non eſſet etiam interueniens contemptus eccleſiæ rectorúmq; eius: ſed ſola cõcupiſcentia carnis,impellens quempiam ad manducandas carnes feria ſexta,aut ad ſoluendum ieiunium ab eccleſia præceptum:talis indulgens animo ſuo,& recta ratione reiecta obſequẽs ſuæ cupiditati,committeret letale crimen:ob hanc potiſſimum cauſam, quoniam non obedit legibus ſacris eccleſiæ, iam olim cõſtitutis & diuturno approbatis vſu,ſicut deberet.& eo ipſo etiam deo eſt inobediẽs:
10 quẽadmodum ſupra dictum eſt. ¶Decima ratio. Magnæ authoritatis ac efficaciæ ad obligandum,eſt conſuetudo eccleſiaſtica & vſus:multo tempore obſeruatus. Cum enim annexum ſibi habeat ex diuturnitate obſeruationis publicum populi totius conſenſum:vigorem ac vim legis obtinere haud ab re creditur. Quod cum multiplici ſanctorum patrum authoritate cõprobari poſſit:in præſentia tamen vnico probatiſſimi authoris teſtimonio contẽti erimus,beati ſcilicet patris Auguſtini:ita ſcribentis ad Caſulanũ preſbyterũ. quod & in vndecima diſtinctione libri Decretorum.cap.in ijs rebus.adducitur. In ijs rebus(inquit)de quibus Auguſtinus
nil certi ſtatuit diuina ſcriptura: mos populi dei & inſtituta maiorum, pro lege tenenda ſunt. Et ſicut præuaricatores diuinarũ legum: ita contemptores eccleſiaſticarum conſuetudinum,coërcendi ſunt.hæc Auguſtinus. Sed quis ambigat: diuinarum legum præuaricatores incurrere mortiferam noxam,æternęq; damnationi ſubiacere? Igitur & laudabilium conſuetudinum ab eccleſia iam diutius obſeruatarum trãſgreſſo-

res:ex prædicta Augustini sententia in eandem incidunt dānationem. Quocirca siquis honestæ approbatæq; cōsuetudini ecclesiasticas obseruationes concernenti,operibus contradicit:grauis culpæ se vinculo cōstringit. Decreta igitur synodalia & antiquorum patrū, vniuersalis ecclesiæ statum dirigentia,diuturnóq; vsu iam corroborata:cuiq; seruāda sunt diligentius,& ad opus accommodanda. Quod & beatus attestatur
Hieronym⁹ Hieronymus in epistola ad Lucinium Bethicum:his verbis. Traditiones ecclesiasticæ præsertim quæ fidei non officiunt,ita obseruandę sunt: vt à maioribus sunt traditæ.nec aliorum(vt priscorum)consuetudines: aliorū contrario more sunt subuertendæ.hęc ibi. Demum beatus Paulus,quantū authoritatis deferendum est ecclesiasticæ cōsuetudini:haud obscure declarat in prima ad Corinthios epistola. vbi postq̄ dixit indecorū esse viro,si comā nutriat:mulieri vero,idem non esse indecens:sub
1.corin.11. iungit. Siquis autē videtur contentiosus esse:nos talē consuetudinē non habemus:neq; ecclesia dei. Ecce contentioso & sententiam ante prolatam euertere molienti,nihil aliud obijcit Paulus: q̄ ecclesiæ dei consuetudinem,tanq̄ maximum pondus & momentum,ad aliquid in ijs quę ad mores spectant agendum,habentem:vt & vere habet, & habere est existimanda. ¶ Cæterum vt ex plurium testimonio maius accipiat robur, quod hæc ratio proponit:accedat supra dictis & Honorij tertij summi
Honorius tertius. pontificis authoritas,scribentis capitulo Parisiensi(quemadmodum recenset primus epistolarū decretalium liber:titulo de consuetudine,cap. cum consuetudinis)in hunc modum. Cum consuetudinis,vsúsq; longeui non sit leuis authoritas,& plærunq; discordiam pariāt nouitates: authoritate vobis præsentium inhibemus,ne absq; episcopi vestri consensu immutetis ecclesiæ vestræ constitutiones & consuetudines approbatas,vel nouas etiam inducatis, siquas forte feciſtis:irritas decernentes. hæc ille. Q7 si vnius ecclesiæ particularis instituta & mores diutino approbatos vsu:tanta seueritate prohibet summus ecclesię præses immutari atq; rescindi.quanto maiore ratione putādum est,& vniuersalis ecclesię consuetudines publico roborata totius populi & antiquo consensu:nequaq̄ infringi debere? Et si in vnica ecclesia vt Parisiensi,subuereatur ipse supremus ecclesiæ pastor, nouitates posse discordias párere & diſſidia inter illius ecclesiæ sacerdotes,ministros & populū:nónne multo amplius formidādum est,ne id locum habeat in catholica & quę per totum orbem Christianum extenditur ecclesia? q; nouitates scilicet quæ ex antiquarum consuetudinum immutatione inducerētur: multarum discordiarum atq; dissensionū in toto populo Christiano materiā atq; seminaria suggerant necnon subministrent? Demum si probe rectéq; legem prescribit illi canonicorum collegio ad quod literas dat,idem summus pontifex:non esse permutandas illius ecclesiæ vetustas consuetudines,aut illis abrogatis nouas sine episcopi sui cōsensu inducēdas:quāto

magis hæc cuiq; definita debet lex intelligi, q; non queat pro suo arbitratu aut rescindere antiquas totius ecclesię cōsuetudines,aut nouas inuehere? quandoquidē ea authoritas abrogandi leges antiquas, aut nouas cōstituendi:non ex vnius priuati hominis nutu pēdeat & arbitrio. sed ad totā ecclesiam generaleq; concilij legitime coactum:pro re tam ardua tantæq; molis sit recurrendū,illiúsq; standū sententiæ. Demum vt ad beatum Augustinum (vnde in huiusce rationis decimæ comprobationibus,sumpsimus exordium)quasi circulo quodam circūacto relabamur:idem grauissimus author in compluribus suorum scriptorum locis eandem multifariam approbat sententiam. Et præsertim cum ita scribit ad Ianuarium. Si quid per orbem frequentat ecclesia:quin ita faAugustinus
ciendum sit disputare,insolentissimæ insaniæ est. Hæc ibi. Quæ igitur est insania:non solum disputare,sit ne ita faciendum,sed & verbis & scriptis anniti ad persuadendum omnibus,quòd secus est faciendum? nónne hæc longe insolentior est animi vęsania? Idem quoq; in libro contra Manichæos. Palàm est(inquit)quàm in re dubia,ad fidem & certitudinem valeat authoritas ecclesiæ.hæc ille. Quanto igitur amplius eadem valet in re penitus certa:& diuturno vsu longinquiq; temporis cōsolidata? vt non debeat eam quisq̄ in quæstionem trahere:aut quòd abolenda sit,contendere. Demum idem eximius doctor contra Faustum decertans:ait. Vides in hac re,quid ecclesiæ catholicæ valeat authoritas:quæ ab ipsis fundatissimis apostolorum sedibus vsq; ad hodiernū diem,succedentium sibimet episcoporum serie & tot populorum consensione firmatur. Postremum in epistola ad Hieronymum: idem scribit. Contra ecclesiæ fundatissimum morem:nemo sentiat. Verum ne plus æquo videar inculcare testimonia,potissimū in re tā aperta,quę vel sine testimo-
11 nijs vltrò suscipi debeat: verbum non amplius addam. ¶ Vndecima ratio. In ciuili gubernatione reipublicæ,curia iudiciaria(vt Parisiensis senatus) potestatem habet condendi nouas constitutiones: ad tranquillitatem & vtilitatem totius cōmunitatis attinentes, cum adiecta expressione pœnæ: quòd illarum sanctionum præuaricator morte mulctabitur, extremóq; afficietur supplicio. quoniam huiusmodi authoritatem constituendi tales leges,accepit ipsa curia senatoria à regia maiestate: à qua primū est instituta. Exempli gratia.ob legitimas causas ad id impellentes:suprema iustitiæ Gallicanæ curia apud Lutetiam Parisiorū consistens,recte posset huiusmodi decernere legem. Nullus intempesta nocte accinctus gladio diuagetur in tenebris per plateas ciuitatis:alioqui capitis subibit periculum. Aut etiam talem statuere sanctionē. Nemo in curiæ senatoriæ septis & claustris eximat gladiū in alterū:vt eum adoriatur.alioqui præsentes dabit pœnas:& furcæ appēdetur. Ergo cō simili ratione in ecclesiastico statu possunt, qui rerum præsunt summa, rationabili occurrente causa condere regulas:ad honestatē vitæ,vtilitatē

eccleſiæ, ſalutémq; animarũ facientes, cum adiũcta declaratione pœnæ in præuaricatores: q̃ cõtrahent peccati mortalis labem perpetuæq; mortis reatum. Poſſunt inquam: non à ſeipſis habita, ſed a deo ſolum accepta poteſtate, qui cõſtituit eos ſuæ eccleſiæ gubernatores ac antiſtites: & ergo poteſtatem etiã illis tradidit ea ordinandi, quæ directioni eccleſiæ neceſſaria cenſentur & vtilia. Abſurdũ nempe id videri debet, eccleſiaſticæ rei ſummã gerentes authoritatẽ, minus habere facultatis ad conſtituendas regulas ac leges ſuæ adminiſtrationi accõmodas, pœnámq; definiendam earum tranſgreſſoribus: q̃ habeant ciuilis reipublicæ rectores ad decernendas leges nouas pro ciuitatum moderatione, deſignandamq; in earum tranſgreſſores pœnam. ¶Duodecima ratio & poſtrema. 12

Expedit in omni republica leges ipſas conſtituere, non nudas & ſine ſupplicij quod ſubibunt violatores earum, determinatione: quoniã hoc pacto non incuterent metũ peruerſis, ſed nihili fierent, q̃ liceret eas impune tranſgredi. Et ita periret omnis earum maieſtas, authoritas & vigor: neq; diuturnitatem haberent aut ſtabilitatem leges illæ, ſed quaſi ſucciſis neruis eueſtigio collaberentur, irentq; peſſum. Neceſſe eſt itaq; legibus ipſis cum condũtur, adijcere pœnas præuaricatoribus infligẽdas: ad imitationem lationis diuinarum legum in ſacris literis expreſſarum, cum certa pœnarũ definitione. vt illis deterreantur à malitia coërceãturq; prauí, & ſi non virtutis amore: ſaltem oderint peccare mali formidine pœnæ, vt ait Horatius. Huiuſmodi autem pœna, debet eſſe accommoda & reſpondens ipſi conditioni reipublicæ: in qua decernitur. Vt quoniam reſpublica ciuilis ordinatur ad vitã hanc temporalem cũ trãquillitate degendam: leges eius in grauibus delictis recte decernunt pœnam trãſgreſſoribus, vitæ corporalis ablationem & obtruncationẽ. Et quoniã eccleſiaſtica reſpublica potiſſimũ tendit & refertur ad vitam animæ perpetuam, ſalutémq; æternam: leges eius faciundũ aliquid aut euitandum ſtatuentes, apte & congrue definiunt præuaricatoribus earum, pœnam illi oppoſitã fini: ſcilicet peccati mortalis (quod animæ vitam aufert) noxam, aut æternæ mortis damnationẽ. Non quidem: vt illam pœnam incurrant aliqui, & cadant in laqueum mortis. ſed vt illius grauitate deterriti, diligentius legem poſitã obſeruent: & ita conſtitutã euadant pœnam, neq; incidãt in eandem. Quis igitur ex reipublicæ ciuilis qualitate, non perſpicit in eccleſiaſticis legibus congruentiſſime legitimáq; ratione adijci hanc pœnã, ſed in grauibus ſolum & arduis rebus: q̃ præuaricatores earum aut mortiferũ cõtrahent crimen, aut perpetuam incurrẽt damnationem? Faceſſat ergo Lutherus cum ſuis aſſectatoribus: oblatrans eccleſiæ ſupremos antiſtites ac patres orthodoxos nequaq̃ ius habere cõdendi leges eccleſiaſticas, neq; decernendi pœnas earum tranſgreſſoribus. Ad quod amplius confutandum: adijcientur & nonnullæ aliæ rationes, in viceſimoquarto huius libri capite.

Horatius.

¶CHRISTVM non omnia in euãgelio præcepta ad eccleſiæ catholicæ ſtatũ conferẽtia: particulatim expreſſiſſe. Cap. XIII.

NVnc vero reliquũ eſt cauillatorijs argutijs eorum obuiare qui putãt ſacroſanctis ſynodis & eccleſiarũ prímoribus nullam adeſſe authoritatẽ decernendi regulas aliquas aut ſanctiones, populi Chriſtiani obligatorias. Quæ quidem: non ex illo de libertate Chriſtiana opuſculo Lutherano (quod euertere molimur) depromptæ ſunt (quoniã nullæ ferme illic rationes adducuntur: ad ſtabiliendum rem propoſitam) ſed ex alijs: qui in verba Lutheri iuraſſe vídentur, & eius ſequũtur caſtra. 1

¶Hi igitur: primo ſic inſiſtunt. CHRISTVS antiquæ legis præcepta & decalogum, in euangelio ſeruari præcepit. Si vis (inquit) ad vitam ingredi: ſerua mãdata. Et rurſum. hoc fac: & viues. Eadem quoq; præcepta recte interpretatus eſt, & ampliori declaratione explicuit Matthæi quinto cap. & alijs locis. neq; vlla alia adiecit diuina præcepta: ſed conſilia tantũ & monita perfectionis in euangelio ſuperaddidit. Similiter & apoſtolos ſuos miſit CHRISTVS prędicare euangeliũ vniuerſo orbi: & docere cunctas gentes dicens. Euntes prædicate euangelium omni creaturæ. Et iterum. Euntes docete omnes gentes: baptizantes eos in nomine patris & filij & ſpiritus ſancti, docentes eos ſeruare omnia quæcunq; mandaui vobis. Quod & apoſtoli fideliter ſunt executi: neq; addiderunt noua præcepta obligatoria extra euangeliũ. Quæ noua mãdata ſi fuiſſent ad ſalutẽ neceſſaria: ipſe dominus noſter (qui æterna eſt patris ſapiẽtia) addidiſſet vtiq; per ſeipſum illa: aut per apoſtolos ſpiritu ſancto illuſtratos ea mundo promulgaſſet, quod tamen non legitur fuiſſe factitatũ. Non habẽt igitur generalia concilia nec eccleſiæ prędes vllã authoritatẽ: poſtea ſuperaddẽdi noua prę-

cepta obligatoria. 2

¶Verũ adhibenda eſt his reſpõſio, q̃ CHRISTVS infirmitatis apoſtolorũ ac imbecillæ capacitatis cõſcius anteq̃ indueretur virtute ex alto: noluit ea omnia quæ ad futurã eccleſię gubernationẽ erant neceſſaria, explicare. qua necdũ erant omniũ eorũ capaces: quẽadmodũ ipſe cõteſtatus eſt eis, dicẽs. Adhuc multa habeo vobis dicere: ſed nõ poteſtis portare modo. Cũ autẽ venerit ille ſpiritus veritatis: docebit vos omnẽ veritatẽ. Sed cõpluſcula ad directionẽ eccleſiæ pertinẽtia præcepta in euãgelio nõ expreſſa, poſtea per ſuos explicuit apoſtolos: vt ãte eſt dictũ. Multa etiã per eorũ ſucceſſores: magiſterio & inſpiratione ſpiritus ſancti. prout ipſe æterna ſua ſapiẽtia nouit ipſi eccleſiæ ſuæ vtilius expedire. Et ergo poſterioribus nouæ legis ſeculis nõnulla curauit inſtituẽda: quę prius non reuelauerat, nec ordinauerat inſtitui debere. quoniam poſteriore tẽporis decurſu: expediens erat illud inſtitui in eccleſia.

in priore vero: non ita id congruebat nec expediebat. 3

¶Quẽadmodũ & in veteri lege per diuerſas tẽporũ ſucceſſiones: diuerſa ſuo populo deus

Matth. 19 Lucæ. 10 Matth. 5 Marci. 16 Matth. 28 Ioan. 16.

dedit inſtituta, non autem omnia: vno eodémq; tẽpore. Q uippe tẽpore
Gene.17 Abraę primũ cõſtituit dominus præceptũ de circũciſione: & non in anteriore tẽpore, neq; præcedente annorũ curriculo. Et tẽpore Moyſi inſti
Exodi.12 tuit dominus agnũ paſchalem quotãnis manducandũ, celebrandúmq; phaſe: & non prius. atq; per Moyſem diuerſis etiã annorũ interuallis varia ædidit præcepta, ad dei cultũ aut exercenda iudicia in populo, conducẽtia: & non omnia vno eodémq; tẽporis articulo. Cõſimiliter in antiqui decurſu teſtamenti poſterioribus ſecundũ tẽporis ſeriem patribus aliqua myſteria clarius reuelata ſunt: q̃ prioribus. Vt Abraæ inſinuata ſunt diuinitus nonnulla fidei ſacramẽta: quæ maiores illius latuerunt.
Gene.18 quẽadmodũ ſuperbeatæ trinitatis arcanũ. Et Moyſi quędã apertius reſerata: q̃ Abraæ. Et demũ ipſi Dauid eximio prophetæ, aliqua lympidius & detectius recluſa: q̃ antiquioribus patribus. vt in pſalmo vere di
Pſalmo.118 cat de ſeipſo. Super ſenes intellexi: & ſuper omnes docentes me intellexi.
¶ Nec minus in legis euãgelicæ tẽpore, quãtum ad ea quæ orthodoxæ 4
fidei reſpiciũt declarationẽ: diuerſa etiã fuerũt temporũ interualla, quibus explicata ſunt manifeſtius catholicę fidei myſteria in concilijs generalibus. & nõ omnia vno eodémq; tẽpore ſunt per ſpiritũ ſanctũ omnino aperte & æqualiter elucidata. quoniã id non expediebat: neq; occur-
Concilium Nicenum. rebat occaſio. Q uippe in ſynodo Nicena, determinata eſt dilucidius cõ
Conſtantinopolitanũ tra Arriũ: conſubſtãtialis ac coæterna filij dei cũ patre diuinitas. Poſtea in concilio Conſtãtinopolitano declarata eſt apertius per orthodoxorũ patrum ſententiã, cõtra Macedoniũ, ſpiritus ſancti deitas: eadémq; cum
Epheſinum patre ac filio natura, poteſtas, & authoritas. Deinde in concilio Epheſino clarius definita eſt ſynodali authoritate vera CHRISTI dei & hominis deitas, atq; ſecundũ diuinitatẽ æternitas: contra Neſtoriũ & eius
Calcedonenſe. impios aſtipulatores. Poſt hæc vero in cõcilio Calcedonẽſi, manifeſtius explicata eſt duarũ in CHRISTO naturarũ diuinæ & humanæ veritas: contra Eutichium, inducentẽ geminæ in ipſo naturæ cõfuſionẽ. Et ita in cæteris cõcilijs ſubſequentibus & diuerſo celebratis tẽpore: alia & alia ſacroſanctæ fidei myſteria fuerunt, hæc quidẽ prius: illa vero poſterius, declarata patẽtius. prout importuna hęreticorũ improbitas, ad ſui cõdemnationẽ impellens eccleſiã: expoſcebat. Hæc autẽ ſupra dicta, per ſacroſanctã eccleſiã ita ſunt palàm definita: non quidẽ quoniã prius fuerint apud orthodoxos patres dubia aut ambigua. cũ ea ipſa a principio naſcẽtis eccleſiæ: & certa penitus habita ſint & indubitata. Sed detectius expreſſa fuere, ſuo quodq; tempore: ad retundendã hæreticorũ peruicaciam. Demum necdum integro trãſacto ſeculo, centenarióque anno-
aſſilienſe. rum curriculo: in ſynodo Baſilienſi, publica eccleſiæ ſententia, aſſerta eſt immaculata puritas cõceptionis ſemper ſanctæ virginis MARIAE matris dei. Ita plane eorũ quę ad mores & actiones pertinẽt Chriſtianiſmi, aliqua prius ſunt in eccleſia ſancta ordinata: vtpote tẽpore apoſtolorũ

& apoſtolicorum virorum, ſecundum ordinem diuinæ ſapientiæ. Alia vero: longo poſt interuallo, ſuccedentẽq; multo poſterius tempore. quẽadmodum ſpiritus ſanctus, qui omnium eſt artifex, omnia proſpiciens, omnia cognoſcens: ipſi eccleſiæ (cui ſemper aſſiſtit director) nouit cõmo-
5 dius expedire. ¶ Ex his itaq; ad ea quæ hæc prima proponit obiectio: aperta patet reſponſio. Admittenda ſiquidem ſunt omnia, quæ in ea aſſumuntur: hoc vno excepto quod adducit, apoſtolos extra euangelium & vltra illud, nulla adieciſſe prçcepta obligatoria. id enim ſuperioribus Cap.3.&4.
locis oſtenſum eſt: longe à veritate alienum eſſe. Negandum eſt tamen, quod in hac aduerſariorũ ratione colligitur: & ipſa pariter conſecutio, improbãda. Eſt enim inualida prorſus: hæc ratiocinatio. CHRISTVS in euangelio non dedit aperte hoc præceptum: exempli gratia, de ieiunio quadrageſimæ aut quatuor temporum. ergo illud non eſt obſeruandum. Similiter & iſta: penitus conſimilis priori. Apoſtoli non conſtituerunt nec explicuerunt tale præceptum: vt de audienda miſſa diebus feſtis, de confeſſione peccatorum facienda in feſto paſchæ, aut recipienda tunc ſacroſancta euchariſtia. ergo illud non eſt obſeruandũ ea diſtrictione: vt trãſgreſſio eius efficiat hominẽ peccati mortalis reum. Q uoniam per locum ab authoritate inepta ſumitur argumentatio: inficiatoriam illationem contexens ex aſſumpta propoſitione negatiua. Inſuper quod non explicuit CHRISTVS manifeſte: partim apoſtoli, & partim eorum expreſſerunt (CHRISTO ſemper authore præcipuo) ſucceſſores. Ita quod aperte non declararunt ſuis traditionibus apoſtoli: inſtituerunt illud poſteri eorum, & ſubſequentibus apoſtolica tempora ſeculis eccleſiæ primates. accepta, vt id agerent ſanctionéſq; nouas ſtatuerẽt, à CHRISTO poteſtate: qui voluit longa temporum ſucceſſione & paulatim ſuam eccleſiam talibus præceptis roborari & muniri.

¶ Q uãuis euangelium, ad ſalutem ſit ſufficiens: non tamen omnia in eo aperte ac particulatim cõtineri, quæ nobis ad conſequendam ſalutem æternam ſunt neceſſaria. Cap. XIIII.

1 SEcunda aduerſariorum obiectio. Lex euãgelica ſiue euangeliũ: eſt veritas cõſummata & ſufficiens ad ſalutem. Ipſa quoq; perfectũ eſt exemplar & regula vitę: cõtinens omnia quę neceſſaria ſunt homini vt ſaluus fiat. Regula inquã immutabilis, quam qui ſequitur: ambulat in luce. qui vero ab ea deflectit iter, aut ſuperaddit illi humanas adinuentiones: in tenebris ambulat. Non igitur poteſt ſynodus patrũ aut pontificũ authoritas, vltra ea quæ in euangelio expreſſa ſunt, noua condere præcepta: quorũ tranſgreſſio tam grauis pœnæ ſubigat hominẽ. Nã & ſuperuacua cenſeri debent illa, minimẽq; neceſſaria: & præter CHRISTI intentionem cõſtituta. cum ipſe ſolum ad illa nos obligare intenderit, quæ manifeſte in euangelio expreſſit.

℟Responsio. Sufficiens quidem est euangeliũ CHRISTI ad bene bea 2
téq; viuendum: & præcepta quoq; continet sufficientia ad salutem. sed
non omnia particulatim ac peculiariter in eo explicantur: quæ facienda
nobis sunt vt salutem consequamur. Continentur sane multa præcepta,
immo omnia quæ postea sunt expresse superaddita: in his duobus præ-
Matth.18. ceptis euangelicis. Audire debent omnes ecclesiam: alioqui à cæterorũ
Matth.23 cõmunione sequestrandi sunt. Quæ dicunt prælati ecclesiastici: facienda
Lucæ.10 sunt. alioqui in illis spernitur deus: si contemnãtur. Verũtamen ad fide-
lium salutem expediebat, ea quæ non fuerant in euangelio expressa: sen
sim & pedetentim successionéq; quadam temporis, per traditiones apo
stolorum, per sacrosanctas synodos, atq; per cõstitutiones ecclesiasticas,
modo obligatorio exprimere: vt cõmodius fieri à nobis queant. ℟Con 3
simili plane modo, veteris legis præcepta quæ continet decalogus: suffi
cientia quidem erant ad salutem. Non tamen idcirco superflua censeri
Matth.5 debet eorũ clarior explicatio & recta interpretatio: quæ Matthæi quin-
to capite assignatur, quinimmo illa etiam ad salutẽ est necessaria & vti-
lis. Sic & duo præcepta charitatis, de diligendo inquam super omnia
deo, & proximo propter deum: sufficientia sunt ad salutem assequen-
Matth.22 dam, quoniam in illis duobus mandatis tota lex pendet & prophetæ.
Sed nunquid eam ob rem superuacanea dicenda sunt decem præcepta
decalogi: exprimentia illorum duorum mandatorum sensum ac clario-
rem intelligentiam, aut minus ad salutẽ necessaria? Nequaq; profecto.
Nam & hæc, volentibus ad vitam ingredi obseruanda sunt: & complicantur in illorum duorum præceptorũ sinu. Haud secus & quæ conti-
net sacrum euangeliũ: sufficientia quidem sunt ad salutem. Verum indi
gent latiore explicatione & expressione nonnullorũ: quæ suppressa ini-
bi delitescunt & abstrusa sunt. ℟Huiusmodi autẽ explanatio & super- 4
adiectio, facta est per traditiones apostolicas: & sacrorum conciliorũ in-
stituta. Quæ nequaq; appellari debẽt adinuentiones humanæ: vt cõtu-
melioso nomine ea vocat Lutherus, & qui suæ adhærẽt factioni. Quo-
niam non humano sensu aut arbitratu tãtum, sunt ordinata: sed sugge-
rente spiritu sancto. Nec pure & solum humana sunt statuta: quoniam
non soli innituntur rationi naturali, vt leges ciuiles: neq; in solo illius lu
mine sunt condita. sed ex sacrarum literarum canone & inibi expressis
recto ratiocinio subinde deducuntur. & idcirco diuinorum præceptorũ
aliquid quoquo modo participant, neq; ab eorum conditione sunt omnino (quantũ ad obligandi vim) aliena. Neq; eadem ecclesiæ præcepta,
sacro euangelio sunt contraria: immo q̃maxime cõformia, & ad pleniorem eius obseruationem plurimũ faciẽtia. Demum nec ipsa sunt præter
CHRISTI intentionem: vt assumit hæc obiectio. sed ab eo magnopere
approbata: eiúsq; directione & præsidio instituta primum, & hactenus
vsu non intermisso obseruata, & ad finem vsq; seculi illabefacta futura.

5 ℟Tertia obiectio. Apostoli in quibus CHRISTVS & spiritus san-
ctus loquebatur: potuerunt quidẽ diuina præcepta interpretari, suisq;
determinare circunstãtijs, & vbi opus erat noua superaddere præcepta:
& alia ad directionẽ ecclesiæ facientia constituere. Alij vero qui apostolica tempora secuti sunt pastores ecclesiarum: non eam habuerunt spiritus sancti exuberãtiam neq; vitæ sanctitatẽ sicut apostoli: sed ab illa virtutũ excellentia multũ degenerarunt. Quare nec illis ita CHRISTVS
astitisse nec spiritus sanctus affuisse credendus est: neq; illorum direxisse
concilia, aut decreta ordinasse. Quinimmo nec eiusdẽ fuisse authoritatis cum primis illis patribus, nec potestatis in administratione rerũ ecclesiasticarũ videntur, propter magnã ab eis morum discrepantiã. Non
habuerunt igitur saltem hi posteriores: ius & facultatẽ ordinandi cõsti-
6 tutiones ecclesiasticas. ℟Respõsio. Admissis omnibus quę hic assumun
tur: negandũ est id omne quod colligitur & infertur. Quia sicut in locum beati Petri successerunt alij, suo quisq; tẽpore summi põtifices, parem cum illo potestatẽ sortiti: ita in locum apostolorũ suffecti sunt ecclesiarum episcopi, eandem habentes docẽdi ac regendi gregem dominicũ
cum illis authoritatem. quẽadmodum perhibet Anacletus, sancto Cle Anacletus.
menti in supremi pontificatus moderatione proxime succedens, apostolisq; propemodũ coæuus, in eo decreto: quod adducit author libri decretorũ vicesimaprima distinctione, cap. in nouo testamento. Et q̃uis in
posterioribus ecclesiæ prælatis minor sit sanctitatis ac doctrinæ præstãtia, ac spiritus sancti gratia q̃ in apostolis: id tamen nullatenus derogat
illorum dignitati administratoriæ & authoritati gubernandæ ecclesiæ.
Quoniam hæc potestas nequaq; cõsistit nec fundatur in sanctitate vitæ,
eminentia doctrinę aut spiritus sancti exuberãtia: sed in accepta episcopali iurisdictione atq; pontificali ordine & gradu. quãdoquidẽ non mi
norẽ habet potestatẽ põtificiam malus: q̃ bonus episcopus. Et Caiphas Ioan.11.
prophetauit, non quia bonus erat: sed quoniã pontifex anni illius. Cũ
igitur posteri ecclesiæ rectores æqualis sint potestatis quãtum ad ecclesiæ regimen cum apostolis, quamuis nec apostoli sint nec prophetæ: etiã
æqualẽ habent authoritatẽ instituendi noua præcepta ad populi Christiani gubernationẽ sicut apostoli, atq; ita obligandi subditos suis institutis ad hanc obediendi districtionẽ: vt trãsgredientes ea declarẽtur obnoxij culpæ mortali, reddanturq; rei dãnationis æternæ, sicut illi primi
patres. Neq; recipiendũ illud est vnq̃, quod affert præsens obiectio: nec
CHRISTVM nec spiritũ sanctũ affuisse posterioribus illis ecclesiæ pastoribus nec hodiernis adesse, in ijs quæ ad totius reipublicæ Christianæ & ecclesiastice pertinẽt gubernationẽ: sicut astitit apostolis. Quoniã
nunq̃ defuit ipse superbonus spiritus, neq; defuturus est vnq̃ directioni ecclesiæ catholicæ. Nõ enim abbreuiata est manus domini: vt saluare Esaiæ.59
nequeat. Alioqui iam olim destituta esset ecclesia spõsa CHRISTI, di-

rectione ſpiritus ſancti:& amplius ab eo non gubernaretur. Deſtituta itidē eſſet præſentia & præſidio CHRISTI dilectiſſimi ſponſi ſui: qui
Matth.28. pollicitus fuerat ſe illi affuturū omnibus diebus vſq; ad cōſummationē ſeculi. quod omnino impium eſt ſentire: ac prorſus abſurdum. ¶Sed 7
dicant velim,qui hæc obiectant:nunquid legis euāgelicę tempus,& gratiæ per IESVM CHRISTVM factæ:ad tempora tantū apoſtolorū extentum eſt,& cum eorum felici ex hoc mundo trāſitu conſummatū ac finitum? Nunquid & ſacramentorū ad curandos animarū noſtrarū morbos à CHRISTO inſtitutorū vis & efficacia,in ſolum id ſeculū quo hic agebant apoſtoli,eſt indulta à deo:& non in vlterius tēporis curriculū? Quod ſi(vt debent)non admittāt,ſed fateantur etiam ad noſtrū vſq; ſeculum gratiam euangelicæ legis & ſacramentorū antidotum protendi, quinimmo ſecundū CHRISTI promiſſionē,ad finem vſq; ſeculi extendum:quare conſimili ratione non fatebūtur conſtituendorū pro vtilitate eccleſiæ decretorū authoritatem, per totū euangelicæ legis decurſum & hac itidem tēpeſtate & ad finem vſq; mundi,penes eccleſiæ principes illabefactā manere? cum hæc ſit indiuiduo nexu atq; perpetuo,eccleſiæ orthodoxæ cōiuncta:neq; ab ea diuellatur vnq̄,ſed cōtinuo cum ea defluxu cōſiſtat. Siquidē apoſtolis & eorū nomine præcipuis eccleſiæ
Ioan.14 ſuæ ſanctæ rectoribus promiſit CHRISTVS ſe daturum ſpiritum ſanctum:vt maneret cum eis in æternū,non autem per certa temporum interualla, quibus exactis: auferretur ab eccleſia ſpiritus ſanctus, neq; ei amplius aſſiſteret.

¶Veteris legis cærimonias,ab apoſtolis aboleri iuſſas: non autem ſanctiones ſacras, in nouo teſtamento ad integriorem euangelij obſeruationem ordinatas, Cap.XV.

Actuū.15 Gala.4 Philippē.3 Coloſſ.2 Matth.11

QVarta aduerſariorū obiectio. Apoſtoli in ſuo cōcilio 1
(quod actuū decimoquinto capite deſcribitur)cōgregati: noluerūt humeros fratrum præceptis grauibus onerare. Et beatus Paulus in ſuis epiſtolis paſſim libertatē prædicat:in lege euangelica(quę lex eſt perfectæ libertatis) amplectendā. proinde cærimonias & traditiones paruifacit:ac ſeruitutem abijcit hominū. Immo & CHRISTVS:iugum ſuæ legis appellat ſuaue.quod,ne premerēt apoſtoli maiore pondere:non auſi ſunt noua adiungere præcepta ad ea quæ CHRISTVS expreſſerat,qui tamen ſapiētiores erant & ſpiritu ſancto pleniores:q̄ eorum poſteri & ſucceſſores in eccleſiæ gubernatione. Quomodo igitur id recte attētabunt præſules eccleſiæ:iplis tēpore poſteriores,virtutęq; & ſapientia inferiores? ¶Reſponſio.In cōcilio illo citato nolue- 2
runt quidē apoſtoli imponere fratribus,ex gētilitate ad CHRISTVM conuerſis iugum legalium cærimoniarū,& Moſaicæ legis obſeruātias. Eaſdem quoq; & Paulus in ſuis epiſtolis merito refutat:libertatem ab

illis prædicat, ſeruitutémq; rituum illorū veterū ſummopere damnat. Demū ſuæ legis iugum,ſuaue aſtruit & leue CHRISTVS dominus noſter: quia nequaq̄ grauatum onere Moſaicarum obſeruationum, à veteri lege nos liberat. Neq; etiam paſtores eccleſiaſtici iugum veteris legis & eius cærimonias iam olim abolitas, poſſent humeris ſuorū ſubditorum imponere:neq; illud etiā attentant. Ex hoc tamen nequaquàm conficere quiſq̄ recte queat:q; non poſſint ipſi proceres eccleſię noua cōſtituere præcepta,non quidem ad veteris legis,ſed nouæ & euangelicæ commodiorē obſeruationem facientia. Quoniam illa non præiudicant nec derogant veræ libertati legis nouæ: nec redigunt hominem in abiectam ſeruitutem,neq; iugum domini reddūt graue,apud eos: qui ſyncæro dei amore feruidoq; ſuccenſi, alacriter ambulant in lege domini. Siqua vero ſeruitus in illis oboritur aut difficultas explendæ legis:ipſa ſolum enaſcitur ex pigritia aut nequitia noſtra, non ex ipſorum præceptorum eccleſiaſticorum qualitate aut cōditione. quare non debet illis: 3
malitia noſtra impingi nec aſcribi. ¶Porrò quod proponitur in hac obiectione de apoſtolis,ipſos vltra ea quæ continet euangelium nulla addidiſſe præcepta: penitus eſt repudiandum & abnegandum. quemadmodum diffuſe monſtratum eſt ſuperius:in tertio & quarto huius libri capite. Et q̄is tunc apoſtoli nulla cōſtituiſſent noua præcepta,quia ob recentem euangelij prædicationem tunc eccleſia ſuum primo auſpicata exordium,illis non indiguiſſet:ſequenti nihilo minus tempore erant noua pro commoditate eccleſiæ inſtituenda præcepta,propter emergentes nouas cauſas,quæ tunc & non prius exigerent noua ſtatuta.quēadmodum & medici diuerſo tempore: nouis orientibus morbis noua ad-
4 hibent remedia. ¶Quinta obiectio. CHRISTVS ſacramenta eccleſiaſtica definiuit ac inſtituit,ſecundum euangelicam etiam determinationē illa adminiſtrari voluit:& non alia inſtitui ſacramenta nec ab hominibus noua ordinari. Ita præcepta ſua & doctrinā prædicari voluit hominibus: & illis homines obligari. non autem noua præcepta ſtatui ab hominibus:nec humanis ſtatutis ſuos fideles alligari. Ergo prę ſides eccleſiæ in ſynodis & conſeſſibus ſuis noua inſtituentes præcepta ſub tam arcta & rigida obligatione:præſumunt illud arroganter contra or-
5 dinationem diuinam,ex ſeipſis. ¶Reſponſio. CHRISTVS noua ſecundum ſubſtantiam ſacramenta ab hominibus inſtitui noluit:quoniā id neceſſarium non erat,cum ſufficerent ea ſeptem ab ipſo inſtituta & ab apoſtolis promulgata. Attamen ritum adminiſtrādi illa ſacramenta,in euangelio non expreſſum:ab hominibus directore ſpiritu ſancto voluit inſtitui. vt quomodo baptiſmus ſuſcipiēdus,ſacroſancta recipienda euchariſtia,agenda pœnitētia:& ita de cæteris. Haud aliter modū obſeruandi ſua præcepta de ieiunio, de oratione, de ſanctificatione ſabbati: voluit ipſe CHRISTVS ab hominibus per ſancti ſpiritus inſtinctum

& inſpirationem declarari,nouorum præceptorum conſtitutione, quæ tamen tendũt ad apertiorem diuinorũ præceptorum declarationem, & meliorẽ obſeruationem. Rara ſiquidem ſunt,immo ferme nulla præcepta ab hominibus ſuperaddita:quæ non vergant ad faciliorem mandatorum dei executionem,aut cõmodiorem euãgelij completionẽ. Quare non eſt aſcribenda eccleſiaſticorũ præſulũ arrogantiæ,rationabilis ac matura nouorum præceptorum cõſtitutio:ſed beneplacito dei qui illud eis faciundum ſuggeſſit,& ſyncæro illorum zelo ad dei honorẽ animarúmq; ſalutem:quo prudenter & ſedulo per ſalutaria inſtituta vtrunq; curarunt. ¶Sexta obiectio.CHRISTVS eccleſiæ paſtoribus poteſtatem commiſit iniũgendi ſubditis diuina præcepta:& obſtringendi illos ſecundum ea.immo ipſe deus in eis tunc imponit illa: & obligat ad ea. Non autem tradidit illis CHRISTVS poteſtatem condendi ac decernendi noua pręcepta:& obligãdi homines tam arcto vinculo ad illa ſeruanda.quoniam non tunc deus,ſed homines ea ſtatuunt:& vt homines conſtringunt ad illa exequenda,non dominus in eis humana ſtatuentibus. Ergo quatenus ſupremi eccleſiæ rectores diuina præcepta imperãt ſubditis:obligant eos,immo dominus in eis & per eos. Quatenus vero eis humana iniungunt præcepta ac imponunt: monent eos tantum aut conſulunt,vel etiam adigũt illos per commination ẽ alicuius pœnæ temporalis & corporalis,non autem aliàs. Non igitur poſſunt ipſi eccleſiæ præſides,ſuos ſubditos conſtringere ad ea quæ humana ſunt præcepta ſeruanda:ſub interminatione incurrendi peccatum mortale,aut ęternæ damnationis inferendæ. ¶Reſponſio. Cum eccleſiaſtica inſtituta à patribus orthodoxis ſancita(quæ noua & humana præcepta vocãt aduerſarij:ſed falſò)pertineãt ad diuinorum præceptorum determinationẽ & declarationem,Chriſtianæ itidem religionis dignitatem, eccleſiæq; ſanctæ directionem,& deniq; totius populi Chriſtiani ſalutem(vt in primę & ſecũdæ obiectionis diſſolutione:clarius eſt oſtenſum)nõ homines ſolum obligant ad ea:ſed deus etiam in eis & per eos,obligat ſubditos.qui præcipuus eſt author illorum præceptorum condendorum:& moderatoribus primarijs eccleſiarum etiam poteſtatẽ commiſit talia conſtituẽdi præcepta.immo illis tanq̃ organis vtitur:ad talem ſuam voluntatem alijs inſinuandam.Quocirca non debent huiuſmodi eccleſiæ catholicæ ſtatuta,noua haberi aut dici:ſed quodam modo & potius antiqua, ratione diuinorum præceptorũ quę explicant,& diuturni temporis à prima ipſorum cõſtitutione.Neq; penitus humana,cenſenda ſunt aut nominanda id genus præcepta: q̃ nõ ſolo humano ingenio aut ſolertia nituntur,nec à ſola rectę rationis luce vigorem ſuum accipiunt.Sed in altiore conſtituta gradu:ex diuinæ paginæ fonte deductitia ſunt,ſuámq; primã ſortiuntur originẽ.Proinde cũ diuinis pręceptis propemodũ cõſpirant:magnãq; ad illa habent affinitatẽ. Sin vero præcepta illa ab hominibus conſtituta eccleſiarũq; magiſtris,nihil facerẽt ad cõmodiorem præceptorum dei executionem aut faciliorem euãgelij obſeruationem, ſed eſſent ad morum honeſtatem Chriſtianorumq; ſalutem minus pertinentia,parúmq; aut nihil conducentia:ad illa ſolũ obligarent homines vt homines,non deus in eis,neq; deus iuſſit talia inſtitui. Neq; poſſent præpoſiti eccleſiarum ad talia agenda conſtringere ſubditos eo vinculo, q̃ illorum tranſgreſſio efficeret quẽpiam peccato criminali obnoxium: ſed ſolum ſub cõminatione alicuius pœnæ temporalis aut corporalis. Verum nulla fere talia inueniũtur præcepta : aut ex traditione apoſtolorum,aut ex ſacroſanctis ſynodis,aut conſuetudine antiqua eccleſiæ, introducta.vt conſtat, ſingula huiuſmodi percurrenti. Admittendũ eſt nihilo minus,q̃ non poſſunt ipſi eccleſiarum præſules quæcũq; ſua ſtatuta ſine delectu & diſcrimine conſtituere ſub illa diſtrictione: q̃ tranſgredientes ea,protinus incurrãt ęternæ mortis dãnationem.ſed aliqua, & aliqua non:ſecundum materiæ ſubiectæ qualitatem & conditionem.

¶Eccleſiæ antiſtites acrectores: tranſgreſſoribus eccleſiaſticarum legum recte interminari mortalis culpæ & damnationis æternæ reatum.

Cap.XVI.

1 SEptima aduerſariorũ obiectio. Solus dominus deus habet vitę & mortis imperium:ſolus viuificat & mortificat, glorificat & cõdemnat.ſolus item gratiam dat & gloriam,auferq; & ſubtrahit collatam homini gratiam:cum quis peccat,ſolus deniq; deducit ad inferos & reducit. Non igitur eccleſia conciliũq; generale aut ſummorum præſulum quiſq̃,habet poteſtatem obligandi homines ad quippiam agendũ tam rigida aſtrictione: q̃ tranſgredientes id,incurrãt mortiferum crimen aut æternam mortem. Alioquí vendicarẽt ſibi huiuſmodi legum conditores:quod ſolius dei eſt proprium. Idipſum autem:magnæ eſſet arrogantiæ atq; inſolentiæ. ¶Reſponſio. Tribuendũ 2 eſt hanc obiectantibus rationem:quicquid in ea aſſumptũ eſt,inficiandum vero & abnegandum:quod concluditur.Quoniam ſacroſanctæ ſynodi & ſupremi eccleſiarum paſtores, eam definientes pœnam tranſgreſſoribus ſuorum ſtatutorum:neq; gratiam eis auferũt neq; gloriam. ſed ſoli illi ſubditi tanto ſe afficiunt incommodo:qui ſponte ſua præuaricantur eccleſiaſtica præcepta,quæ deberent ſeruare. Neq; etiam illi legum eccleſiaſticarum latores: aut mortificant aliquem aut condẽnant, aut deducunt ad inferos.quinimmo elaborant pro viribus & adhibent operam:vt eos à morte,à damnatione,ab inferis eripiant,illa cõſtituentes decreta.per quæ ab omnibus hiſce malis liberẽtur,ſi velint.Soli autẽ illi,qui ſuo indulgentes animo & euntes poſt ſuas concupiſcẽtias : peruerſitate ſua violant huiuſmodi ſancta eccleſiæ mandata,quæ deberent ſtudioſe implere,ſicut & poſſent ſi vellent:ipſi ſibi ſunt authores morta-

Sapien.11.
1.Regũ.2.
Pſal.83.
1.regum.2.

lis culpæ & dãnationis perpetuæ. Non enim eo ipso ꝙ eccleſiaſtici præſules & ſynodalium conſeſſuum patres definiunt huiuſmodi pœnam tranſgreſſoribus irrogandã, vtpote ꝙ letiferi criminis contrahent labem & ęternæ mortis reatum: cenſendi ſunt eos aut in letale crimen detrudere, aut in lacum damnationis æternæ demergere. Quandoquidem hæc tam grauis pœnæ determinatio & denunciatio: non fit vt quis eam incurrat, neꝙ quempiam adigit ad eam ſubeundam. ſed potiſſimũ ea fit: vt grauitate tantę pœnæ abſterreantur homines à tranſgreſſione præceptorum eccleſiæ. Alioqui & beatus Paulus inſimulandus eſſet inſolentiæ, ꝙ denunciauerit in ſuis epiſtolis non ſemel: furibus, rapacibus, fornicatoribus, immũdis, maledicis, & id genus peccatoribus: ipſos regnũ
1. Corin. 6 Ephe. 5 dei non poſſeſſuros. Sed quis in tantam erũpere auderet blaſphemiam? aut aſſerere: ꝙ illis verbis apoſtolus mortificaret aliquos aut condẽnaret, aut deturbaret ad inferos? Nihilo certe magis id faciunt orthodoxi patres: in ſuis eccleſiaſticis conſtitutionibus. ¶ Qz ſiquis cauſetur beatum Paulum non primo illis ſuis verbis decernere huiuſmodi pœnam tranſgreſſoribus diuinæ legis, neꝙ ex ſeipſo: ſed denunciare tantum illam ijs ad quos ſcribit, longo ante tempore à deo determinatã & decretam. In eccleſiaſticarũ autem cõſtitutionum latoribus ac eccleſiarũ prælatis ſecus euenire: ꝙ pœnam hi deſignent, nunq̃ ante illis legibus aſſignatam. protinus illi ſatiſfaciẽdum eſt, etiam patres ipſos eccleſiaſticos nõ ex ſeipſis neꝙ ſuo ſenſu huiuſmodi pœnam ſuis ſanctionibus apponere: ſed deo authore ac ſuggerente. cuius magiſterio, ſicut regulas & leges eccleſiaſticas condiderunt: ita eiuſdem authoritate monitúꝙ, tales definierunt pœnas illarum legum tranſgreſſoribus. Vt non ſolum ipſa ſtatuta, ſed & tranſgreſſionis eorum pœnæ: etiam ex deo ſint, & totũ in
Gene. 3 illis ordinationibus ſit opus dei tanq̃ pręcipui authoris. Adde ꝙ diuina
3. Regum. 2 lege multis in locis cautum eſt: inobedientiam in deum inferre mortiferam animæ noxam, ęternæq; mortis reum hominẽ reddere. Ex qua declaratione diuinitus facta & generatim, deducitur recto cõſequio & hęc veritas: tranſgreſſionem mandatorum eccleſiæ ingerere labem animę letiferam, & addicere hominẽ perpetuæ damnationi. ꝙ huiuſmodi tranſgreſſio, ſit inobedientia in matrẽ eccleſiam & patres eius rectores: & demum inobedientia in deum. Conſtat igitur, huiuſmodi deſignationem pœnæ in eccleſiaſticis legibus factã: pendere etiam ex diuina lege. & ex determinatione pœnæ per hanc explicata. ¶ Octaua obiectio. Iudex & 4
poteſtate ſuperior non poteſt niſi illa imperare: quæ poteſt ipſe diſcernere & cognoſcere. Quæ vero eius fugiũt notionem & ſcientiã: quomodo à ſuis ſubditis recte exiget, aut pro illorum prętermiſſione pœnã deposcet? Atqui ſolus deus, actus internos diſcernit & intuetur: quibus præcipue gloria vel ſupplicĩ æternum debetur. Actus autẽ extrinſeci: ab illis actibus internis boni vel mali iudicantur. Ergo nõ poteſt eccle-

ſia actus intrinſecos agendos alicui imponere: cũ illos non cognoſcat nec diſcernat. Quare etiã non poteſt ipſa decernere præuaricatoribus ſuorũ præceptorum: reatum culpæ mortalis aut damnationem æternam, cum huiuſmodi pœna potiſſimum dependeat ex malitia actuũ interiorum:
5 in quos eccleſiaſtica poteſtas nullum habet ius & authoritatem. ¶ Reſponſio. Admittendum eſt: quicquid hæc aſſumit ratiocinatio. Cum ea tamen quæ ſecundo loco affertur propoſitione, & hæc eſt tribuenda: ꝙ nõ ſolis actibus internis gloria & ſupplicium debetur, ſed etiam externis. quoniam & hi, à domino præcepti ſunt, qui de bonorum ſunt genere: mali vero prohibiti, ex decalogo præceptorũ dei. Quales ſunt, eleemoſynarum erogationes, ieiunia, orationes: & earũ actionũ bonarum in exteriora prodeuntiũ oppoſitæ tranſgreſſiones. ſicut & pręuaricationes mãdatorum dei, ſiue affirmatione ſiue negatione expreſſorum: quę haud dubie pœnam depoſcũt. Vnde & viceſimũ quintum Matthæi caput (vt interim alios ſcripturę locos pene innumeros ſubticeamus) manifeſte prodit: ijs qui miſericordiæ opera proximis impenderint, deſignandum immortale præmiũ. illis vero qui ea neglexerint: perenne ſupplicĩũ. Porrò eccleſia ipſa & præcipui eius paſtores, ſicut interiores hominum actus in ſuo foro exteriore non diſcernunt: ita nec ſuis legibus aut regulis ad eos primum & præſertim aſtringunt, neꝙ etiam de illis agendis pręcipue ſanctiones ſtatuũt. Nihilo ſecius ex oppoſito, ſicut exteriores hominum operationes haud magno negocio diſcernunt: ita de illis exercendis recte leges ſtatuunt, & legum illarum tranſgreſſoribus haud iniuſte pœnas definiunt. Nempe tranſgreſſiones illæ, non niſi ex prauis actionibus internis prodire poſſunt: perinde atq; noxius fructus ſemper ex mala progignitur arbore. & exinde cõuincuntur huiuſmodi operationes externæ eſſe improbæ: quoniam recte poſitis legibus ſunt aduerſæ, atq; proinde dignæ pœnis illis: quæ per legum poſitiones ſunt
6 definitæ. ¶ Nona obiectio. In ſacris eloquijs ſunt multa conſilia, monita, exhortationes & cõminationes: quibus nequaq̃ intendit nos deus aſtringere per mortis æternæ interminationem. Quinimmo & in diuinis præceptis, benigna interpretatio locum habet: neq; quælibet eorum prætergreſſio, cenſeri debet letale crimen. Aliud enim peccatum eſt (vt egregie ſentit præclarus vir, Ioãnes Gerſon) pleno ac deliberato cõſenſu in legem diuinã impingere, aliud vero: ex ſurreptione & imperfecto conſenſu, pedem in illam offendere. Ergo & eccleſia ipſa in ſuis ſynodis ac determinationibus conciliorum atq; ſtatutis: aliqua debet proponere vt conſilia & monita, & non paſſim omnia vt præcepta, ſub cõminatione incurrendi mortale peccatũ. Similiter & ipſa eccleſia vt mater pientiſſima in filios ſuos: in ſuis pręceptis vti debet benigna interpretatione & moderata. neq; omnes delinquẽtes in illa, decernere obnoxios eſſe mortali culpæ: ſed habere rationem fragilitatis humanæ, plęrũq; ex in-

Matth. 25

Ioannes Gerſon.

firmitate aut ignorantia peccantis. ¶Responsio. Admittendū est, quic- 7
quid in hac ratiocinatione & assumitur & concluditur: quoniam nihil
in ea dictū deuiat à vero, neqꝫ ijs quæ ante sunt allata repugnat. Nempe
etiam ecclesia, multa proponit agenda vt cōsilia & exhortationes: quo-
rum omissionibus nullam decernit pœnam. quemadmodū libera ieiu-
nia, & ex deuotione arbitraria volentiū ea obseruare in aliquorū festo-
rum solēnium vigilijs: & liberam sanctę eucharistiæ susceptionem in ce-
lebrioribus anni solēnitatibus. quam qui prætermittit: nō incurrit idcir-
co peccati labē. Neqꝫ intendit ecclesia sancta obligare filios suos ad ali-
quid sub interminatione incurrendi criminale peccatū aut mortis æter-
næ reatum: nisi in eis præceptis in quibus illā exprimit pœnam ac aper-
te annectit, aut saltē in quibus verbum præcipiendi aut tantūdem valēs
explicat. Vtitur itidē ipsa mater nostra clementissima in suis præceptis
eadem benigna moderatione: quam dicit venerabilis cancellarius Pari-
siensis esse obseruandam in diuinis mandatis. Non enim intelligit ipsa
obstrictos esse ad pœnam designatam, suorum præceptorum trāgresso-
res: nisi eos qui pleno atqꝫ ex electione prodeunte consensu atqꝫ ex certa
malitia, ea præuaricantur: aut ex ignorātia crassa siue affectata, aut ex
vehementi cupiditate, cui (vt debet) animus non resistit, aut alio quouis
modo: quo etiam in diuinis præceptis violandis est transgressio morta-
lem culpā ingerens animæ & ad æternæ dānationis detrudēs barathrū.

¶Concilia generalia, ab errore noxio prorsus esse aliena: eadémqꝫ recte in suis canonibus pœnam transgressoribus indicere. Cap. XVII.

DEcima obiectio. Concilia generalia ecclesiæ saltem ali- 1
qua, multis sunt suspecta: atqꝫ in dubium trahūtur an
in spiritu sancto fuerint legitime cōgregata, quia quæ-
dam (vt nonnulli contendunt) errauerunt in suis statu-
tis ac sanctionibus. Insuper dubium etiam est an spi-
ritus sanctus illis conciliorum institutis intēdat homi-
nes tam districte obligare: vt ea præuaricantes æternam incurrāt mortē.
quod non est credendum: nisi euidenter & manifeste illud suū benepla-
citum demonstret. Qz si non reuelet spiritus sanctus illam esse suam in-
tentionem ac voluntatem: id argumentum est non inualidū, qꝫ nō pro-
ponit obligare per illa decreta homines ad æternæ dānationis pœnā ob
transgressionem: sed duntaxat ad aliquam pœnam temporalem. Inuali-
da sunt igitur conciliorum statuta: quantum ad vim illā obligatoriam.
¶Responsio. Bene affectis in deū & sanctam ecclesiam: nequaq̄ suspe- 2
cta sunt ipsa concilia vniuersalia. sed ijs tantum: qui schismata suscitare
studēt, & diram dissectionē populo Christiano inducere per hæreses.
Enimuero quoniam perspiciunt illis improbis suis conatibus & prauis
dogmatibus obstare conciliorum definitiones ac decreta: molīūtur totis

viribus ea eneruare, vt maiore licentia & fidentiore audacia hoc adem-
pto obstaculo grassentur in populū dei. Neqꝫ vnq̄ generalia concilia in
spiritu sancto legitime cōgregata, aberrasse à via veritatis deprehendū-
tur: potissimum in ijs definiendis quæ ad orthodoxam fidē rectōsqꝫ mo-
res attinent. q̄uis oppositam astruat sentētiam Lutherus & assectatores
eius: quibus ea in re non est habenda fides. Quomodo enim ex immen-
sa luce consurgent horrendæ tenebræ: aut ex feruentissimo calore frigus
asperum, aut ex suauissimo fonte profluet vnda amarulenta? Sic sane à
spiritu sancto (qui spiritus est veritatis) sacrosanctarum synodorū prę- Ioan. 16
de: neqꝫ falsitas aliqua neqꝫ improbus error proficisci potest. At vero spi
ritus sanctus ipsis generalibus concilijs (vt dictum nunc est) præsidens,
suum manifeste declarat propositum: qꝫ velit præcepta in illis constitu-
ta obligare subditos eo rigore, vt transgrediētes ea rei sint mortiferi cri-
minis & mortis illud consequentis: quādo inducit ipsos patres ecclesia-
sticos assistentes concilijs, ad exprimendam talem obligationem, decer-
nandámqꝫ transgressoribus huiusmodi pœnam. Illa siquidem pœnę ex-
pressio, sicut & præceptorū synodalium constitutio: est à spiritu sancto,
totius concilij directore. Neqꝫ expetenda est alia diuini spiritus reuela-
tio: qua certiores fiant homines bonæ volūtatis eius, super qualitate &
3 conditione pœnæ imponendæ. ¶Cæterū id vnū lubens tribuerim Lu-
thero & astipulatoribus eius: concilia quidem hæreticorū iussu atqꝫ as-
sensu cōuocata, aberrasse à recta fidei linea & æquitatis amussi, de qui-
bus tamen in præsentis obiectionis dilutione non sumus prolocuti: nec
de illis, præcedens noster agitur sermo. Quale fuit concilīū illud apud
Mediolanū, iussu Constantij imperatoris Arriani celebratū: ad Atha- Concilium
nasij catholicæ fidei propugnatoris acerrimi, condēnationem procurā- Mediola-
dam. In quo episcopi catholici: Dionysius, Eusebius, Paulinus, Hila- nense.
rius, & alij nonnulli, quia noluerunt subscribere damnationi Athana-
sij: in exilīū sunt pulsi. vt narrat historia ecclesiastica libri decimi, capi-
te vicesimo. Quale etiam fuit concilium Ariminense: paulo post ab epi- Ariminense
scopis Arrianæ factionis congregatum. In quo orientales præsules sua
calliditate & astu, occiduæ plagæ sacerdotes circūuenerūt: astutóqꝫ va-
framento ad sustollendam confessionem fidei de consubstantialitate filij
dei cum patre, in Niceno concilio prius approbatam, eos induxerunt.
quēadmodum diffuse refert historia ecclesiastica libri decimi capite vi-
cesimoprimo. Proinde eandem hæreticorū conspirationē merito dānat
Gelasius papa: decimaquinta distinctione cap. sancta Romana. his ver- Gelasius
bis. In primis Ariminēsem synodū, à Cōstantio cæsare Cōstantini filio
congregatam mediante Tauro præfecto: ex tunc & in æternum cōfite-
mur esse damnatam. Eiusmodi quoqꝫ fuit concilīū deinceps apud An- Antioche-
tiochiam Syriæ celebratum: sub præsentia Constantij principis, in Ar- num.
rianos maxime propensi, & in cōsessu nonaginta episcoporū. vbi Atha-

nasius pro fidei syncęritate pugil fortissimus: sede sua episcopali (quam in Alexandrina tenuit ecclesia) eiectus est, exilióq; damnatus: vt deinde facilius Niceni concilij robur & authoritas sustolleretur, prævalerętq; mędaciũ veritati. sicut historia tripartita: libri quarti capite nono latius commemorat. Demum consimilis itidem formæ fuit & concilĩu, postea apud Seleuciam Isauriæ coadunatum: centum & sexaginta episcoporũ. In quo Nicenæ synodi fides de consubstantialitate filij cum deo patre, pessundata est: & per oppositum hæreticorũ decretum conculcata. vt historiæ tripartitæ liber quintus: tricesimo quarto cap. apertius enarrat.

Concilium apud Seleuciam

Psal. 26

Sed tandem vicit veritas, quoniam insurrexerũt in eam testes iniqui: & mentita est iniquitas sibi. At vero concilia, catholicorum patrũ iussu cõsensuq; coacta: neutiq; in fide oberrasse deprehenduntur. qualia in primis fuere celeberrima illa octo concilia vniuersalis ecclesiæ: de quibus sermo texitur profusior in volumine decretorum, distinctione decima quinta & decimasexta: potissimum cap. sancta octo. Et post illa, longo interiecto tempore (vt interea multa alia taceamus concilia: cum summa ecclesiæ totius authoritate & consensione congregata) nominatissimum illud concilĩu Lateranense: sub Innocẽtio tertio, summo pontifice. Deinde Lugdunẽse: sub Gregorio decimo. postea Viennense: sub Clemente quinto. & demum Constantiense sub Ioanne vicesimo tertio & Martino quinto. quod plane nationum omnium Christiani orbis concursu pariter & assensu: approbatissimum fuit & celebratissimum. In quo Vicleffiana hæresis & Hussitana (quemadmodum supra etiam est dictum) publica censura est condẽnata. Vnde & Lutherana ista colluuies tanq; genimen viperarum prodijt: haud dubie cõsimili iudicio & anathemate digna. ¶ Qz si quis obiectet, vnius concilij decreta per alterius subsequentis synodi sanctiones oppositas plærunq; improbari, inualidásq; reddi: & proinde in ipsis plęrũq; concilijs etiam generalibus, hallucinationes fieri: audiat Innocentium tertium, in concilio generali memorabile id decretum depromentem: quod in quarto libro epistolarum decretalium, titulo de consanguinitate & affinitate, cap. non debet. ita cõtexitur. Non debet reprehẽsibile iudicari: si secundũ varietatem temporum, statuta quandoq; varientur humana. præsertim cum vrgens necessitas aut euidens vtilitas: id exposcit. quoniã ipse deus ex ijs quæ in veteri testamento statuerat: nõnulla mutauit in nouo. hæc ibi. Itaq; quod in vno concilio prius constitutum fuerat: postea ob emergentes nouas causas & omnino aliam rerum conditionem, rationabiliter abrogatur aut cõmutatur in melius. ¶ Vndecima obiectio. Qz uis cõcilio generali ob assistentiam spiritus sancti ea concederetur authoritas: definiendi pœnam suorum canonum transgressoribus, mortiferi criminis noxã & æternæ damnationis reatũ, in aliquibus statutis totum vniuersalis ecclesiæ statum concernentibus: ea tamen potestas nunq; particulari alicui

Concilium Lateranẽse
Lugdunẽse
Viennense
Cõstãtiense

4

5

Innocẽtius tertius

pastori ecclesiastico vt episcopo, videtur indulgenda. Tum quia tunc vnusquisq; pontifex pro suo nutu & arbitrio in sua diœcesi pręcepta instituet, transgressores ad mortale peccatũ & inferos obligantia: & quos volet, demerget in lacum infernũ. Et ita salus hominis reposita erit in arbitrio episcopi: vtq; eũ dãnet in mortẽ æternã, si libitũ illi fuerit. Tum etiam quia potest ipse præpositus ecclesiæ & pastor interdũ minus esse prudens & circunspectus: qui pro sua libidine talia statuta, definientia trãsgressores eorũ esse peccati mortalis reos, temere cõdet, & sine vlla matura discretione. vnde grauia accidẽt incommoda: multorúmq; pedibus inijcietur laqueus perditionis. Tum deniq; quia dominus deus pastores ordinauit & rectores, vt dominicũ gregẽ pascant ac enutriãt: non autem, vt disperdant & occidant. At per talia statuta cum tanta seueritate obligatoria: pontifices ipsi mortificarẽt animas subditorũ, quas deberẽt
6 viuificare. ¶ Respõsio. Non modo concilijs generalibus, sed & pastoribus authoritate maioribus: vt summo põtifici, patriarchis, archiepiscopis & episcopis, illa potestas instituendi præcepta (quorũ trãsgressio definiatur esse peccatũ mortale: ac damnationẽ perpetuã inferre) est collata. qua tamen vti debent dũntaxat ad ędificationẽ ecclesiæ & subditorũ: & non ad eorum destructionẽ & subuersionem. eandémq; exercere debent cum circũspectione ac maturitate: occurrẽte scilicet rationabili causa, & materia legitima ac debita. Idcirco huiusmodi pręcepta sancire debent præcipui ecclesiarũ rectores, non quidem passim in quibuslibet rebus leuibus & parui momẽti: sed arduis ac grauibus & magni ponderis. ad quas cõstituendas: aut vrgens impellit necessitas, aut ingens vtilitas, aut magna rei publicæ ecclesiasticæ honestas. vbi etiam qualitas materiæ id efflagitat: & præsens rerum conditio. quod ipsa prudentia pastorum, maturo innixa consilio: exacte discernere debet & expendere. Id vbi fecerint moderatores ecclesiastici: non erit posita salus & dãnatio subditorum in volũtate prælatorũ, sed cuiusq; eorum anima manebit in manibus suis. Nempe pastores ipsi per talia statuta & pœnæ determinationem in trãsgressores, non impellunt subditos ad illorum statutorum præuaricationem: ad quam sequitur culpa mortalis & dãnatio æterna. sed quantũ ex se possunt, inducunt subiectos sibi ad obseruationem illorum: ad quã sequitur ipsorum salus & vita. Subditi autem, sua propria malitia & peruersitate præuaricantur illa præcepta: & ita sponte sua incurrunt pœnam transgressoribus definitam, atq; à seipsis. Quare ipsi soli seipsos præcipitant in damnationem & propria sua voluntate: non culpa pastorum. illiúsq; mortalis culpæ reatum & mortis æternæ pœnam quam incurrunt: sibi ipsis solis debent imputare, non suis pastoribus. Quòd si præcipuus ecclesiæ rector incõsulte ac temere huiusmodi præcepta multiplicet, quòd minus sit prudens & maturus in rebus illis agendis: inconsulta illius temeritas superiore authoritate est

coërcenda, & ne effrenis inſoleſcat:frenãda. Siquidem eius ſubditi ſi vi-
derent eum nulla poſſe ratione abduci à ſua ſententia: nullis denega-
davia iuris legitime vti poſſent, prouocatione ſcilicet ad ſublimioris gra
dus eccleſiaſticum præſidem, qui nimiam illorum præceptorũ multiplí-
cationem ſuccidat. ¶ Demum ipſi paſtores eccleſiaſtici non diſperdunt 7
nec occidunt ſubditos quantum ad animam: per huiuſmodi præcepto-
rum rationabilem conſtitutionem, ſed ipſimet ſubditi præuaricantes
ea: ſeipſos perdunt & damnant. Quemadmodum ſi peritus medicinæ
legem conſtituat ægroto quòd talibus debeat veſci cibis, & ab aliis con-
trariæ qualitatis alimentis abſtinere: alioqui incurret mortem corpo-
ris. ſi deinde ægrotus acceptis huiuſmodi præceptis à medico, ſequens
ſuam concupiſcentiam non vtatur iis cibariis quibus eum vti præcepit
medicus: ſed cõtrà iis veſcatur, à quibus peritus ille medicæ artis illum
iuſſit abſtinere, eámq; ob cauſam expiret animã ac moriatur: quis illius
mortem recte imputauerit medico, eo quòd denunciauerit illi quæ ſa-
lutaria ei forent edulia, & quæ mortifera? Certe ſolus ægrotus in cauſa
eſt ſui interitus: qui recta medicãtis præcepta non ſeruauit. ¶ Duodeci 8
ma obiectio. Si ſubditi paſtores ſuos contemnũt diuina præcepta impe-
rãtes: haud dubie deũ in illis contẽnunt. Si autem tranſgrediãtur ſtatu-
ta ſuorum paſtorum & quæ ab ipſis primũ ſunt ordinata: non cenſen-
tur in illis deum contemnere, quoniam illa non ſunt diuina præcepta
ſed tantum humana. Ergo in horum præceptorum tranſgreſſione non
eſt reatus culpæ mortalis: nec periculum ſubeundæ damnationis æter-
næ. ¶ Reſponſio. In vtrorunque præceptorum tranſgreſſione profecto 9
contemnitur deus: quia præcepit ipſos eccleſiæ rectores audiri debere
à ſubditis, non modo in diuinorum mandatorum iuſſione: ſed & hu-
manorum atque ab hominibus poſitorum, quæ rationabilia ſunt & ad
honoratiorem dei cultum morumq; honeſtatem pertinentia. cum dixit
Matth.23 de præpoſitis eccleſiæ ad ſubditos apud Matthæum. Omnia quæcunq;
dixerint vobis: ſeruate & facite. Qui enim omnia dixit, & quæcunq;: ni-
hil excepit. Siquidem talia præcepta ab eccleſiæ primoribus ædita: non
ſunt mere & ſimpliciter humana, ſed nec omnino diuina, vt ante quoq;
eſt dictum: ſed partim humana & partim diuina. Humana quidem: q̃
ab hominibus in propatulo primũ lata ſunt & promulgata, non rece-
pta à deo exteriore ad id faciũdum iuſſione & peculiari præceptione.
Diuina vero: propter interiorem & primum authorem deum, mouentẽ
corda ipſorum patrum eccleſiaſticorum ad ea conſtituenda præcepta.
De quibus etiam verũ putari debet id verbum CHRISTI ad apoſto
los: potiſſimũ cum ipſi ſanctas æduntraditiones, ad dei honorẽ ac ani-
Matth.10 marũ ſalutẽ ſpectantes. Non vos eſtis qui loquimini: ſed ſpiritus patris
veſtri, qui loquitur in vobis. Poſſent & eadẽ rite conſtituta præcepta à
paſtoribus eccleſiaſticis & rectoribus dominici gregis: appellari diuina

quodã modo: propter materiam circa quam verſantur, pertinentem ad
dei honorationem, eccleſiaſticæq; rei dignitatem & decus. necnon pro-
pter deductionem eorum recto quodam conſequio: ex iis quæ in ſacris
literis exprimuntur. Nempe adminiculo etiam aliorum quæ ſubſumi
queant extra diuinæ paginæ ambitum, & adiici ratiocinationi conte-
xendæ: huiuſmodi ſtatuta ex ſacrorum eloquiorum fonte apta quadã
manuductione hauriuntur. propter quod, huiuſmodi moderatorum
eccleſiæ præcepta: habent quandam reductionem & habitudinem ad di
uina mandata. Quocirca exponentes hanc propoſitionem euangelicã.
Qui vos audit: me audit. & qui vos ſpernit: me ſpernit. & hanc. omnia Lucæ.10
quæcunq; dixerint vobis: ſeruate & facite. atque conſimiles, ſolum de Matth.23
paſtoribus eccleſiaſticis diuina præcepta imperantibus: perperam in-
terpretantur ſacram ſcripturã, eamq; ad ſuum contorquent ſenſum pro
arbitrio ac nutu ſuo. vt videatur ipſa diuina pagina fauere aſſertioni
ſuæ quam tutantur & ſuſtinent: cum tamen ab ea ſit longe aliena, diuer
ſa & diſcrepans.

¶ Non omnes humanas traditiones ſine diſcrimine, à deo
reprobari: ſed eas duntaxat, quæ diuinis præceptis ſunt
contrariæ, & animarum ſaluti officiunt. Cap. XVIII.

1 DEcimatertia obiectio. Per Eſaiam conqueritur domi-
nus de iis qui traditiones humanas diuino cultui im-
miſcent, his verbis: quæ apud Matthæum à CHRI- Matth.15
STO contra Phariſæos adducuntur. Sine cauſa colunt Eſaie.29
me: docentes doctrinas & mandata hominum. Et in
alio loco apud eundem euangeliſtam dominus ſcribas
& Phariſæos acriter reprehendit: atq; ſub eorum typo quoſuis eccleſia-
ſticos rectores, morum qualitate illis perſimiles, dicens. Alligant one- Matth.23
ra grauia & importabilia, & imponunt in humeros hominum: digito
autem ſuo nolunt ea mouere. Rurſum CHRISTVS in euangelio in-
ſinuat vnicum dei verbum eſſe neceſſarium ad ſalutem: non multitudi-
nem humanarum traditionum, cum dicit. Porrò vnum eſt neceſſarium. Lucæ.10
Deniq; diuinus Paulus abijciendas eſſe in religionis obſeruatione re-
gulas humanas edocet: cum ita ſcribit ad Galatas. Sed licet nos aut Gala.1
angelus de cælo euãgelizet vobis præterquàm quod euangelizauimus
vobis: anathema ſit, ſicut prædiximus. Et nunc iterum dico, ſi quis vo
bis euangelizauerit præter id quod accepiſtis: anathema ſit. Non ha-
bent igitur humanæ ſanctiones in eccleſiaſticis rebus vim legis: ſed ex-
2 plodendæ potius ſunt & reijciendæ. ¶ Reſponſio. Horum quatuor lo-
corum ex ſcriptura citatorum primus, ſane intelligitur de doctrinis &
mandatis hominum: diuino præcepto aduerſantibus ac recte rationi.
quale erat id Phariſæorum placitũ: quòd ſatius ſit munus aliquod deo
offerre in templo, quàm parentum neceſſitati ſubuenire. Propter quod,

Matth.15 grauiter increpat dominus pharisæos: id eis obiectans. Quare & vos transgredimini mandatum dei: propter traditionem vestram? Et rur-
Matth.23 sum ibidem. Irritum fecistis mãdatum dei: propter traditionem vestrã. In alio quoq; Matthæi loco eosdem dominus seuere ob huiusmodi decreta diuinis contraria legibus insectatur. Apostolicæ autem traditiones, sacrorúmq; conciliorum canones & constitutiones ecclesiasticæ, ad directionem fidelium diuturno vsu receptæ, non aduersantur præceptis dei & euangelicis legibus: sed maxime illis consentiunt, & ad ea facilius exequenda magnum afferũt præsidium. Quocirca verbum illud propheticum: nequaquam de huiusmodi sanctionibus euãgelio superaddítis afflatu spiritus sancti, est intellígendũ. ¶Porrò in secunda pro- 3
positione ex euangelio obiecta reprehenditur immoderata traditionum humanarum grauitas, ac intolerabilis sarcina: quæ citra discretionem imponitur humeris hominum. cum debeãt illæ recta mediocritate esse determinatæ: neque vires humanas nimio premere pondere. Sugillatur etiam onerosa illa legum humanarum impositio in subiectos: quando qui eas constituerunt, obseruare easdem detrectant, cum deberent illi suo exemplo alios ad leges illas integre custodiendas inducere. In sanctionibus autem ecclesiasticis debita moderatione definitis: neq; immani onere earum degrauantur subiecti, neque ipsarum iugum recusant rectores qui illas constituerunt. ¶Tertius vero locus scripturæ ex e- 4
uãgelio in præsentia adductus, scilicet id verbum CHRISTI ad Martham, porrò vnum est necessarium: nequaquam apte suffragatur aduersariorum proposito. Non enim vnum, ibi sumitur secundum probatos loci illius expositores: pro verbo dei aut sermone in euangelio contento, vt volunt qui hæc nobis obiectant. sed pro vnitate mentis in deum collectæ, per internam contemplationem atque quietem. Quæ quidem vnio atque adhæsio animi cum deo, per intimam tranquillámq; speculationem: est ad salutem consequendã maxime necessaria & expediens, reiectis diuiduæ vitæ & in plurima distractæ non sine ingenti turbatione, curis. Et hæc vnius acceptio atque significatio in prædictis domini verbis: maxime illi loco euangelico est consentanea. quemadmodũ præcedentia pariter & sequentia eiusdem narrationis verba: liquido produnt. Sed ne sine authore loqui videamur: audiatur venerabilis pater
Beda. Beda, ita in suis super Lucam cõmentarijs hoc CHRISTI dictũ, porrò vnum est necessarium: exponens. Beatus (inquit) Dauid, solum hoc (pacatis scilicet vitiorum tumultibus: optata iam in CHRISTO mentis quiete perfrui, quod proxime in ea sua expositione præmiserat) ne-
Psalmo.72 cessarium homini esse definiens: deo iugiter inhærere desiderat, dicens. Mihi autem adhærere deo bonũ est: ponere in domino deo spem meã.
Psalmo.26 Et alibi: idem ait. Vnam petij à domino, hanc requirã: vt inhabitem in domo domini omnibus diebus vitæ meæ. Vt videam voluntatem do-

mini: & visitem templum sanctum eius. Vna ergo & sola est theoria, id est contemplatio dei: cui merito omnia iustificationum merita, vniuersa virtutum studia postponuntur. hæc ille. Sed & Nicolaus Liranus Nicolaus liranus.
non obscuri nominis interpres, & in explanandis sacris literis exactissimæ diligentiæ: sic eundem locum elucidat. Porrò vnum est necessariũ, scilicet ipse deus: qui vnus est, & præ omnibus quærẽdus. Vel vnum, id est vnitas mentis ad deum. Et istud respicit vitam contemplatiuam: per quam mens adhæret deo, qui est simpliciter vnus. secũdum quod dicit
apostolus, primæ epistolæ ad Corinthios sexto cap. Qui adhæret deo: 1.Corin.6
vnus spiritus est. Sicut econuerso per vitam actiuam intendendo creaturis quæ multæ sunt: anima diuiditur. Sic ille. Vtraq; autem harum expositionũ à Lirano iam assignatarũ: etiam respondet sententiæ beati Augustini, & intelligentiæ eorundem verborum domini: quam tradit Augustinus
præclarus ille doctor in homelia, euangelij illius explanatoria. Ex quo, liquido constat: aduersarios ipsos perperam applicare illum scripturæ locum ad dei verbum, siue eloquium sacrum in euangelio expressum. eosdémq; inique contendere, id solum (abiectis atque neglectis reliquis omnibus) esse ad salutẽ necessarium. cum huiusmodi eorum sensus: manifeste deprehẽdatur illi loco euangelico minime congruere. ¶Verum id vnum illis vltrò & gratis admittamus: quòd prædictum domini verbum, porrò vnum est necessarium: insinuet (vt volunt) eloquium euangelicum esse necessarium ad salutem: non tamen cum excludendi particula id enũciatur, quę significet id solum esse necessarium. Quare cum dicti illius euãgelici veritate cohæret & id: alia nonnulla præter id vnũ & cum illo vno, esse necessaria. vtpote decreta apostolica, sanctarum synodorum canones: & ecclesiasticas traditiones diuturno vsu roboratas. Non enim quicquid necessarium est: comprobatur esse & sufficiens, sed interdum etiam indiget alterius necessarij adminiculo: vt integrum opus conficiat. Necessarium siquidem est corpus, ad hominis compositionem: sed & anima rationali opus est, vt integer homo coalescat. Sic & necessaria statuæ materia: formæ per artem inducẽdæ adiectionẽ ex-
5 poscit. ¶Consimiliter itidem intelligendum est & illud beati Petri ver-
bum: in priore sua epistola canonica positũ. Si quis loquitur: quasi ser- 1.Petri.4
mones dei. quod & Lutherani solẽt assumere in suæ assertionis cõfirmationẽ. Significat enim hisce verbis Petrus: primo loco & præcipue, dei verbũ in sermonibus nostris esse proponendũ. vt inter annunciãda populo: obtineat illud primatũ & supremũ gradũ. Non tamen astruit in prædicta sententia Petrus: solũ dei verbũ esse depromendũ in conspectu populi Christiani, cœtuiq; publico id dúntaxat edisserendum: quod in euãgelio conscriptũ comperitur. cum ibidem & leges ecclesiasticæ vltra euangelium constitutæ: etiam recte denũcientur obseruandæ. Verum id Lutheranis familiare est ac germanum in primis, quæ sine exclusione

dicta sunt: per adiectam excludendi notam constringere ac coarctare ad aliqua, cæteris exclusis. Sed nónne idipsum est scripturã detorquere ad alienum sensum: ac penitus deprauare? Potest & illa beati Petri propositio recte exponi in hanc sententiam. Si quis loquitur exhortatorium sermonem ad populũ: ea verba loquatur quasi sermones à deo sibi subministratos vt fonte totius sapientiæ, datoréq; verbi: nec eos suo ascribat ingenio, aut putet ex seipso hausisse. Cui quidem sententiæ, & quæ præcedunt in eo epistolæ contextu, & quæ sequuntur eiusdẽ apostoli verba:
1. Petri. 4 aptissime quadrãt. hoc modo. Vnusquisq; sicut accepit gratiã: in alterutrum illam administrantes, sicut boni dispensatores multiformis gratiæ dei. Si quis loquitur: quasi sermones dei. Si quis ministrat: tanq̃ ex virtute quã subministrat deus. vt in omnibus honorificetur deus per IESVM: cui est gloria & imperiũ in secula seculorũ Amen. Verum ex hac posteriore datæ propositionis intelligentia: nullã possunt Lutherani arripere ansam stabiliendæ suæ positionis, de abolendis constitutionibus ecclesiasticis. ¶ Demũ in quarto sacræ scripturæ loco, in præsenti obiectione adducto, & ex epistola beati Pauli ad Galatas desumpto: particula præter, nõ diuersum excludit proloquiũ aut verbi præconiũ, sed cõtrarium & repugnans ijs quæ euãgelizauerat Paulus. Nempe in sacris literis id frequens est & protritũ: q̃ excludendi notæ, aliud, præter, nisi: non diuersum ab eo quod proponitur excludant, sed aduersum dúntaxat & pugnans. Vt cum in Deuteronomio dicit dominus ad populum
Deutero. 4 Israëliticum. Non addetis ad verbum quod loquor vobis: nec auferetis
Deutero. 12 ab eo. Et paulo post in eodem libro. Quod præcipio tibi, hoc tantũ facito: nec addas quicq̃ nec minuas. Illorum quippe verborũ dei non fuit transgressor Moyses: cum latius & diffusius explicuit legem populo, q̃
2. Corin. 2 à deo acceperat. Sic in prima ad Corinthios epistola scribit beatus Paulus. Nõ iudicaui me scire aliquid inter vos: nisi IESVM CHRISTVM & hunc crucifixum. Cum tamen simile sit vero: diuinũ apostolũ etiam alia CHRISTI mysteria q̃ crucem, Corinthijs annunciasse: non tamen sacramẽto viuificę crucis aduersantia. Sic & in Apocalypsi beati Ioãnis
Apoca. 22 apostoli: circa finẽ adijcitur hæc cõminatio. Si quis apposuerit ad hæc: apponet dominus super eum plagas, scriptas in libro isto. Vbi nõ quæcunq; adiectio ad scripta in sacra Apocalypsi prohibetur: sed contrariorum tantum & repugnantium. Non enim illius interminationis pœnã incurrerunt complures viri sanctitate & doctrina præstantes: qui eandem Apocalypsin suis commentarijs ac scriptis præclare elucidarũt. At vero qui edicit populo Christiano, traditiones apostolorũ, canones sacrorum conciliorum & antiquas ecclesiæ regulas esse obseruandas: nihil contrarium enunciat ijs quæ Paulus quondã euangelizauit: sed illis omnibus maxime consonum & quadrans. Non igitur is incurrit anathema: quod denunciauit Paulus futurum inimicis veritatis.

6

¶ Christianos omnes obligari ad obseruandas ecclesiæ leges: etsi eas aliter boni & aliter improbi soleant exequi, diuersoq; constituto fine. Cap. XIX.

1 DEcimaquarta aduersariorum obiectio. Ad Timotheum scribens apostolus ait. Lex iusto non est posita: sed iniustis & non subditis. Cui cõsonat eiusdem dictum hoc ad Galatas. Si spiritu ducimini: non estis sub lege. & illud eius ad Corinthios verbum. Vbi spiritus domini: ibi libertas. Igitur ecclesiasticæ cõstitutiones quæ vim legis habere dicũtur, non astringũt obligationis vinculo iustos & spirituales, qui spiritu dei aguntur & viuunt: sed solum prauos aut imperfectos, indigentes adhuc hisce ritibus & obseruantijs tanq̃ adminiculis, quibus prouehãtur ad perfectionem. Quam vbi attigerint, fuerintq; consummate assecuti: amplius non egent his præparatorijs elementis ac rudimentis. sed ea prorsus abijciunt, libertatémq; spiritus sibi vendicant: qua absoluũtur à ieiunijs, abstinentia carnium, & cæteris id genus humanis institutis. perinde atq; puer in ętate infantili indiget fascijs, crepũdijs & curriculo ad dirigendos gressus: ne imbecillis adhuc pedibus tentans inambulationem, concidat. Cum vero maiusculus factus fuerit prætergressúsq; infantiam: neq; vinculis illis quibus alligetur neq; cunabulis, amplius illi est opus, neq; duce suorum gressuũ: quoniã solidas iam habet bases
2 pedum, quibus sine periculo lapsus, gradum tentet. ¶ Responsio. Hos tres scripturæ sanctæ locos modo designatos: Lutherani perperam ad suum intorquent sensum, & contra apostoli sententiam. Sicut & consuetudinarium illis est ac pene quotidianum: pro suo arbitratu scripturas diuinas inuertere, & ad alienam deflectere intelligentiam. Quod dilucidius euadet: si recta dictarum propositionũ apostolicarum assignetur interpretatio. Sane compertum est omnibus: ipsius legis duo potissimũ esse opera. vtpote dirigere eos quibus lata est lex ad capessendam virtutis viam: & coërcere proteruos ac rebelles inflictione aut saltem cõminatione pœnæ, ad legis obseruationem. qui non amore iustitiæ, sed solo timore perferendi supplicij transgressoribus definiti: adiguntur ad honestum, aut deterrentur ab improbitate. Porrò quantum ad primum legis opus: perspicuum est & iusto positam esse legem, & eos qui dei spiritu ducũtur esse sub lege, directrice scilicet & ducatũ præbente ad componendos vitæ mores. Sed quantum ad secundum opus, non est posita iusto lex. & qui diuino feruntur spiritu: non sunt sub lege quæ coërceat eos formidine pœnæ ad legis impletionem. Spontanee siquidem & vltronee atque virtutis amore: iusti exequuntur legem alacriter. sicut & exequerentur: si nulla esset pœna transgressoribus eius determinata. Itaque obstringuntur & boni & mali ad obseruandas ecclesiæ sanctiones publicas. sed boni easdem accommodant ad opus: amore iustitiæ

1. Timo. 1
Gala. 5
2. Corin. 3

& honesti. mali vero, formidine pœnæ coërcentur ab illis violandis: sícut & à perpetrandis flagitijs. Quod quidem discrimen, in duabus primis propositionibus supra in obiectione adductis: significat Paulus. Sed non attendunt aduersarij, eadem prorsus ratione qua hic nituntur: & id conficí posse, iusto non esse positam legem præceptorum dei, eósq; qui spiritu ducuntur: non esse sub lege mandatorum dei. & ita probos ac virtute spectatos: nequaquã obstringi ad diuina præcepta seruanda. Quod cum penitus sit absurdum neq; ab aliquo admittendum, omnínóq; claudicet eorum ratiocinatio, si idipsum colligere tentet: manifestũ est & eandem penitus cespitare, quæ id contendit inferre de ecclesiasticis legibus abrogandis. Consimile nanq; vtrobiq; est ratiocinium: & dissérendi discursus. ¶De libertate vero assumptum ab aduersarijs tertio loco verbum Pauli: accipiendum est de libertate à iugo legis antiquæ, & de libertate oppositа seruituti peccati. non autem de libertate (vt vocãt) ab obligatione obseruandi traditiones ecclesiasticas. Nempe in quibus Roma. 8 domini spiritus habitat, qui non est spiritus seruitutis in timore, sed spíritus adoptionis filiorum dei: ij libertatem habent ab onere legis Mosaicæ. qua libertate CHRISTVS nos liberauit: factus sub lege, vt eos Gala. 4 qui sub lege erant redimeret. Habent ijdem & libertatem à seruitute pec Ioan. 8 cati: de qua dicit CHRISTVS apud Ioãnem. Si filius vos liberauerit: vere liberí eritis, & veritas liberabit vos. Et qui facit peccatum: seruus est peccatí. Haud tamen habent solutionem obligationis ab obseruatione decretorum ecclesiasticorum: quãcunq; sint vitæ ac morum conditionem sortiti, siue imperfecti fuerint & imbecilli adhuc animo: siue iam cõ summati virtute & perfecti. Obstringuntur enim ad traditionum ecclesiasticarum obseruationem: non modo in vno suæ ætatis decursu, sed quãdiu vita ipsis fuerit superstes. Proinde conferrí non debent ipsæ ordinationes orthodoxorũ patrum, ab ecclesia longo vsu probatæ: fascijs & cunis infantium, atq; huiusmodi sustentaculis tenellæ ætatis in pueris, quæ cum adoleuerint in maius robur: tanq; inutilia reijciuntur, vt eas conferũt aduersarij in hac obiectione. Sed comparari potius debent indumentis quæ circumponuntur corpori: & amictui ad protectionem ac ornatũ hominis, in omnem ætatem necessario. Nulla quippe est ætas humana: quæ integumentis corporis non indigeat, ita nec vllum est vitæ nostræ tempus: quod traditiones canonicas ecclesiæ vt appendices quasdam euangelicæ legis non exposcat. ¶Et plane qui huiusmodi sanctiones ecclesiasticas, in principio exercitationis ad virtutem tantũ asserunt esse necessarias, postea vero cum virtus diuturno exercitio acceperit solidum robur, esse abijciendas: haud procul absistunt ab errore Beguardorum & Beguinarũ, damnato in concilio Viennẽsi sub Clemente quinto (vt constitutionũ Clementinarũ liber quintus, titulo de hæreticis, cap. ad nostrum. latius explicat) astruentiũ hominẽ, posq; supremũ

Error beguardorum & beguinarum.

perfectionis gradum (quem comminiscũtur) fuerit assecutus: non debere amplius ieiunare vel orare, immo ipsum tunc posse corpori suo concedere quicquid placet. asserentium præterea, eos qui sunt in prædicto gradu perfectionis & spiritu libertatis: non esse humanæ subiectos obedientiæ, nec ad aliqua præcepta ecclesiæ obligarí. quia vt asserunt: vbí 2. corin. 3 spiritus domini, ibi libertas. Hæc ibi. Ecce quomodo ijsdẽ armis ac telís vtuntur & illi iamprídem damnatí: & nostra ætate Lutherani, eadẽ condẽnatione digní: ad suam improbitatem pestiferámq; sectam defensandam. Sed iam telũ illud quod depromũt: redditũ est imbelle & obtu
6 sum. ¶Decímaquinta obiectio. Prioribus decretis ecclesiasticis: sequentia secula adiecerũt subinde noua ecclesiæ præcepta, illáq; demũ in tantã adauxerũt multitudinem: vt eorũ onere non leuius prematur populus Christianus, q̃ olim Iudęi põdere legis Mosaicę. Et ita iugũ CHRISTI Matth. 11 ex eius instituto suaue ac leue: efficitur ex huiusmodi multiplicatione statutorũ humanorũ, graue, durũ, importabile, & intolerabile, multíq; constituuntur eo ipso præuaricatores: quorũ imbecilles humerí succũbunt tantæ sarcinæ pręceptorũ. Qz si hoc pacto pergãt ecclesiasticí príncipes ad finem vsq; seculi noua constituere præcepta obligatoría: eorum tãdem numerus æquabitur arenæ maris, eritq; sine numero ac termino. & ita oborietur horrenda confusio: totũ ecclesiæ statum defœdans atq; dedecorãs. Satius est igitur, totam hanc adiectitiorũ præceptorum farraginem in immensum excrescentem sustolli: & Christianos solis euan-
7 gelicis eloquijs inniti. ¶Responsio. Fatendum est ingenue: nõ indiscrímínatim neq; de rebus leuibus aut parui momenti (vt ante quoq; est dictum) constituendas esse nouas obseruationum ecclesiasticarũ regulas: neq; pro solo nutu aut arbitrio cuiuspiam, in magnum aceruum multíplicandas. quoniam id grauiter pùblicæ saluti officeret: querímoniæq; & expostulationis materiam frequẽtioriq; pręuaricationis, multis pręstaret. Vnde & beatus Augustinus ad inquisitiones Ianuarij respondens, idipsum conqueritur: quod distinctione duodecima libri Decretorum cap. omnia talia. ita citatur. Omnia talia quæ neq; sanctarũ scríAugustinus ad Ianuariũ pturarum authoritatibus continentur, nec in concilijs episcoporum statuta inueniũtur, nec consuetudine vniuersalis ecclesiæ roborata sunt: sed diuersorum locorum diuersis moribus innumerabiliter variãtur, ita vt vix aut nunq̃ omnino possint inueniri causæ, quas in eis constituendis homines secuti sunt: vbí facultas tribuitur, sine vlla dubitatione resecanda existimo. Qz uis enim neq; hoc inueniri possit, quomodo contra fidẽ sint: ipsam tamen religionem quam in paucissimis & manifestissimis celebrationum sacramẽtis misericordia dei voluit esse liberam, seruilibus premunt oneribus: adeo vt tolerabilior sit conditio Iudæorũ, qui etiam si tempus libertatis non cognouerunt: legalibus tamen sacramẽtis, non humanis præsumptionibus subijciuntur. Hæc Augustinus. In quibus

verbis non oſcitanter attendendum eſt nec leuiter ponderandum: quod in ipſo dicitur exordio. Subinſinuat enim, immo plane aſtruit illud, ea ipſa eccleſiaſtica decreta quæ ſanctarum ſcripturarum authoritatibus continẽtur, aut in concilijs epiſcoporum ſtatuta inueniũtur, aut cõſuetudine vniuerſalis eccleſiæ roborata ſunt: nequaq̃ eſſe reſecanda. quod etiam in toto hoc libro annixi ſumus aſſerere. Proinde tres illę particulæ, in principio prędictorum Auguſtini verborũ poſitę: obſepiunt adítum omnem immoderatæ ſtatutorum multiplicationi. Cui vt amplius via præcludatur: ſummopere curandum eſt, vt in rebus arduis tantum & grauibus, efflagitante id vrgente neceſſitate aut magna eccleſiæ vtilitate inſtituantur ab ipſis primoribus ſummámq; adminiſtrationis eccleſiæ gerentibus huiuſmodi decreta, cum maturitate, & rationabili debitaq; cauſa id expoſcente. Quod vbi diligenter factitatũ fuerit: non exurget in maiorem æquo numerum, eccleſiaſticarum legum multitudo, neq; cuiq̃ erit in offendiculum aut ſalutis diſpendium.

¶ Non eſſe inſimulandos erudelitatis, eccleſiæ primates: q̃ leges eius condiderint obligatorias cum adiectione pœnarum. Cap. XX.

DEcimaſexta aduerſariorum obiectio. Si regulæ conſtituerentur eccleſiaſticæ exhortatoriæ tantum ad quippiam faciendum & inductiuæ, citra obligationẽ & determinationem pœnæ in tranſgreſſores: tolerandũ quidem id foret, & minime detrectandum. aut ſi decerneretur dúntaxat pœna temporaria: aut ferẽda in corpore. At q̃ obligatoriæ ferantur huiuſmodi leges, non relinquentes cuiq̃ arbitrium agendi quod velit: ſed adigentes pene inuitos ad opus, & cõſtituentes præuaricatoribus pœnam, mortiferi criminis labem æterneq; mortis exitium: durum omnino eſt ac inhumanũ, accedénſq; propemodum ad crudelitatem & ſæuitiam. Quemadmodũ imperioſus nimium haberetur ille dominus & immanis: qui ſeruo ſuo quicq̃ agendum mãdaret, adiecta mortis inferẽdæ pœna ſi illud prætermitteret. Neq; eccleſiaſtici præſules eo in opere imitari videntur manſuetudinẽ & benignitatem domini noſtri IESV CHRISTI: qui non venit animas perdere ſed ſaluare, neq; mittere in gehennam: ſed eripere à morte. A qua mãſuetudine & humanitate dulciſſima procul abſunt: qui tanto rigore ac ſeueritate ſuas ſanciunt regulas, vt earum tranſgreſſores protinus addicant gehennæ & in tartara detrudant. ¶ Reſponſio. Admonitoriæ tantum leges ſine obligationis vinculo: non tantum habẽt virium & roboris, potiſſimum ad totam numeroſi populi multitudinem: quantũ obligatoriæ. quæ ob annexam obligationem tanq̃ calcar & ſtimulum, multos perpellunt ad eas obſeruandas: qui aliàs negligerent eaſdẽ. Neq; annexa obligatio aut expreſſa adiectio pœnæ quam incurrant trãſgreſſo-

Lucæ. 9

1

2

res: coactionem inducit cuiq̃, aut inuitum aliquem adigit ad leges illas implendas. quãdoquidem cuiq; ſemper æqua libertas arbitrij relinquitur ad earum aut obſeruationem aut trãſgreſſionem: atq; ſi nulla interceſſiſſet obligatio, aut pœnæ perferendæ definitio. Sicut & in præceptis diuinis, obligationis vinculum aut mortis æternæ in pœnã determinatio: non ſuſtollit cuiq̃ libertatem voluntatis ad ea explenda. Porrò ſi definiretur reatus peccati aut damnationis æternę in pœnam iis qui eccleſiaſticas ſanctiones ſeruarent, & tamen illæ pręciperẽtur: id ſane irrationabile foret ac abſurdum, crudeléq; non ab re cenſeretur. Nũc vero cum munera diuinæ gratiæ & gloriæ repromittuntur agentibus, grauis autem peccati noxa mórſq; perpetua tranſgredientibus futura denunciatur: níhil hic præter rationem & æquitatem agitur, neq; inhumanũ quippiam geritur. Huiuſmodi nãq; pœna non adíjcitur legibus eccleſiaſticis, vt quis eam incurrat aut ſubeat: ſed vt ab ea ſibi quiſq; caueat per diligentem ſacrarum conſtitutionum obſeruationem. Quis enim recte incuſauerit deum inhumanitatis, q̃ tradens Adæ præceptum abſtinendi à fructu arboris ſcientiæ boni & mali: adiecerit pœnam trãſgreſſioni debitam, dicens. De ligno ſcientiæ boni & mali: ne comedas. In quacunq; enim die comederis ex eo: morte morieris. Aut quis probe dixerit, deũ idcirco authorem eſſe peccati & mortis: quam incurrit Adam ob tranſgreſſionem? cum eam adiecerit pœnam dominus, nõ vt Adam ligni vetiti fructum manducaret: ſed vt ab eo manducando abſtineret & deterreretur. Quis identidem beatũ Paulum immitem dixerit aut crudelem: q̃ in ſuis epiſtolis ſæpius ſcripſerit, fures, rapaces, maledicos, adulteros, & huiuſmodi infandorum criminũ authores: regnum dei non poſſeſſuros? cum tanti boni diſpendiũ futurum ipſe denunciauerit: non vt talia committerentur ſcelera, ſed vt ſedulo declinarentur. Quocirca quemadmodum nec deus ipſum Adam detruſit in gehennam per præcepti cum expreſſione pœnæ denunciationem: ſed ipſemet Adam ſua ipſius culpa. nec beatus Paulus perpetratores eorum quæ prohibuit ſcelerum priuauit æterna cæli hæreditate: ſed illi omnino, qui vetita admiſerunt facinora. Haud aliter eccleſiaſticarum legum authores non deturbant quẽpiã eorum præuaricatorem in barathrum dãnationis æternæ: quin potius ab illo retrahere cunctos ſatagunt, præmonẽtes periculum futurum, ne quis illud incidat. Sed is ſolus in cauſa eſt ſuæ damnationis: qui admonitus tanti diſcriminis, ſpõte ſua in illud corruit. ¶ Decimaſeptima obiectio. Nemo poteſt iure pœnam tranſgredienti datas leges, cõſtituere: quam nõ poteſt infligere. Superuacua ſiquidem & inanis foret illa pœnæ definitio: quæ non eſſet in ipſius definientis poteſtate, vt eam ſi velit irroget peccanti. Eccleſiæ autem præſides & primi paſtores non poſſunt infligere reatum culpæ aut mortem gehennæ iis qui præuaricãtur ſuas leges: cum ſolus deus gratiã largiatur & auferat animæ, ſolus item glo-

Gene. 2

1. Corin. 6
Ephe. 5

3

Pſal. 83

Psal 67 riam tribuat & mittat in gehennam. Dominus noſter (inquit diuinus
psaltes)dominus saluos faciendi: & domini domini,exitus mortis. Et
Psal.88 iterum. Quoniam domini est assumptio noſtra:& sancti Israël regis no-
Apoca 1 ſtri. Solus etiam ipse habet claues mortis & inferni:mortificat & viuifi-
1.Regũ.2 cat,deducit ad inferos & reducit. Non igitur possunt ipsi ecclesiarũ su-
premi rectores constituere præuaricatoribus suarum legum pœnã tam
grauem:mortalis inquam culpę noxam,aut damnationem perpetuam.
¶Responsio. Primo loco assumpta propositio veritatem habet: quãdo 4.
quis pœnam aliquam determinans non potest illã præuaricanti inferre,neq; per seipsum neq; per superiorem principem suum:à quo accepit
potestatem & condendi leges & definiendi transgressoribus pœnã. Potest tamen inferioris potestatis princeps definire pœnam in suarum legum præuaricatores:quam non ipse sed superior dominus(à quo sortitus est authoritatem constituendarum huiusmodi legum)inferat,& ad
quem violator earum puniendus mittatur. Quis igitur prisci patres,
constitutionum ecclesiasticarum primi authores,& qui deinde subsecuti sunt eos per diuersa secula ecclesiarũ præcipui moderatores,non possint cuiq̃ inferre subtractionem diuinæ gratiæ per contractam culpæ labem,aut damnationem gehẽnę:ipse tamen deus eorũ dominus & princeps summus,à quo potestatem acceperunt sanciendi huiusmodi statuta,& decernendi pœnam transgredientibus ea: potest talem pœnã sua
propria virtute inferre. Et idipsum sufficit ad hoc:vt iuste & recte dicãtur hi talia pœnarum genera determinare. Quemadmodum plęrũq; videmus inferiorem iudicẽ decernere pœnam:à superiore iudice(ad quẽ,
puniendus mittitur reus) ipsi maleficio inferendam. Omitto q̃ huiusmodi pœnam in sanctionibus ecclesiasticis expressam in transgressores,
vtputa q̃ mortifero crimini ob eam præuaricationẽ sunt obnoxij,& exinde morti æternæ:non tam decernũt patres orthodoxi earum sanctionum latores,q̃ ipse deus:qui & illarum legum & determinationis pœnarum in illis expressarum,pręcipuus est author,vt sæpius dictũ est supra. Et ipse quidem deus immensa sua potestate: pœnas illas expressas
potest irrogare & inferre illarum legum violatoribus. Et ita tota huius
obiectionis vis prorsus eneruatur:redditúrq; inualida.

¶Non esse improbandum nec abrogandum cælibatum sacerdotum: q̃uis nonnulli per vitæ incontinentiam illum
contaminent. Cap. XXI.

DEcimaoctaua aduersariorum obiectio. Cõstitutio illa 1
ecclesiastica,sacerdotes & quosuis ordinibus sacris initiatos obligans ad cælibatũ vitéq; continentiã: & beati
Pauli sententiæ est aduersa,& magnum inducit scandalum in dei ecclesiam. Scribit nanq; Paulus in prima sua
ad Corinthios epistola:de non nuptis,& solutis à vin-

culo matrimonij. q̃ si nõ se continent:nubant. melius est enim nubere:q̃ 1.corin.7
vri. Per quam quidem apostoli sententiam,qui suæ conscius fragilitatis
percipit se vix bene continere posse & castimoniam seruare: permittitur
vxorem ducere,& ita suæ saluti consulere. Per illã vero sanctionẽ ecclesiasticam:quisquis ordines sacros susceperit(quãtumuis cognoscat se ad
vitia carnis esse propensum:& minime idoneum ad seruãdam continẽtiam)prohibetur vxorem ducere. Hæc autem duo: omnino inter se pugnant. Multi præterea(quod summopere indolendum est:& multis deplorandum lachrymis)viri ecclesiastici,concubinas ijsdẽ tectis eodemq;
foco apud se detinent:non clanculum, sed palàm & in omnium oculis.
Qui si permissi fuissent vxorio se vinculo allígare: in casto coniugio vitã
honeste transegissent. Ex hoc autẽ publico concubinatu sacerdotũ: magna infertur ecclesiastico statui deformitas,turpitudo,dedecus & ignominia,vt res ipsa nullis indigens testibus:satis superq; indicat. Ad eam
igitur sustollendam labem tam atram:satius esset,sacerdotibus permit-
2 tere iura coniugij. ¶Respõsio. Illa constitutio de cælibatu virorum ecclesiasticorũ:nequaq̃ aduersatur Paulinæ sententiæ in obiectione citatę.
q̃ ipsa de ijs solũ accipienda sit,qui omnino soluti sunt à quouis vinculo,vetante ipsis fœdera nuptiarum:& quibus liberum est,si velint,contrahere matrimoniũ,aut cęlibem vitã agere. Non autem de illis intelligi debet:qui vel voto vel sacramẽti susceptione,vt sacri ordinis,sunt obuincti atq; obstricti ad seruandũ deinceps cælibatum. Quomodo enim
hi,in domino nubere,subireq; connubiũ poterunt:qui domino perpetuam vouerunt continẽtiam vitæ? At vero sacris insigniti ordinibus,ex
institutione ecclesiastica astricti sunt perpetuę continẽtiæ:qua se deo deuouerunt, vt in syncærítate corporis & animę ministrent diuino altari.
Quod autem semel deo consecratũ est:non potest deinceps in alios vsus
applicari. Non igitur eis amplius liberum est:se addicere vinculo cõnu-
3 biali. ¶Hanc autem (quæmodo assignata est)esse verborũ beati Pauli
intelligentiam:attestatur Hieronymus,ita hunc eius locum,in septimo
capite primæ eiusdem epistolæ ad Corinthios scriptũ. si acceperis vxo- 1.Corin.7
rem:non peccasti. exponens. Illos dixit apostolus non peccare si nubãt: Hieronymus
qui nondum vouerunt deo castitatem. Cæterũ qui vel in corde suo promisit:si aliter fecerit,habebit damnationem,quia primam fidem irritam
fecit. Quod enim erat licitum:per votum sibi fecit illicitum. Sicut Ananias & Zaphira,quibus post votum,de precio possessionis suæ retinere Actuum.5
nihil licuit:illicite tenuerunt. Ob quam causam: subita morte prostrati
sunt. Hæc ille. Consimilem quoq; idem exprimit sententiam de viduis
& virginibus:in primo libro contra Iouinianum dicens. Si nupserit virgo:non peccauit. non illa virgo:quæ se semel cultui dei dedicauit. Harũ
enim siqua nupserit:habebit damnationẽ,quia primã fidem irritam fecit. Si autem hoc de viduis dictũ obiecerit:quanto magis de virginibus

prævalebit? cum etiam his non liceat: quibus aliquãdo licuit. Virgines enim quæ post consecrationem nupserint: non tam adulteræ sunt, q̃ incestæ. Hæc Hieronymus. Ecce adolescentiores viduas (quæ se castitatis deinceps in cælibatu seruandæ voto obstrinxerunt deo) deuitandas edocet Paulus, scribens ad Timotheum, quoniam cum luxuriatæ fuerint: in CHRISTO nubere volunt, habẽtes damnationem: quia primam fidem (deo scilicet promissum, continentiæ votum) irritam fecerunt. Virgines itidem quæ se deo per votum virginitatis consecrarunt, aspirantes ad nuptias, & connubialia cum viris subeuntes fœdera: beatus Hieronymus in verbis supra dictis consimili ratione damnandas perhibet. Quid igitur de sacerdote sentiẽdum? nónne & hunc grauissima quoq; dignum esse damnatione: si post sui consecrationem deo factam & continẽtiæ votum, vxorem duxerit: quia primam fidem suam irritam fecit? ¶ Sed obijciet quispiam, sacerdotem ipsum & quemuis sacros ordines 4
suscipientem: nequaq̃ verbo prolationeq; vocis exprimere, q̃ voueat castitatem deinceps à se seruatum iri. Neq; eundem qui sacris illis initiatur ordinibus, verbis episcopi ordinatoris sui ad huiusmodi castitatis votum obstringi: sed tantum admoneri vt de cætero caste viuat. Qua igitur ratione allígabitur in posterũ illi voto: quod nec ipse proprio ore ædidit, nec à pontifice ad hoc est astrictus? ¶ Verum hæc obiectanti respõdendum est, votum illud castitatis in ijs qui sacros ordines subeunt: ore quidem & exteri sermonis prolatione non esse coram assistẽtibus & in propatulo explicatũ, & ea quidem ratione: tacitũ esse. Sed illud ipsum publico facto & in facie ipsius ecclesiæ est expressum: cum solenni consecratione suscipiuntur à pontifice sacrorum administratore ij ordines, quos ipsa ecclesia à spiritu sancto edocta sanxit nulli esse conferẽdos: nisi qui promiserit se deinceps caste esse victurum. quemadmodum beatus
Gregorius Gregorius Petro subdiacono scribens, contestatur his verbis: quæ vicesimaoctaua distinctione, cap: nullũ. ab authore Decretorum referũtur. Nullum facere subdiaconum præsumant episcopi: nisi qui se castum victurum promiserit. quia nullus ad ministerium altaris accedere debet: nisi cuius castitas ante susceptũ ministeriũ fuerit approbata. Eiusdem
Innocẽtius secundus quoq; distinctionis cap. decernimus. proxime sequenti, ita sancit Innocentius secundus. Decernimus vt ij qui in ordine subdiaconatus & supra, vxores duxerint aut concubinas habuerint: officio atq; ecclesiastico beneficio careant. Cum enim ipsi, templum & vasa domini, sacrariumq; spiritus sancti debeant esse & dici, indignum est eos cubilibus & immũdicijs deseruire. Hæc ibi. Atqui votum celebri facto operéq; solenni expressum cum ipsius mentis consensu, nõne tanti est roboris & ponderis: atq; si labijs æderetur? Idcirco & hisce sacris initiati, admonentur insuper voce ordinatoris episcopi: vt memores consecrationis susceptæ, illibatam illam & intemeratam in castimonia custodiant. ¶ Neq; propter 5

huiusmodi votum castitatis solenni professione factum: impendet cuiq̃ suæ salutis dispendium, modo sibi ipsi deesse non velit. Nam si suscepto iam sacerdotio patiatur quispiam graues insultus tentationum carnis: assidua oratione postulet à deo gratiam castitatis, quoniam non potest Sapien. 9
esse continens, nisi deus dederit. Et humiles eius preces nõ aspernabitur ipse: qui est pater misericordiarum & deus totius consolationis. Vtatur 2. Corin. 1
præterea qui impetitur igneis illis satanæ telis: remedijs & armis spiritualibus, contra huiusmodi hostiles incursus accõmodis, sobrietate inquam, abstinẽtia, ieiunio, labore, exercitio, honesta occupatione, subductione sui à mulierum consortio, & deuitatione occasionum libidinem prouocantium. Et ita demum victor euadet in domino, qui non patie- 1. Corin. 10
tur eum tentari vltra id quod potest: sed faciet etiam cũ tentatione prouentum, vt possit sustinere. ¶ Porrò scandala illa quæ in præsenti obiectione dicuntur enasci in viris ecclesiasticis ex impudicitia vitæ: non ex ipsius legis de cælibatu sacerdotum, constitutione proficiscuntur & sumunt ortum, sed ex ipsius prǫuaricatione, & prolapsione ab integritate rectitudineq; regulæ. Huiusmodi autẽ exorbitatio ab honesto, non debet imputari ipsi sanctioni ecclesiasticæ: vt quæ omnino vetet & prohibeat has vitæ sordes & impuritates. Quemadmodum trãsgressiones diuinæ legis non sunt ipsi legi mãdatorum dei ascribendæ, quæ sancta est & iusta: sed peruersitati hominũ, recusantium sponte sua ambulare per viam rectam, illis propositam. Quocirca ad occurrendum tantis incommodis & scandalis: non est abroganda lex de cælibatu sacerdotali. quoniam ea sublata: tanta aut maiora enascerentur in ecclesia dei detrimenta salutis, & dispendia vitæ. Sed vigore legis illius permanẽte in suo robore: resecanda sunt authoritate grauissima principum ecclesiasticorum huiusmodi scãdala, ex ipsius statuti violatione suborietia. Et certe ipsorum pontificum est munus proprium: acuta falce seueritatis ac rigidæ censuræ, tales vrticas vepres & sentes ex agro dominico succidere, aculeatásq; huiusce generis spinas & lapas tribulósq; noxios radicitus extirpare: secundum sacros iuris pontificij canones, iam olim super eo negocio mature ęditos. 6 ¶ Decimanona obiectio. Beatus Paulus in prima ad
Timotheum epistola vehementer eos insectatur qui docent abstinere à 1. Timo. 4
cibis: quos deus creauit ad percipiendum cum gratiarum actione fidelibus, & ijs qui cognouerunt veritatẽ. Quia omnis (inquit) creatura dei: bona est. & nihil reijciendum: quod cum gratiarum actione percipitur. sanctificatur enim per verbum dei: & orationem. Et ad Colossenses scri- Colos. 2
bens ait. Nemo vos iudicet in cibo aut in potu, aut in parte diei festi, aut neomeniæ aut sabbatorum: quæ sunt vmbra futurorũ. Quibus verbis plane damnat apostolus delectum illum ciborum: quem inducunt sanctiones ecclesiasticæ, decernentes singula quaq; feria sexta vsum carniũ esse interdictum: & in quadragesima, vsum lactis, butyri & ouorũ. Sunt

ígitur illę cõſtitutiones írrationabiles:& à ſpíritu ſancto loquẽte in Paulo nequaq̃ profectæ. ℂ Reſpõſio. Improbí dogmatiſtæ, de quíbus apud Tímotheum agit Paulus: docuerunt abſtínendum eſſe à cíbis humano generi díuína largítate índultís, ꝙ íllíciti eſſent vt dícebant, ſuapteq; natura hominibus noxíj:& quos nunq̃ líceret ſine pręuaricatione ſumere. 7

Seuerianí quod vtiq; abſurdum eſt:& à veritate longe alíenum. Tales erant Seueriani: quí víno & carnibus perpetuo abſtinendum cenſuerunt, ꝙ vetítus

Eucratíani eſſet (vt aíebant) íllorum vſus. Tales & Eucratíani: quí omnífariã cíbos auerſabãtur, quos deus humanæ vítæ propoſuit. Sanctiones autem eccleſíaſtícæ non eã ob rem cíbos alíquos prohíbent: neq; cenſent eos quos ínterdícunt, aut ímmundos eſſe, aut de ſe incõceſſos atq; inſalubres. Sed ſuapte natura bonos ac vtiles, vetãt non quidẽ ſemper ſed certís alíquot díebus ſumi: quía delicatí ſunt ac ſucculenti, miníſtrãtéſq; facile ípſí carní ſemínaría líbidínís & íncentíua vítíorum. Ad quæ reprímenda ac reſtínguenda, magnopere conducít (vbí caſtigatío corporís exquírítur: & ſubiectío ad ſpíritum) ea refugere alímenta: quæ præſtare queant fomẽtum íllecebroſís voluptatíbus. quoníam teſte ín prouerbíjs Sapiente. cũ

Prouer. 26 defecerínt lígna: extínguítur ígnís. Eorundem quoq; cíborum fit ab eccleſía ſtatís determínatíſq; díebus prohíbítío: ad frenandas guſtus voluptates, ex delícatíore cíbo lautítíaq; ferculorũ naſcentes, quas, abſtínendo ab huíuſmodí alímentís: moderãtur homines, índulgentioremq; cõpreſſís habenís víctum reprímunt:& gulæ cupídítates arctíus coércent. Sunt & alíæ rationabíles cauſæ ad pietatem religionís Chriſtíanæ ſpectãtes: ob quas delectus íllе cíborum eſt eccleſíaſtícís ſanctionibus recte ínductus. Quemadmodum ob domínícæ paſſionís memoríam & reuerentíam, fería ſexta hebdomadatím eſus carnium apud Chriſtíanos eſt vetítus. vt noſtro ſaluatorí tum paſſo ín carne, alíquãtulum abſtínendo conformemur: quí eo díe ín cruce pendens, amarítudíne fellís & potu aceti afflíctus eſt pro nobís. ℂ Cæterum díſcretionem cíborum prohí- 8

bens Coloſſenſíbus Paulus: abducere ípſos ſolícíte voluít ab obſeruantía antíquæ legís. in qua cenſebantur nonnulla ímmunda anímalía, & in

Leui. 11 vſum alímentí ſumí prohíbíta ex líbro Leuítící. Huíuſmodí autem díſcernículum cíborum vetuit díuínus ílle veritatís euangelícæ præco: ne fierent íllí ínſtítutís Moſaícís addícti. In lege vero CHRISTI, omnía munda mundís:& ablata eſt ílla Iudaíca cíborum díſcretío. Inductus eſt tamen & alíquantus cíborum delectus: non ob íllorum ímmũdítíam vt ín lege veterí. ſed ad caſtígatíonem carnís repreſſionemq; gulæ: ob puritatem etíam mentís líberíoremq; eíus ín deum erectionẽ, & alías cauſas legítímas. Conſímílí ítídem modo reſpondendum eſt & ad íllum locum euangelícum, ín quo legítur CHRISTVS præcepíſſe díſcípulís ſuís, ꝙ cum írent ad annunciandum verbum deí: ſubírent alíorum do-

Lucæ. 10 mos pro hoſpítío, edentes & bíbentes quæ apud íllos ſunt. Et ad íllud

verbum beatí Paulí ſcríbentís Corínthíjs. Omne quod ín macello ve- 1. Corín. 10
nít, manducate: nihil ínterrogantes propter conſcíentíam. Nempe príus verbum, ad eundem quí íam dictus eſt, tendit ſcopum & fínem: excludẽdam ſcílícet díſcretionem cíborum, apud Hebraícum populum obſeruatam:& íllucente euangelica veritate abrogatam. Poſterius vero, eò vergit: quòd ínfidelíum cíbi non ſunt vítandi, níſí ſuggeſſerít cõſcíentia eos ídolís eſſe ímmolatos:& íllorum manducatíonem alíjs ſcandalũ íngenerare poſſe. Adde, quòd eo tẽpore quo circa nouę legís exordíũ Paulus verbo & ſignis mírum ín modum coruſcabat, non erat adhuc (vt credíbile eſt) quo ad omnía obſeruantíarum præcepta, inducta abſtínentía à certo genere cíborum, publico totius eccleſíę decreto & tam exacta determínatíone: ſícut poſtea per leges eccleſíaſticas eſt ſuís tẽporibus conſtítuta. Quare admíſſa ea hypotheſí: circa tempora CHRISTI & Pauli non obligabantur ex edícto eccleſíaſtíco adhuc fideles ad huíuſmodí abſtínentíam. quòd nulla lex quempíam conſtríngat, níſí poſtquàm lata fuerít & promulgata: quoníam ante íd tempus, nomen legis íure vendícare non poteſt. Neque patres eccleſíaſtící hanc poſtea conſtítuentes abſtínentíam cíborum: aut CHRISTO aut Paulo fuerunt aduerſí atq; repugnantes. Nam díuerſís temporibus: díuerſa ímmo ínterdum contraría, expedít fíerí decreta. & quod vno tempore cõceſſum eſt: congruít ínterdum alío tempore prohíberí. perínde atque medící: ijſdem morbis ſubínde adhíbent díuerſa, quín ímmo ínterdũ oppoſíta medicamẽta. díuerſo quoq; tẽpore eídem ægroto ſed alíter affecto: ſæpe díuerſa míniſtrant antídota, neutíquam à ſuæ artís præceptís aberrantes. Demum quod ínírat ín os (vt aít dominus noſter) non coínquínat hominem: ſed Matth. 15
cõcupíſcentía gulæ íllíciens ad cíbum vetítũ & ínobedíentía ín eccleſíã, coínquínat mẽtem. Quí ígítur tempore quadrageſímalí aut extra quadrageſímã feria ſexta, veſceretur carnibus præter neceſſítatem: non eum contamínarent ſumptæ carnes, ſed prævaricatío præcepti eccleſíaſtící.

ℂ Ob multitudínem prævaricantíum índícta ieiunía: non eſſe tollendũ eccleſíæ de ieiunijs ſeruãdís preceptũ. Cap. XXII

1 ICeſíma aduerſarıorum obiectío. Complures eſt ínuenire, ſoluentes ieiunía eccleſíaſtíco præcepto ínſtítuta: vt quadrageſímæ ieiunium, aut quatuor temporum, aut vígílíarum, ſolenníores díes feſtos præcedentium. Rarí quíppe offendũtur (quod vel maxíme eſt índolẽdum) quí ad vnguem hæc ieiunía & íntegre obſeruẽt: ad quæ tamen ex ínſtítuto eccleſíæ obligantur. Et íta in laqueum damnatíonís díſpendíúmq; ſalutís plurímorum: eſt ea cõſtítutío ieiunij obligatoría. Quoníam níſí datum eſſet illud præceptum: non ieiunãtes íllís díebus, peccatum nõ íncurrerẽt. poſíto vero & promulgato eo præcepto: quí negligunt ieiunij obſeruantíam, efficíuntur rei & prævaricato-

res habentur. Satius esset igitur hanc præceptionem adeò rigidam sustollere: & cuiqꝫ liberam relinquere optionem ieiunandi vel non obseruandi ieiunium. ad quod exercendum: non præceptum constitui, sed exhortatio potius non obligatoria fieri debuit, quæ longe citius hominum animos sibi deuinciret: q̃ rigor præcepti. ¶ Responsio. Non est 2
illa constitutio ieiuniorum ecclesiasticorum cuiq̃ in laqueum aut ruinã suapte natura: quin potius in adiumentum consequendæ salutis, obtinendæqꝫ diuinæ gratiæ. quam vberius assequitur: qui animam suam illo salutari antidoto expiat & expurgat. Sola vero iniquitas hominum, in desideria carnis explenda propensorum: in causa est interitus & detrimenti propriæ salutis. quòd impellat hominem in præuaricationem tam salutiferi & vtilis præcepti: ex rationabili legitimáqꝫ causa cõstituti, vt eo remedio expientur peccata, virtutes augeantur & carnis petulantia reprimatur. Non debet itaqꝫ iactura salutis, quam incurrit negligens ieiuniorum obseruationem, imputari legi ecclesiasticæ de illis latæ: sed eorum qui ipsam violant, iniquitati atqꝫ malitiæ. Neque idcirco abroganda est ea lex ieiuniorum aut rescindenda: quòd multi (vt obiectant aduersarij) eam transgrediuntur. Quoniam si recte fuerit lata aliqua lex, cuius obseruatio est salutaris & commoda reipublicæ: non debet illa refigi aut rescindi propter multitudinem præuaricantium ipsam, aut paucitatem obseruantiũ eandem. quia teste Hieronymo: multitudo peccantium non præstat cuiquam peccandi patrocinium. quin immo etsi nulli legem illam legitime institutã obseruarẽt: nihilo secius ipsa, & recta est & æqua. quòd suam non sumat rectitudinem ex multitudine exequentium illam: sed ex recta institutione & causa legitima, ob quam ipsa primum fuit lata. & ita ob raritatẽ custodientium illam in sua integritate: nihil illa perdit roboris, vigoris, & efficaciæ. Alioqui iam olim illud dei præceptũ de fugienda mœchia, itidem & furto: esset euacuatum & abolitum, quoniam multi semper fuerunt & adhuc sunt illius præuaricatores, mœchi & fures. At vero quemadmodũ ex numerosa multitudine eorum qui furtũ aut fornicationem committunt: nequaquam probe quis collegerit abrogandum esse domini præceptum.
Hieronymus.
Exodi. 20 non mœchaberis, & non furtum facies. Haud aliter ex eorum qui soluunt legem ecclesiasticorũ ieiuniorũ abundãtiore numero: neutiq̃ apte 3
conficias huiusmodi legem esse tollendam aut abrogandam. ¶ Vicesimaprima ac postrema obiectio. Multi diuitũ lautius & splẽdidius epulantur, pluribúsqꝫ ferculis instructam habent mensam diebus ad esum piscium designatis: q̃ ijs diebus in quibus datũ est vesci carnibus. Maiore itidem impendio apparantur diebus ieiuniorũ apud multos conuiuia, pluſqꝫ insumitur pecuniæ ad instruẽdam delicatis cibis mensam: quàm alijs diebus ad ieiunia non determinatis, in quibus seruatur impensarũ mediocritas & ciborũ moderatior vsus. Plæríqꝫ vero pauperes quoniã

inopia pressi comparare non valent pisces, quãdo illi in cibum sunt definiti: noxio aluntur nutrimento & incidunt in aduersam valitudinem, quibus modicæ carnes facile ad esum suppeterent & salutem. Occurrunt interdum & alij, qui ob indictum ieiunium & aliquãtisper seruatum laborant debilitate stomachi: non valentes ingestum vna manducatione cibum concoquere, quem gemina sumptum refectione, meridie & vesperi, facile concoxissent. Alijs vero ieiunium ingerit morbos, aut ob cerebri exhausti imbecillitatem adimit somnum nocturnum: & alia permulta infert impedimenta sanitatis. Ad quæ deuitanda, potius deberet esus piscium & ieiuniorũ obseruatio relinqui cuiusqꝫ arbitrio, & solũ consuli: non autem institui præcepto obligatorio, & cum seuera ad-
4 iectione pœnæ. ¶ Responsio. Hi sunt sibili serpentis antiqui, quibus suum instillat occulte venenum cordibus hominum: vt abducat eos ab vsu manducationis piscium rationabiliter introducto ad salutarem abstinentiam, & ab obseruatione ieiuniorum per ecclesiam institutorum ad corporis castigationem ac emaceratione. Et mirum certe est, nostra tẽpestate inuentos esse aliquos: huius diabolicæ suasionis præcones, celebres quidem doctrina in ore hominum: sed ea abutentes in perniciem animarum. Qui vt habenas laxarent voluptatibus, viuendúmqꝫ secundum carnem & sanguinem suaderent: scriptis suis in lucem prolatis cõtenderunt & sacerdotibus esse permittenda connubia, & non interdicendum Christianis vnq̃ vsum carnium, nec indicenda sub præcepto ieiunia. Quos sane habendos censuerim vt publicos ecclesiæ hostes, inimicos crucis CHRISTI, Epicuri de grege porcos grunnientes, & euãgelicæ legis subuersores. quæ quenqꝫ docet abnegare seipsum & tollere crucem suam ac sequi CHRISTVM: non ambulare secundum carnẽ, Matth. 16
5 nec ire post suas concupiscentias. ¶ Sed vt horum cauillationibus occurramus: tribuendum quidem ipsis est, nonnullas contingere particularium hominũ exorbitationes & prolapsiones ab integritate Christiana, tam in vsu piscium quàm in recta ieiuniorũ obseruatione. Verum hæ non arguunt aut perperam factas esse illas cõstitutiones ab ecclesia, aut eas esse abrogandas: sed dúntaxat huiusmodi abusus esse castigandos, emendandos, & sustollendos, & leges ipsas rectas: in sua incolumitate permittẽdas. Quemadmodum ob comessationes, ludos, & vana spectacula quæ diebus dominicis & festis plærunqꝫ fiunt à vulgo: non sumitur efficax argumentum, tollẽdam esse festorũ solennitatem. sed solum, ea quæ ab honesto, syncæro & pio religionis cultu declinãt: per eos qui
6 authoritate valent, esse emendanda. ¶ De pauperibus vero quod afferunt aduersarij: non conuincit aut permittendum quolibet tempore esum carnium, aut non esse præcipienda ieiunia. Nempe nullus tanta premitur paupertate, quin diebus illis quibus vsus carnium est interdictus: inueniat sibi salubre alimentũ & sufficiẽs, aut lac, aut oua aut bu-

tyrum aut caſeum:& maiore quidem facilitate,illa quàm carnes compa ret. Quòd ſi quis aut morbo laboret,aut facto periculo cognouerit pernicioſum ſuæ ſanitati eſſe ieiunium(quod tamen plærunq; ſalutem corporis cõſeruat potius:ſicut & gula eandem lædit & labefactat)oſtendat ſe ſuo ſacerdoti,patefaciatq; ſuam imbecillitatem:& accipiat ab ipſo facultatem conſulendi ſuæ ſanitati. Siquidem ſuis legibus eccleſia extinguere vitia,illorumq; materiam ſuccidere laborat: non naturã ipſam lædere. Eſt enim ipſa,pientiſſima mater:filios ſuos ſaluare volens nõ perdere, genimina itidem malorum conuellere enitens:non ſarcinam impo nere naturæ,cui ſuccumbat.deniq; antidota & medicamẽta contra peccata componere laborans:non naturæ grauamina aut ſanitatis detrimẽtum ingerere. Idcirco eos qui ſine ſuæ naturæ aut ſanitatis detrimento non poſſent eccleſiaſticis legibus vti,quantum ad eſum piſcium aut ieiunia:vt neceſſitate adactos(quæ nulli aſtringitur legi)declarat eccleſia nõ obligatos eſſe nec deuinctos ſuis obſeruationibus.modo ſacerdotis ad hoc conſtituti iudicio aut aperta rei experientia,comperta fuerit huiuſmodi infirmitas aut vrgens neceſſitas:eximens hominẽ ab obſtrictione talium ſanctionum. ¶Cæterum quoniam hi prædicatores voluptatis, 7
ieiuniorúmq; & piſcium oſores:ſanctas eccleſiæ conſtitutiones de abſtinentia carnium certis hebdomadę diebus,vertunt in ludibrium,ſermonémq; ludicrũ.dicentes huiuſmodi abſtinentiam quæ feria ſexta & ſabbato cuiuſq; ſit hebdomadæ:primum ex particulari aliquorũ deuotione exordium cæpiſſe. deinde eam irrepſiſſe in plures:ſerpẽdo paulatim. & tandem tranſiſſe ex voluntaria aliquorũ obſeruatione in totam multitudinem,authoritate præcepti:ad talem obſeruandam abſtinentiã, in omnes generatim conſtituti. Et proinde periclitari dicunt etiam quartam feriam:ne hoc modo,exemplo ſabbati indicatur & huic in vniuerſum abſtinentia à carnibus:ex peculiari nonnullorum ritu & more deſumpta. Q uinimmo & vbi feria quarta in hunc ordinem abſtinentiæ fuerit redacta:tum & feriæ ſecundæ dicunt eſſe metuendũ,ne ſimili exemplo ex ſingulari aliquorum obſeruatione,etiam & in hanc traducatur conſuetudinem,immo & præcepti neceſſitatem:quòd & in ea abſtinendum ſit à carnibus. Et hoc pacto contendunt hi indulgentes carni & ſanguini,eccleſiam ſanctam in hac conſtitutione abſtinentiæ à carnibus, aliquot hebdomadę diebus:paulatim eſſe progreſſam à laxiore viuendi ratione & modo ad ſtrictiorem, pedetentim lento vſu introductam. Idcirco ad obſtruenda ora ipſorum loquentium iniqua:oſtendendum hic eſſet diffuſius (ſi locus ipſe amplam pateretur illius materiæ pertractationem) circa priſca illa tempora ſurgentis eccleſiæ,fuiſſe olim conſtitutam in certis illis diebus abſtinentiam à carnibus: immo & ieiunij obſeruãdi præceptionẽ, in omnes generatim latã.deinde eam ſenſim fuiſſe per oppoſitũ vſum laxatam: & abrogatam.vt potius trãſierit

ipſe populus Chriſtianus, quantum ad hoc negocium,ab arctiore vi-
s uendi ratione,ad laxiorem & indulgentiorem victum. ¶Siquidem antiquo illo eccleſiæ ſanctæ tempore: indictum fuiſſe ſabbato cuiuſq; hebdomadæ ieiunium legimus, de conſecratione, diſtinctione tertia,cap. ſabbato vero.vbi ait Innocentius papa.Sabbato vero ieiunandum eſſe: Innocẽtius.
ratio euidẽtiſſima demonſtrat. Nam ſi diem dominicã ob venerabilem reſurrectionem domini noſtri IESV CHRISTI non ſolum in paſcha celebramus: verum etiam per ſingulas hebdomadas,ipſius diei imaginem frequentamus, ac ſicut ſexta feria propter paſſionem domini ieiunamus: ſabbatum prætermittere non debemus,quoniam intra triſtitiã & letitiam temporis illius:videtur incluſum. Et reliqua illius capitis:in eandem ſententiam conſequentia texuntur.Ex quibus perſpicuũ euadit,quondam in eccleſia fuiſſe conſuetudinem pariter & cõſtitutionem obſeruandi ieiunij:ſingulo quoque die ſabbati.quam & tempore beati Auguſtini:Romæ obſeruatam fuiſſe,manifeſte conuincit eiuſdem ſcrí- Auguſtinus
ptum ad Ianuarium:quod refertur duodecima diſtinctione,cap.illa autem.vbi de venerabili matre ſua Monica narrationem contexit. Atqui Monica.
hoc noſtro ſeculo & hac tempeſtate non obligamur ex more eccleſiaſtico aut præcepto:ad ſabbati ieiunium ſingula quaq; hebdomada obſeruandum.Q uare laxior eſt & minor nunc abſtinentiæ rigor,circa diem ſabbati tenendus:quàm priſcis fuerit temporibus ſeruari ſolitus.Quod & de feria quarta,immo & ſexta:promptum fuerit ex canonicarum ſanctionum regulis oſtendere.Siquidem de conſecratione diſtinctione tertia,cap. de eſu. Leo papa quartus hoc traditur conſtituiſſe decretum. Leo quartus
De eſu carniũ apud nos vetuſtiſſima & non improbanda traditio ſemper eſt tenenda:vt à cœnæ termino quæ fit in principio noctis quartæ feriæ quæ luceſcit in quarta feria,vſq; in diluculum quintæ feriæ,& ſimiliter à cœna noctis ſextæ feriæ quæ luceſcit in ſexta feria: non imperite ieiunatio ſit tenenda vſq; ad ſabbati lucem.& quantũ de diei parte aliquis ieiunare maluerit vel debuerit: protendatur. Hæc ibi.Ex quibus liquidum eſt:circa priſca ipſius eccleſiæ tempora, ieiunium quartæ & ſextæ feriæ cuiuſq; hebdomadæ,vnà cum abſtinentia ab eſu carnium in ſupra dictis diebus: fuiſſe in vſu moréque probato apud populum Chriſtianum.quod & ex cap.ieiunia ſane.de conſecratione diſtinctione tertia rurſum pateſcit apertius.vbi & ratio exprimitur:ob quam vtriuſque illorum dierum fuerint præcepta ieiunia.quia ſcilicet quarta feria,Iudas traditionem domini cogitauit:ſexta autem feria,crucifixus eſt ſaluator.Nunc autem feria ſexta tantũ interdictus eſt eſus carnium: non autem indictum ieiunium.Feria vero quarta:neque prohibitus eſt eſus carnium,neque præceptum ieiunium. Videmus igitur manifeſte: eccleſiam ipſam in duorum prædictorum dierum victu & abſtinentia, progreſſam eſſe ab arctitudine ad ſolutiorem laxitatem.

¶Quænam sit vera libertas Christiana & euangelica: quã sibi asciscere debent omnes atq; comparare. Cap. XXIII.

RIecta quidẽ in superioribus huius libri locis est multifariam libertas illa Christiana: quam prædicat Lutherus cum assecl̃is & astipulatoribus suis, inquinatis ab atra pice quã tetigerunt. Quæ sane libertas (vt sæpius ante diximus: nec repetere piget) effrenis est viuẽdi cõditio: sine lege, sine regula, sine freno ecclesiasticarum constitutionũ: vt ferme quicquid libuerit, liceat. Et ergo secundum veritatẽ, libertas non est: sed durissima seruitus, sub tyrannide carnis & peccati. Dissolutæ itidem sunt obiectiones eorum: qui hanc Lutheranã libertatẽ magno molimine tutari laborãt. Et siquæ aliæ forte supersunt in eam rem cauillationes: per harum vnius & viginti, dilutiones supra diffuse positas, haud magno negocio dissolui cõsimiliter possunt. Nunc itaq; paucis ostendamus oportet: quænam sit vera libertas Christiana & euangelica, ad quam indipiscendam debent omnes aspirare. Ea vero: duplex esse deprehẽditur in hac vita mortali. & per earum vtrãq; struitur via, itérque sternitur ad tertiam libertatem: in venturi seculi vita sine termino obtinendã. ¶Prima vtiq; est libertas ab onere legis Mosaicæ: quam indulsit nobis CHRISTVS per suaue iugum legis euangelicæ. quemadmodũ ipse dicit apud Matthæum. Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis: & ego reficiam vos. Tollite iugum meum super vos: & discite à me, quia mitis sum & humilis corde, & inuenietis requiem animabus vestris. Iugum enim meum suaue est: & onus meũ leue. Cui consonat & Ioannes in euangelio suo, dicens. Lex per Moysem data est: gratia & veritas per IESVM CHRISTVM facta est. Hinc beatus Iacobus legem euangelicam vocat legem libertatis: cum ait. Qui autem perspexerit in lege perfectæ libertatis, non auditor obliuiosus factus sed factor operis: hic beatus in facto suo erit. Porrò huic libertati non repugnat subiectio & obligatio ad seruandas leges ecclesiasticas: quemadmodum falsò asserit Lutherus. quinimmo hæc obstrictio, huiusmodi libertatẽ adiuuat maiorẽ in modum: redditq; firmiorem, veriorẽ & perfectiorẽ. Sed dictæ libertati solummodo aduersatur iugum Mosaicæ legis: de quo beatus Petrus ait in concilio apostolorũ. Quid tentatis deum, imponere iugum super ceruices discipulorũ: quod neque nos neq; patres nostri portare potuimus? ¶Secunda est libertas à seruitute peccati: quam adiutrice dei gratia & exercitio virtutum bonorumq; operum consequimur in hac vita, quando subactis cupiditatibus: deo prompte seruimus & expedite. Enimuero peccatũ, miseræ nos subigit seruituti: atq; in seruilẽ infeliciter detrudit conditionẽ. quẽadmodũ beatus Petrus de magistris errorum & improbis aliorũ seductoribus ait. quòd in errore conuersati sunt, libertatẽ illis promittentes:

Eccl. 13

Matth. 11

Ioannis. 1

Iaco. 1

Actuũ. 15

2. Petri. 2

cum ipsi serui sint corruptionis. A quo enim quis superatus est: huius & seruus est. Et dominus noster apud Ioannẽ. Qui facit peccatũ: seruus est peccati. Ab huiusmodi vero seruitutis durissimo iugo vindicat nos & eximit hæc secundi generis libertas: in iustitiæ operatione consistens. Ad quam quidem integre assequendam: magnopere etiã conducit subiectio & obligatio cuiusq; ad sanctiones ecclesiasticas olim institutas, & diutino confirmatas vsu: atq; integra illarũ obseruatio. Nam per hanc liberamur à seruitute rebellionis, inobedientiæ, cõtumaciæ, proteruiæ, atq; contemptus in ecclesiam sanctam & rectores eius. Neq; illa subiectio, seruitutẽ inuehit nobis aut iugum tyrannidis: vt oblatrat Lutherus. sed vna est particula leuissimi oneris facilisq; sarcinæ: quam dominus ferendã nobis imposuit. ¶Quinimmo omnino ex opposito se habet ista secundi generis libertas iure expetẽda: ad eam effrenem licentiã, quam falso nomine Lutherus libertatem appellat Christianam. Hæc enim audit ecclesiam matrem suam: illa toruo supercilio contẽnit eam. Hæc sanctas antiquorũ patrũ synodos cum veneratione debita amplectitur: illa suspenso aduncóq; naso subsannat easdem. Hæc itidem traditiones apostolicas cum reuerentia suscipit ac obseruat: illa paruipendit eas, quòd in euangelio non sint conscriptæ. Hæc etiam consuetudines ecclesiasticas reueretur & custodit: illa easdẽ irridet atq; conculcat. Hæc denicq; præpositis ecclesiasticæ moderationi obtemperat: illa vero eosdẽ floccifacit. Demum hæc pulchrum in ecclesiastica republica conseruat ordinem, decentiam & honestatem: illa vero ritus omnes antiquos & leges rectas abijciens, horrida confusione omnia permiscet. Et vt vno verbo concludam omnia, hæc ad Hierusalem, supernæ pacis ciuitatẽ pertinet: illa vero ad Babylonem, tartareæ confusionis eluuiem. Si igitur suaue CHRISTI iugũ portare volumus, & eius ope à seruitute peccati liberari: hanc libertatem capessamus oportet. De vtraq; autem libertate iam dicta: factus est etiam obiter sermo in dissolutione decimæ quartæ obiectionis supra positæ. ¶Tertia vero libertas est à seruitute corruptionis corporis: cui obnoxij sumus nos filij Adæ, per hanc legẽ nobis indictã. Puluis es: & in puluerem reuerteris. At ab ea conditione dura liberabuntur: qui resurgent Christiformes in consummatione seculi ad gloriam immortalitatis & vitæ perpetuæ. sicut testatur his verbis apostolus scribens ad Romanos. Ipsa creatura liberabitur à seruitute corruptionis: in libertatem gloriæ filiorum dei. Et in prima ad Corinthios epistola: eandem insinuat libertatem dicens. Oportet enim corruptibile hoc, induere incorruptionem: & mortale hoc, induere immortalitatẽ. Et rursum. Seminatur in corruptione: surget in incorruptione. Seminatur in ignobilitate: surget in gloria. Seminatur in infirmitate: surget in virtute. Seminatur corpus animale: surget corpus spirituale. Porrò ad hanc libertatem demum obtinendam (sed in ijs qui eam semel

Ioan. 8

Cap. 19

Gene. 3

Roma. 8

1. Corin. 15

Ibidem

obtinuerint:nunquam finiendam)vt mercedem præmiúmque laborum & præclaram æternæ felicitatis dotem: neceſſariũ eſt duas alias libertates vt media quædam & vías ducentes ad hanc tertiam,ſibi aſciſcere. Et primam quidem nobis attulit CHRISTI benignitas: vt non ſit opus labore aut opera noſtra, ad eam vendicandam. Secundam vero: bonorum operum ſtudio exercitióq; virtutum,& potiſſimum obedientiæ in eccleſiam ac eius paſtores, comparare nobis debemus. Et ita demum eius adminiculo & adiutrice dei gratia: tertiam hanc libertatem tanq̃ bonorum laborum glorioſum fructum conſequemur.

¶Quidnam de ijs ſeptem dictis Lutheranis, in principio huius libri propoſitis:eſt ſentiendum. Cap. XXIIII.

CÆterum ex prædictis in toto hoc libro,iam ſatis cõſtare arbitror abſurditatem & falſitatem eorum,quæ ex opuſculo Lutheri de libertate Chriſtiana inſcripto,in ſecundo huius libri capite adducta ſunt: ad dinoſcendam ſuæ libertatis(cuius funeſtũ & exitiale attollit vexillum)conditionẽ. ¶Perſpicuum eſt enim in primis, 1
íd à vero haud eſſe alienũ:præſides eccleſiæ(quos pro more ſuo,vt cõtumelioſus eſt ſupra modũ in omnes,tyrannos appellat:& moderatiſſimã eorum directionẽ,tyrãnidem:hiſce verbis,latentẽ animi ſui morbũ aliis aperte prodẽs)habere ius ac poteſtatẽ condendi leges eccleſiaſticas, quã à deo acceperunt.& populũ Chriſtianũ illis morigerari debere:ſi ſuæ ſalutis rationem habere velint.quoniã ſine illius iactura:haſce regulas & ſanctiones trãſgredi non poſſunt. vt multifariã iam eſt oſtẽſum,cũ in variis huius libri locis:tum in decimo,vndecimo & duodecimo capitibus præcedẽtibus. ¶Verũ in ſupra dictis locis adductis rationibus, lubet 2
in præſentia & alias nõnullas adijcere:quo teſtatior atq; probatior relinquatur hęc veritas. Manifeſtũ ſiquidem eſt,patrem ſecundũ carnem itidem & matrẽ:poſſe filio ſuo aliquid faciundũ iubere.vt executionẽ operis alicuius indifferẽtis:quod tamen filio eſt vtile(exempli gratia:ludi literarij frequentationẽ)ſimiliter & præcipere aliquid etiam fugiendũ: vt prohibere mãducationẽ pomorum,ad quã ętas illa puerilis eſt propenſior.cũ ſeuera cõminatione,q; vapulabit ille puer virga:ſi mãdatum parentum ſuorũ pręuaricetur. Cur igitur non poterũt patres noſtri ſecundum ſpiritũ,primi ſcilicet rectores eccleſiarũ,& mater noſtra in ſpiritu, eccleſia ſancta: nobis imponere quippiam faciendũ aut fugiendũ cum interminatione virgæ & diſciplinæ, quando illud nobis eſt ſalutare: & noſtræ ſaluti apprime accõmodũ? Nónne maiorẽ tunc haberent authoritatem parentes ſecundũ carnem, in filios ſuos: quàm mater noſtra ſecundum ſpiritum,itidem & patres,in ſuos filios? cum tamen longe dignior ac ſublimior ſit illa ſpiritualis paternitas & maternitas: quàm carnalis. ¶Rurſum.præceptum illud dei de honorandis parentibus,non 3

tantum de ijs qui ſecundũ carnem parentes ſunt,accipiendum eſt:ſed & de parentibus ſecũdum ſpiritũ,vt de eccleſia ſancta & paſtoribus eius, quorum iuſſis:ex diuini præcepti authoritate debemus obedire.Igitur cum eccleſiæ prȩcepta & orthodoxorum patrum tranſgredimur mandata:ſimul & dei præceptum prævaricamur de honorãdis parentibus. Atqui prævaricantes diuina præcepta, contrahunt haud dubie labem mortiferi criminis:ſeq; obligant æternæ damnationi. Igitur & mãdata eccleſiæ antiquorũq; patrũ eccleſiaſticorũ ſtatuta violantes:eandẽ incurrũt pœnã, cũ non cõtingat hæc ſine illo dei præcepto violando prȩvaricari. ¶Prȩterea. Eccleſia ſancta & prȩcipui eius moderatores in ſpiritu 4
ſancto congregati:poteſtatẽ habent abrogandi aliquam conſtitutionem antiquam occurrente rationabili cauſa,aut eam commutandi in alium morem eccleſiæ vtiliorem. Quod cum multis poſſet comprobari exemplis:in præſentia tamen ſatis fuerit id duobus tantũ manifeſtare. Quorum primum eſt. In ipſius eccleſiæ principio mos fuit:etiam infantibus ſacro baptiſmi lauacro ablutis tradere ſacroſanctæ euchariſtiæ communionem.quẽadmodum perhibet beatus pater Dionyſius: circa finem libri ſui de eccleſiaſtica hierarchia dicens. Illudvero,q; pueri qui necdum poſſunt intelligere diuina, ſacri baptiſmatis altiſſimorũq; cõmunionis ſacroſanctæ ſignorum participes fiãt: videtur quidem prophanis(vt dixiſti)rationabiliter irridẽdum.ſi auditores minus idoneos,epiſcopi diuina edocent:& non intelligẽtibus,ſanctas traditiones nequicq̃ tradũt. Deinde cõſtitutionis illius rationẽ reddens:paulo poſt ſubnectit idem. Tradit autem puero ſancta myſteria põtifex:vt nutriatur in ipſis, neq; vitam aliam habeat:niſi hanc quæ diuina inſpiciat ſemper, & quæ huiuſmodi ſancta communione proficiat.atq; in his ſacrum poſſideat habitum:promoueaturq; ſtudioſe à ſuſceptore ſuo. Hęc Dionyſius. Vnde & adhuc in antiquis myſteriorũ eccleſiaſticorum voluminibus:illud ita de infantibus legitur. Si epiſcopus adeſt:ſtatim cõfirmari oportet,poſtea communicari. Epiſcopus ſi præſens non fuerit:anteq̃ lactetur infans aut aliquid guſtauerit,cõmunicet eum ſacerdos de corpore & ſanguine domini:ante miſſam etiã ſi neceſſitas ingruit. Poſteriore tamen tempore abolita eſt illa conſtitutio,nequa fiat ſanctiſſimo euchariſtiæ ſacramento irreuerentia:ſi ſumptum puer(vt accidere poſſet)expueret.ne etiã ſumatur ſine ſui ipſius probatione:& deuotione ſingulari ad illud tã ſublime myſteriũ.quæ duo præſtari non poſſunt niſi ab ijs:qui per ætatem iam habent ſufficientem diſcretionem ad dijudicãdum corpus domini, & ſecernẽdum à cibis cõmunibus corpori nutriendo accommodandis. ¶Secundum exemplum,rei propoſitæ approbatiuum:eſt. Circa prin- 5
cipiũ eccleſiæ primitiuæ,laicis dabatur communio ſacroſanctæ euchariſtiæ ſub vtraq; ſpecie: panis ſcilicet & vini.quemadmodum ſatis conijectare licet ex ſexto cap.euangelij ſancti Ioannis:& ex vndecimo capi- Ioannis.6

1.Corin.11 te primæ epistolæ beatí Pauli ad Corinthios. Sicut etiam aperte confirmat decretum sessionis decimætertiæ: concilij Constantiensis. Attamen sequentibus seculis iam multiplicato copiose credentium numero (qui primum paucus erat & rarus) rationabiliter constitutum est ab ecclesia catholica, laicis sanctam eucharistiæ communionem tantũ tradi debere sub specie panis, & nõ sub specie vini. tum propter effusionis sacrosancti sanguinis periculũ. tum etiam propter fidei in fidelibus cõfirmationem: q̃ sub venerando panis signo integrum CHRISTI corpus itidem & preciosus eius sanguis continetur. tum denicq̃ ob alias rationabiles causas: ecclesiam sanctam ad id instituẽdum mouentes legitime & congruenter, vt ostendit apertius prędictæ sessionis sacrosanctæ synodi Constãtiensis: sanctio rectissima. Nec iniuria mutauit ecclesia sancta in duobus istis exemplis iam assignatis: pro rerum commoditate suã sententiam. Quoniam cum aliqua priscis ordinata temporibus deprehenduntur vergere in deteriorem exitum: ea secundum rectę rationis determinationem aut abroganda sunt, aut in aliud melius cõmutãda. Quẽ
4.Regũ.18 admodũ Ezechias rex Iuda commẽdatissimus, contriuit atq̃ cõminuit
Numeri.21 in frusta serpentem æneũ (quem iussu dei erexerat Moyses in deserto: ad salutem percussorum à serpentibus ignitis, qui signum illud aspicerent) quoniã deprehendit illi à populo suo adoleri incensum. Neq̃ eo in opere reprehensus est à quopiam: quin potius magnam promeruit laudẽ. Cum igitur ecclesia catholica potestatem habeat abrogãdi antiquas cõstitutiones, aut cõmutandi eas in alias sanctiones congruẽtiores, occurrente legitima causa: cur non etiam habebit potestatem constituendi aliquas leges vtiles & honestas, quæ nunq̃ prius fuerant constitutæ? cũ sit facilior, noua legis alicuius sanctio: q̃ antiquæ quondam ordinatæ aut abrogatio, aut in aliam commutatio. ¶ Insuper. Tradita est supremis 6
ecclesiæ pastoribus potestas ligandi super terrã & soluendi: potestas itẽ remittendi peccata & retinendi, per illud domini nostri verbum: beato
Matthęi.16 Petro dictum apud Matthæũ. Quodcũq̃ solueris super terram: erit solutum & in cęlis. & quodcũq̃ ligaueris super terram: erit ligatum & in cęlis. Per illud etiam eiusdem verbum: omnibus dictum apostolis, pau-
Matthęi.18 lo post apud eundem euãgelistam. Amen dico vobis. quæcũq̃ alligaueritis super terram: erũt ligata & in cælo. & quæcũq̃ solueritis super terram: erunt soluta & in cælo. Demum & per illud domini nostri IESV CHRISTI verbum: discipulis suis dictum post resurrectionem suam.
Ioan.20 Quorum remiseritis peccata: remittuntur eis. & quorũ retinueritis: retenta erunt. Cur igitur putandum est, consimiliter eis non esse traditam potestatem condendi leges ac sanctiones: ecclesiæ directioni vtiles & necessarias? cum huiusmodi potestas condẽdarum legum, minor videatur & inferior, aut saltem non præferens maiorem authoritatem: q̃ potestas ministratoria ligandi & soluendi delinquẽtes. ¶ Ad hæc, Primis eccle- 7

siæ sanctæ rectoribus indulta est à domino potestas gubernãdi rempublicam ecclesiasticam, secundũ illud beati Pauli verbũ: ad seniores ecclesiæ. Attẽdite vobis & vniuerso gregi: in quo vos spiritus sanctus posuit Actuũ.20
episcopos regere ecclesiã dei: quã acquisiuit sanguine suo. Etiã & iuxta illud beati Petri dictũ. Pascite qui in vobis est gregẽ dei: prouidẽtes nõ
coacte sed spontanee secundũ deũ. neq̃ turpis lucri gratia: sed volũtarie. 1.Petri.5
neq̃ vt dominantes in clero: sed forma facti gregis. At quomodo gregẽ dominicũ, oues & agnos CHRISTI pascẽt spirituales ipsi pastores: si nõ habuerint authoritatẽ statuendi leges honestas & vtiles, administrationi ecclesiasticę necessarias & accõmodas? cũ videamus & in re militari & nautica & scholastica, & quauis alia multitudine moderanda: eos qui rerũ summã gerũt habere facultatẽ illa ordinãdi, etiã cum pœnæ in trãsgressores determinatione: quæ ad rem cui pręsunt dirigendã cõducibilia cẽsentur. Nõ sunt profecto deterioris cõditionis q̃ cæteri, qui summæ rerũ pręsunt pastores ecclesiastici: sed existimãdi & hanc statuẽdarũ
8 legũ potestatẽ habere. ¶ Demũ si attendere lubet & honestatẽ eorũ quæ in ecclesiasticis regulis atq̃ canonibus sancita sunt: pariter & vtilitatem, cedentem primum in salutem eorum qui illis obstringũtur legibus: nemo se difficilem merito præstare deberet ad eas sanctiones libenter amplectẽdas. vbi etiam nulla alia afferretur ratio id persuadens: aut pœna adijceretur coercẽs. Quid enim (vt alia multa prætermittamus) honestius: q̃ sanctissimum eucharistiæ sacramentum & à ieiunis cõsecrari tantum debere, & sumi Christianis, nisi causa infirmitatis aut necessitatis interuenerit? quod ex antiquo ecclesiæ instituto etiam ante beati Augustini tempora est decentissime ordinatum: & decreto decimętertiæ sessionis concilij Constantiensis, contra insurgentes illius temporis hæreses, rursum est approbatum. Quid pręterea vtilius Christianorum saluti: q̃ ieiuniorum institutorum obseruatio? quod (vt sancta concinit ecclesia) animis corporibusq̃ curãdis salubriter institutum est: quo deus item in nobis vitia cõprimit, mẽtem eleuat, virtutẽ largitur & præmia. Et quod de ieiunij cõstitutione dictum est: de alijs quoq̃ omnibus legibus ecclesiasticis similiter est intelligendũ, quandoquidem de illis idem est iudicium. Itaq̃ honestas ipsa præceptorũ ecclesiæ necnon & vtilitas: vbi etiã alia omnia deessent (quæ tamen adhuc permulta sunt) prouocantia ad eorum susceptionem & executionem: merito nos impellere deberent, ad illa prompto & lubenti animo amplectẽda. Sed iam ad alia trãseamus.

¶ Quid de secundo, & sequentibus Lutheri articulis prius positis: censendum est. Cap. XXV.

1 PErspicuum etiam iam euasit (vt expedito in præcedẽti capite, primo Lutheri articulo: secundũ eiusdẽ, supra positũ circa libri huius principiũ, excutiamus) ea quæ ex apostolorum traditione aut sacrorum conciliorum, aut consuetudine antiqua

obſeruãtur à fidelibus ſecundum ſanctiones eccleſiaſticas: plurimum ad iuſtitiam prodeſſe ijs qui pie & religioſe ea perficiunt, quoniam eo ipſo acceptiſſimam deo præſtant obediẽtiam. Prætermiſſionẽ vero illorum citra cauſam legitimam, pariter & tranſgreſſionem: maxime incõmodare ſaluti animę, conſtituereq; ipſum præuaricatorẽ, grauis peccati reum & damnationis æternæ. q; ea præuaricatio aſſeclam ſemper habet & comitem: inobediẽtiam in deum, quemadmodum ſuperiora dicta potiſſimum in decimo vndecimo & duodecimo capitibus: diffuſe mõſtrarũt. Cæterum recto conſequio id trahitur & ſubinfertur, ſi præceptorũ eccleſiæ tranſgreſſio inducit letale crimen animæ & mortis æternæ reatum: integram eorum obſeruationem ex oppoſito & gratiã promereri & gloriam æternã. quod tamen negat Lutherus in ſecundo illo articulo: quẽ in ſecundo præſentis libri capite ex ipſius dictis citauimus. Oppoſitarum enim cauſarum: oppoſiti ſunt & effectus. Neq; illud recipiendum eſt quod illic affert: ea omnia quæ enumerat conſtitutionibus eccleſiaſticis cõſona, fieri etiã poſſe à quouis impio. Quis enim impius ea vniuerſa ſecundum ſubſtantiam operis exequi poſſet & exteriorem operationem: non tamen ſecundum debitas circunſtãtias finis, qualitatis operis, loci, tẽporis atq; recti affectus: quas iuſtus & probus ſeruabit. quãdoquidem non habebit impius in illis operibus agendis ſyncærum illũ animi in deum affectum: qualem vir bonus. Cum autẽ legum eccleſiaſticarum obſeruationem dicimus animæ ſalutarem & deo gratam: non tantũ opera exteriora attendimus, ſed & interiorem ſimplicis animi affectum atq; intentionem. Sed eadem omnino ratione quã hic affert Lutherus: dicere nobis promptum eſſet, nulla dei præcepta eſſe ad ſalutem homini neceſſaria. q; omnia illa quantum ad exteriorem operationẽ fieri etiam poſſent à quolibet impio: licet non ad ipſius dei præcipiẽtis intentionem. Q; autẽ ſubiũgit Lutherus, obſeruatione præceptorũ eccleſiæ homines nõ niſi hypocritas euadere: perſimile eſt atq; ſi dicat, intendentem oculorum ſuorũ aciem in ſolare iubar: nõ niſi tenebroſum fieri. & igni propinquantem: ex eo non niſi algorem ſuſcipere. vtentémq; ſalutaribus cibis: incurrere exinde aduerſam valitudinem. Siquidem recta horum ſtatutorum obſeruatio ex ſimplici animo prodiens, qualem præcipit eccleſia: neminem reddit hypocritam. Siquis autẽ ficto duplíciq; animo ea exequatur, vt auram aucupetur populare: hypocrita quidem reddetur, non tamen ex præceptorum eccleſiaſticorum conditione: ſed propria ſua malitia, quæ non eſt legibus illis ſaluberrimis & rectiſſimis aſcribenda. ¶ Præterea apertiſſimis oſtenſum eſt rationibus atq; 2
ſanctorum patrum frequenti teſtimonio, præſertim in tertio & quarto cap. libri præſentis: præter ea quæ in euãgelio ſunt particulatim expreſſa, & alia pleraq; neceſſaria eſſe vt credamus & agamus. ea videlicet: quę poſtea ſpiritus ſancti inſpiratione declarata ſunt ac definita expreſſius,

vt credantur & agantur à populo Chriſtiano. Vnde conſtat, abſurdum id eſſe & impium: quod ſubinde in tertio articulo ſecundi cap. huius libri, ex ipſius dictis eſt propoſitum. Neq; id conuincũt duo illa (quæ citat ibidem) ſcripturæ teſtimonia: ad fulciendam ſuã aſſertionem. Primũ enim illud ex Ioãne ſumptũ. Qui credit in me: etiam ſi mortuus fuerit, viuet. de perfecte credente accipiẽdum eſt, eo ſcilicet qui fidẽ habet operantem per dilectionem: boniſq; coniunctam operibus. Talis autem nõ ſolum ea aget quæ in euangelio ſunt aperte expreſſa: ſed & illa quæ per traditiones apoſtolorum & eccleſiaſticas conſtitutiones ſunt ſuperaddita. alioqui non eſt integra eius fides nec perfecta. In ſecũdo vero ſcripturæ teſtimonio: ibidem adducto ex Matthęo, ſcilicet. Nõ in ſolo pane viuit homo: ſed in omni verbo quod procedit de ore dei. per verbũ dei nõ ſolum intelligi debet quod in euangelio eſt cõſcriptum: ſed & id omne, quod poſtea ſuggerẽte ſpiritu ſancto ab apoſtolis & patribus orthodoxis eſt traditum atq; ſancitum. & illud enim, verbum dei eſt: vtputa ſpíritus ſancti, cuius magiſterio & doctrina illud ipſum ordinatũ eſt & ſta
3 tutum. ¶ Sed dicat age Lutherus: in quo euangelij loco ſcriptum eſt, q; CHRISTVS deſcẽderit ad inferna. quod tamen, ſymbolum apoſtolorum & Athanaſij: credẽdum nobis exprimit. Vbi etiam in aliquo quatuor euangeliorum: dicitur filius dei eſſe conſubſtantialis patri. cũ certe nomen illud conſubſtantialis, nequaq; in euangelio legatur. aut vbi expreſſum id inuenitur apud aliquem euangeliſtarum: q; ſpiritus ſanctus etiam à filio procedit. Attamen vtrũq; horum: ſymbolum Nicenum exprimit ab omnibus credendum. Et ita percontandum eſſet de alijs permultis, quę in ſacroſanctis ſynodis declarata ſunt & determinata vt credantur à tota eccleſia: nequaq; tamen in euãgelijs habentur aperte commemorata. Verum nunc ad agenda veniamus. Dicat oro Lutherus: vbi legit in euangelio ieiuniũ quadrageſimale quotannis ante feſtũ paſchale eſſe obſeruãdum. aut aquã ſale cõmixto benedictam ſacerdotali imprecatione: eſſe ſpargendam in populum. aut in ipſo ieiunij quadrageſimalis exordio, cineres oratione ſacerdotis benedictos, in frõte aut ſuper caput à manu ſacerdotali eſſe ſuſcipiendos: in ſignũ pœnitentię agendæ, & ad mortis oppetendę memoriã altius animo ſigendã. Dicat item, vbi iubet euangelium aut ſcripto explicat: diebus ſabbati ab eſu carniũ eſſe abſtinendum in honorẽ ſacratiſſimæ dei matris, cui is dies peculiariter eſt dedicatus. & in letania maiore itidẽ & minore, ob ſupplicationes ſolennes & publicas tum inſtitutas: piſcibus eſſe veſcẽdum. Et hoc pacto de compluribus alijs ſanctis & laudabilibus eccleſiæ conſtitutionibus, ſciſcitandum eſſet ab eodem: vbinam in euãgelico codice ſunt expreſſę. Quod cum nec ipſe nec eius aſſectatores vnq; potuerint aſſignare: diluciđum eſt, hanc aſſertionem q; nihil à fidelibus credendum ſit aut agendum: niſi quod in euãgelio continetur aperte expreſſum, nõ modo ſal-

Ioan. 11

Matthęi. 4

ſam eſſe & erroneam:ſed multarũ etiã hæreſeõ eſſe ſentinã & barathrũ. ex qua peſtifera lacuna: multi perditarum ſectarũ magiſtri,ſui erroris hauſerunt putorẽ. ¶Cæterũ non fuerit ocioſum aut inutile,in præſentia paucis explicare: vbi prædictæ conſtitutiones eccleſiaſticæ quas non continet aperte codex euangelicus,ſuum acceperint robur & ſtabilimẽtum. In primis quadrageſima ipſa:circa naſcentis eccleſiæ exordium ex inſtitutione apoſtolorum habuit ſuum authoramentũ & vigorẽ. Quẽadmodum perhibet beatus Hieronymus in epiſtola ad Marcellam aduerſus Montanũ:ponẽs diſcrimen inter catholicos & Montani ſectatores,his verbis. Nos vnã quadrageſimam ſecundũ traditionem apoſtolorum,toto anno,tempore nobis congruo ieiunamus. Illi tres in anno faciũt quadrageſimas:quaſi tres paſſi ſint ſaluatores. Hæc ibi. Eoq; tẽpore quadrageſimali,maxime inſiſtendum eſſe ieiunio: admonet idem celeberrimus author in epiſtola ad Lætam de inſtitutione filiæ, cũ ait. Cæterum(vt ante ſcripſi)in quadrageſima, continentiæ vela pandenda ſunt:& tota aurigæ retinacula equis laxanda properantibus. Hæc ille. Sed & beatus Ignatius epiſcopus Antiochenus,apoſtolis contemporaneus:aperte prodit quadrageſimã circa apoſtolica tempora fuiſſe inſtitutam, cum ita ſcribit in quarta ſua epiſtola, quæ eſt ad Philippenſes. Dies feſtos nolite inhonorare. quadrageſimam vero nolite pro nichilo habere:imitationẽ enim continet dei conuerſationis. hebdomadã etiam paſſionis nolite deſpicere. Quarta vero & ſexta feria ieiunate: reliquias pauperibus porrigẽtes. Hæc ibi. At vero illud de quadrageſima nõ negligẽda,nequaq; admonuiſſet ſcripto vir ſanctus:niſi ieiuniũ quadrageſimale fuiſſet tunc inſtitutũ,& à populo fideli ſuo iã tempore obſeruari ſolitũ. Quocirca audiẽdi nõ ſunt viri impij,& eccleſiaſticę diſciplinę ſubuerſores:qui noſtra tempeſtate imbuti Lutherano veneno audẽt palàm iactitare in vulgus,quadrageſimæ ieiuniũ humana tantũ adinuẽtione à recentioribus eccleſiæ paſtoribus eſſe inſtitutum. Proinde & parui habendum eſſe:& pro cuiuſq; tantũ arbitrio ſine obligationis vinculo ſeruari poſſe,ſine aliquo ciborum delectu. Enimuero cum teſte Ignatio & Hieronymo,ex apoſtolorum traditione quadrageſima ſuũ auſpicata ſit exordiũ:ipſa inſtituẽtiũ authoritas & temporis antiquitas(vbi etiã alia deeſſent ad eam exacte obſeruandã incitamenta:quæ tamen cõplura ſuperſunt) vnũquẽq; pio in ſanctam eccleſiam animo affectum debent inducere:ad eam libenter amplectendã,integréq; cuſtodiendam. ¶Porrò aquæ ſale cõmixto benedictę aſperſio in populũ: ab Alexandro primo huius nominis ſummo pontifice primum inſtituta traditur.quẽadmodum de conſecratione,diſtinctione tertia,cap.aquã.ipſius ſanctio ſuper hoc ædita:ita legitur. Aquam ſale cõſperſam in populis benedicimus:vt ea cuncti aſperſi ſanctificentur & purificentur.quod omnibus ſacerdotibus faciendum eſſe mandamus. Nam ſi cinis vitulæ aſperſus populũ

Hieronymus.

Ignatius

Alexander primus

Numeri.19

4

5

ſanctificabat atq; mũdabat:multo magis aqua ſale aſperſa diuiniſq; precibus ſacrata,populũ ſanctificat atq; mũdat. Et ſi ſale aſperſo per Heliſæũ prophetã ſterilitas aquæ ſanata eſt: quanto magis diuinis precibus ſacratus ſal,ſterilitatẽ rerum aufert humanarũ,& coinquinatos ſanctificat & purgat,& cętera bona multiplicat:& inſidias diaboli auertit,& à phantaſmatis verſutijs homines defendit. Hæc ibi. Inſuper in exordio quadrageſimæ cineres ſacros ſacerdotali manu ſuſcipi debere à fidelibus,tanq; ſymbolũ quoddã agendę pœnitẽtiæ:ex veteris teſtamẽti more deſumptũ traditur,quo cinis & ſaccus habebãtur arma pœnitẽtię,inſtrumentáq; erant frequentiſſimo vſu deputata:ad deſignandã cordis humiliationẽ & luctum pœnitentiũ. Vnde & beatus Iob de ſe ait. Idcirco ipſe me reprehẽdo:& ago pœnitẽtiã in fauilla & cinere. Et Mardochęus audito regis Aſſueri edicto de futura Iudęorũ exterminatione,per Aman nequiter procurata:indutus eſt ſacco ſpargẽs cinerẽ capiti. In diebus itẽ Iudith laudatiſſimæ viduæ:cũ timor Holofernis irruiſſet in omnes Iudæos,ſacerdotes præcincti cilicijs leguntur obtuliſſe ſacrificia domino: & erat(inquit ſcriptura)cinis ſupra capita eorũ. Demũ rex Niniuitarũ audita prædicatione Ionæ:ſe totum ad agendã pœnitentiã conuertens, indutus eſt ſacco & ſedit in cinere. At vero de abſtinentia & ieiunio ſabbati: paulo ante factus eſt ſermo,pontificij iuris authoritate roboratus.

6 ¶Letaniam autem maiorem & abſtinentiã à carnibus eo die obſeruãdam:inſtituit(vt vna omnium eſt ſententia) beatus Gregorius, primus huius nominis ſummus pontifex. Minorem vero letaniam quæ in diebus rogationum agitur,cum abſtinentia à carnibus eſſe celebrandã:cõcilium Aurelianenſe olim ſanxit.cuius decretum adducitur de cõſecratione,diſtinctione tertia,cap.rogationes. hoc verborũ contextu. Rogationes,id eſt letanias ante aſcenſionẽ domini placuit celebrari.ita vt prę miſſum triduanũ ieiunium:in dominicæ aſcẽſionis ſolẽnitate ſoluatur. per quod triduum,ſeruí & ancillæ ab opere relaxẽtur:quo magis plebs vniuerſa conueniat. Quo triduo omnes abſtineant:& etiam quadrageſimalibus cibis vtantur. Hęc ibi. Nonnulla tamen eorum quæ inibi definita ſunt: per vſum oppoſitum ſunt abrogata. Non enim diebus illis rogationũ vbiq; feriantur ab opere manuũ laici:nec fideles ieiuniũ obſeruant,nec ciborũ quadrageſimalium vſum. Vt & ex eo ſumatur argumentũ:populum fidelẽ potius in plæriſq; ex auſteriore viuẽdi forma in laxiorẽ eſſe deductũ, q̃ ediuerſo.

7 ¶Deinceps vt ad quartí articuli Lutherani,ſupra in ſecũdo præſentis libri capite poſiti,excuſſionem tranſeamus:patefactum eſt abũde in ſuperioribus locis,potiſſimum decimo capite & duobus proxime ſequentibus:ſanctionũ eccleſiaſticarũ obſeruationem eſſe neceſſariam ad ſalutem.neq; per ſolam fidem,effici Chriſtianum ab omni lege ordinationéq; eccleſiæ liberum:ſicut neq; per eam fit liber & abſolutus ab obſeruatione mandatorum dei. Quinimmo per

Gregorius

4.Regũ.2

Iob.42

Heſter.4

Iudith.4

Ionæ.3

Cap.22

fidem perfectam & integrã: potius obstringitur Christianus ad statuta ecclesiæ opere adimplẽda. quoniam fides viua & cõsummata: operibus bonis debet esse cõiuncta, potissimum ijs quæ prodant & indicent obedientiam, deo & ecclesiæ sanctę debitã. Et qui fidem solam iactitant, ab operibus iustitiæ seiunctam: de eorum videntur esse numero, qui (vt ad Titum. 1 Titũ scribit Paulus) dicũt se nosse deum: factis autem negant. ¶ Porrò 8
falsum est illud, & sacris literis penitus aduersum: opera neminẽ iustificare, saltẽ vt adminicula & disponentia ad iustificationẽ cõsequendam, & tanq̃ instrumenta necessaria. Nam sine cõtrouersia, deus ipse, præcipuus est iustificationis author: & dator gratię tollentis culpã, & iustum reddentis hominem. neq; quispiam primas iustificandi partes deo non attribuit: vt debet. Cum illo autem & post illum, etiam opera bona iustificandi vim in suo gradu & sorte habere: ostendunt cum alia q̃plurima loca scripturæ sacræ, tum illud vnum beati Ioannis apostoli verbũ.
1. Ioan. 3 Qui facit iustitiam: iustus est. Ex quo protinus id recte colligitur: per opera iustitiæ quẽpiam fieri iustum & iustificari. vt per opera artis fabrilis, efficitur aliquis faber: & per frequentẽ citharæ modulationem, euadit citharœdus. Neq; oportet hominẽ esse iustũ, saltem perfecta & cõsummata iustitia: anteq̃ operetur bonũ, vt hic ait Lutherus. sed è diuerso opus est eum bona operari: anteq̃ euadat integre & absolute iustus. Ex operibus enim: acquiruntur habitus. non contrà, habitus ipsi: primorum operũ sunt authores. ¶ Sola vero fides simul cum baptismo 9
susceptа: primo quidem iustificat & sufficienter, pro illo susceptі baptismi tempore. q̃ ad consequendã iustificationem quæ in sancto illo regenerationis sacramẽto obtinetur: opera ipsa tunc non sunt necessaria. Sed sequente illam fidei professionem tempore: & in pueris cũ plenũ rationis vsum obtinuerint, & in adultis, opera bona sunt necessaria: & ad illam iustificationẽ cõseruandã si adhuc eam tenuerint, & ad deperditam iustificationem recuperandam: si per peccatum ab illa baptismali gratia exciderint. Neq; id ab re quidẽ. nam in ipsa baptismali ablutione, obstrinxerunt se qui eam susceperunt: ad mandatorũ dei obseruationem. Quomodo autem obseruabunt ea, fidem sacram professi: nisi operentur iustitiam & bona exerceant opera, quæ suis mandatis pręcepit deus fieri? Falsum est itaq; quod in istius quarti articuli citatione astruit Lutherus: solã fidem esse, quæ ex mera dei misericordia personam digne & sufficienter iustificet. loquẽdo de iustificatione baptismũ subsequente.

¶ Solam fidem nequaq̃ ad salutem sufficere: sed cum ea, & bona opera esse homini necessaria. Cap. XXVI.

AD ampliorem autem illorum quæ hic quartus Lutheri articulus supra adductus proponit, cõfutationem: elidendus est hoc loco & eneruandus error ille Lutheranus, quem cum in cæteris libris suis, tũ in eo de libertate Christiana opusculo

quod improbamus: ipse Lutherus disseminat & astruit. vtpote solam fidem sufficere ad iustificationem & cõsequendam vitam æternam: etiam vbi nulla affuerint in adultis opera bona. quoniam secundum eius sententiam, non sunt ipsa opera necessaria ad expurgationem peccatorum: neq; ad gratiam & salutem obtinendam. Et hæc plane vna est particula suæ libertatis, immo licentiosæ indulgentiæ: quam altisona buccina toti mundo propalauit. vt edocti homines solam fidem ad salutem sufficere, seq; ab operum obligatione & onere absoluí: libentius ad libertatem illam Lutheranã prosequendã ferantur, eamq; amplectantur cupidius. Hic sane est laqueus, hæc pedica, hoc rete, quod tetẽdit Lutherus incautis pedibus fidelium: vt illo inuoluti trahantur in extremam perniciem.
2 ¶ Hanc autem execrandam impietatem comprobare annititur ipse Lutherus & sui assectatores: aliquot scripturæ sanctæ testimonijs, cum ex veteri instrumẽto tum nouo depromptis. Scriptum est enim: inquiunt. Credidit Abraam deo: & reputatum est ei ad iustitiam. Et ore etiam Gene. 15
prophetico dictum est. Iustus autem: in fide sua viuet. Rursum cæco Abacuc. 2
clamanti importuna voce ad dominũ nostrum: responsum esse legimus à CHRISTO, vbi illum ad se accirí iusserat. Respice, fides tua te saluũ Lucæ. 18
fecit. Et apud Ioannem: dominum dixisse. Qui credit in me: habet vitam æternam. Et iterum. Qui credit in me: etiam si mortuus fuerit, viuet. Præterea, ad Romanos scribens apostolus ait. Iustificati ergo ex fide: pacem habeamus ad deũ. Et ad Ephesios. Gratia estis saluati per fidem: & hoc nõ ex vobis. Ad hæc, in actis apostolicis ait beatus Petrus: de conuersis ex gentibus ad CHRISTVM. Et qui nouit corda deus: Actuũ. 15
testimoniũ perhibuit, dans illis spiritũ sanctum sicut & nobis: & nihil discreuit inter nos & illos, fide purificans corda eorum. Multas itidem alias consimilis sententiæ passim in scriptura positas colligunt Lutherani propositiones: & adducunt in suæ assertionis roborationem. Quibus profecto nihil aliud solide conficiunt ac commonstrant: nisi ipsam fidem esse in primis necessariam ad animæ salutem. quod ipsis vltrò & sine cuiusquam testimonij munimento admittitur: cum scriptum sit à beato Paulo in epistola ad Hebræos. Sine fide: impossibile est quenq̃ Hebræ. 11
placere deo. quòd ipsa sit basis & substerniculum cæterarum omnium
3 virtutũ: ad vitam animæ spiritualem conducentiũ. ¶ Sed nũquid ex eo quòd fidem admittimus esse necessariam ad regni cælestis introitum: ipsi recte colligere queunt, eam etiam esse sufficientem, & præter illam nihil aliud in nobis exposci? Nonne ita ratiocinantes, ex vnaquaq; assumptarũ propositionũ sine exclusione prolata: exclusiuã faciunt? hoc modo: excludendi particulã singulis adijcientes. Fide tantũ: purificans corda eorum. & saluati estis solum per fidem. Et rursus. Iustus autem: in fide sua tantum, viuet. Et ita de reliquis ante citatis sentẽtijs. cum tamen in sancta scriptura, nulla earũ cum nota exclusionis proponatur:

ſed potius,aliud quippiam includendi vim atq; ſignificationem teneat: ſcilicet ipſam charitatẽ,vnà cum fide operantem. Planũ eſt igitur quomodo hi improbi dogmatiſtæ ſacras deprauant literas:eáſq; ad ſenſum detorquent alienum, ſuæ tamen impietati conſonantem.quos certe non fuerit operoſum neq; difficile: ex ipſis etiam diuinæ ſcripturæ teſtimoniis conuincere falſitatis,atq; cõfutare. ¶Et primum ex beato Iacobo: 4
Iacobi.2 qui in ſua epiſtola canonica dicit:quòd Abraam ex operibus iuſtificatus eſt,immolans filium ſuum Iſaac: & non ex fide tantũ.Quinimmo idem apoſtolus in toto ſecundo predictæ ſuæ epiſtolæ capite contendit & aſtruit: quòd fides ſine operibus ocioſa eſt ac mortua. Cui aſtipula-
1.Corin.13 tur & ſacer Paulus: ita ſcribens ad Corinthios. Si habuero omnem fidem,ita vt montes tranſferam,charitatẽ autem non habuero:nihil ſum. Quid hoc verbo dari poteſt apertius aut valentius: quod aduerſarios cõtundat? Nonne ex eo primum id colligitur,fidem etiam vniuerſalem & omnium credendorum:à charitate ſeparari poſſe ac ſeiungi? ne ad id confugiant Lutherani: ſe dictum ſuum de fide ad ſalutem ſufficiente, intelligere tantum de fide charitati coniuncta. Nam hæc,ſemper opera habet ſe comitantia:neq; à bonis operibus ſequeſtratur vnq̃.Ipſi autem quos improbamus:opera bona, à fide ſua(quam dicunt ſufficere ad ſalutem)ſecludunt.quare neceſſarium eſt eos facere ſermonem de fide ſeiugata ab operibus: & non de fide per dilectionem operante. Ex iiſdem quoq; verbis apoſtoli modo citatis dilucidum eſt:charitatem eſſe neceſſariam ad ſalutem. & ſine ea, quæuis opera de genere bonorum: nihil ad aſſequendam vitam æternam conferre. quod diffuſe deducit beatus Paulus: in prædicto ſuæ æpiſtole ad Corinthios loco. Ex quo conſequens eſt protinus: ſolam fidem haudquaq̃ eſſe ſufficientem ad obtinẽdum ſalutis præmium. Rurſum idem apoſtolus in eadem ad Corin-
1.Corin.16 thios epiſtola ſcribit.State in fide: viriliter agite & confortamini. Omnia autem veſtra: in charitate fiant. Ecce rurſum poſt fidem: charitatis habendæ eos admonet.quòd illa,neceſſaria quidem ſit:at non ſufficiens, ſed indigens adminiculo aliarum virtutum. ¶Inſuper dominus noſter 5
Matth.19 adoleſcenti viam poſſidendi vitam æternam aperiens: ſi vis(inquit)ad vitam ingredi: ſerua mandata. Et legiſperito poſt enarrata dei præce-
Lucæ.10 pta: idem reſpondit. Hoc fac: & viues.vtrunque eorum, non ad fidem (nam eam habebant)ſed ad opera bona exercenda:mittens & inuitans. Ad hæc. Ipſe cæleſtis diſciplinæ magiſter optimus: apud Matthæum
Matthæi.7 ait.Non omnis qui dicit mihi domine,domine: intrabit in regnum cælorum.ſed qui facit voluntatem patris mei: hic introibit in regnum cælorum. At qui ſyncæram habent & integram fidei confeſſionem: ij ſunt qui CHRISTO dicunt domine,domine.Non omnibus igitur illis patebit regni cæleſtis ianua:ſed iis tantũ,qui fidei habẽt cõiuncta pia opera.etenim hi,per boni operis exercitiũ: patris cæleſtis faciũt volũtatem.

Adde,quòd & apud Lucã dixiſſe ſcribitur CHRISTVS,quòd ſeruus Lucæ.12
qui cognouit voluntatem domini ſui & non ſe præparauit, & non fecit ſecũdum voluntatem eius:vapulabit multis. Atqui ſciens voluntatem domini ſui & non faciens: is profecto eſt qui fidei ſacris eſt initiatus & nouit quænam ſunt agenda,non tamen ea exequitur. Igitur ex eo euãgelij loco:talis conuincitur eſſe reus æternæ damnationis. Quod & ex eo beati Iacobi verbo: identidem colligitur. Scienti ergo bonum facere Iacobi.4
& non facienti:peccatũ eſt illi. Ecce quomodo fides ſine operibus: grauiorem exaggerat culpam & pœnam.tantum abeſt:vt ſuo authori ſalu-
6 tem operetur. ¶Sed & beatus Paulus ad Hebræos ſcribens:idem ſubinſinuat hiſce verbis. Terra ſæpe venientem ſuper ſe bibens imbrem,& Hebræ.6
proferens herbam oportunam iis à quibus colitur: accipit benedictionem à deo.Siquidẽ terra myſtica: eſt anima noſtra. quæ vt benedictionem accipiat à deo: non id ſufficit,quòd venientem deſuper ſæpe bibat imbrem,doctrinámq; ſanam orthodoxæ fidei capeſſat. ſed præterea & id requiritur:quòd germinet herbam oportunam ſuis cultoribus,bonorúmq; operum fructum proferat. cum alio etiam loco:dictum ſit à domino. Omnis arbor quæ non facit fructũ bonum: excidetur & in ignẽ Matth.12
mittetur. Demum in extremo iudicio, de operibus ipſis aut factis aut prætermiſſis: diſtricta fiet diſcuſſio. & iuſti quidem propter opera mi- Matth.25
ſericordiæ impenſa pauperibus:inuitabuntur ad æternum gloriæ cæleſtis præmium.Reprobi vero pro eiſdem neglectis: detrudentur in perpetuum gehennæ ſupplicium.Proinde diuinus apoſtolus ad ſedulum bonorum operum ſtudium: ſolicite nos exhortatur dicens.Dum tem- Gala.6
pus habemus: operemur bonum ad omnes, maxime autem ad domeſticos fidei.Quod & Sapiens etiam facit:his verbis.Quodcunq; face- Eccẽs.9
re poteſt manus tua: inſtanter operare.quia nec opus,nec ratio,nec ſa-
7 pientia,nec ſcientia:erunt apud inferos quò tu properas. ¶Neque contra hanc operum ad ſalutem neceſſariorum aſſertionem:militãt ea beati Pauli verba ad Romanos conſcripta.Arbitramur iuſtificari hominẽ Roma.3
per fidem: ſine operibus legis. Nam ex operibus legis:non iuſtificabitur omnis caro coram illo.Neque alia eiuſdem dicta,conſimilem exprimentia ſententiã: ſparſim in epiſtola ad Galatas necnõ & Philippenſes annotata.Nempe in omnibus iſtis locis:per opera legis intelligit apoſtolus ſacra & cærimonias legis Moſaicæ, & obſeruationem inſtitutorum veteris ritus. quæ poſt euangelicæ lucis coruſcationem non modo nihil contulerunt ad iuſtificationem: ſed & plurimum obfuerunt iis, qui ſpem ſalutis ac fiduciam in ipſis collocarunt.Quocirca aduerſarij applicantes illa Pauli verba ad opera legis nouæ,de quibus ibidẽ non loquitur apoſtolus: peruertunt apoſtolicam ſententiam, & perperam interpretãtur.Ipſis igitur non iniuria verbum illud euangelicum obiectari poteſt.Erratis neſcientes ſcripturas, Matth.22

¶Opera bona in nobis non esse peccata: vt sentit perperam Lutherus. & per ea hominem iustificari atq; iustum reddi: quod idem negat. Cap. XXVII.

PRæterea circa bonorum operum materiam in præcedente pertractatam capite: Lutherus duas alias dissẽminat in suis libris & euomit impias assertiones. vnã quidem, omnia opera nostra quantumuis recta & bona: esse peccata, & optimum quodq; opus humanum, quantũlibet recte factum: esse peccatũ. Alteram vero: per bona opera non iustificari hominẽ, nec fieri iustum corã deo. sed solum coram hominibus, per ea: interiorem iustitiam ostendi. Vtrãq; vero harũ improbarũ propositionũ, subinsinuat in suo de libertate Christiana opusculo, his verbis. Verbum dei (inquit) non operibus: sed sola fide suscipitur. Ideo dum credere incipis: simul discis omnia quæ in te sunt, esse prorsus culpabilia, peccata, damnanda. Et cum hæc fides non nisi in interiore homine regnare possit: manifestum est hominẽ interiorem prorsus nullo externo opere vel negocio posse iustificari, liberum & saluũ fieri, & opera quæcũq;: nihil ad eum pertinere. Quare cuiuslibet Christiani prima cura esse debet: vt posita operũ opinione, solã fidẽ magis ac magis roboret. Et paulo post. Christianus per fidem suã cõsecratus: bona facit opera. sed non per hæc: magis sacer aut Christianus efficitur. Hoc enim, solius fidei est. immo nisi ante crederet & Christianus esset: nihil prorsus valerẽt omnia sua opera, essentq; vere impia ac dãnabilia peccata. Itaq; bona opera non faciunt bonũ virũ: sed vir bonus facit bona opera. sicut fructus non facit arborem bonam: sed arbor bona fructũ bonũ. Et iterũ deinceps. Hoc sane verũ est: operibus fieri hominem bonũ aut malum corã hominibus. Hoc autẽ fieri: est idem quod ostẽdi aut cognosci, quis sit bonus aut malus. sicut CHRISTVS dicit. Matth.7 Ex fructibus eorum: cognoscetis eos. Hæc Lutherus. Cæterũ propter cognationẽ & conformitatem prædictorũ duorum errorũ cum materia præcedentis capitis, & quoniam ambo versantur circa opera humana, quẽadmodũ & is qui proximo capite est cõfutatus: non incongruũ visum est, hic & ambas has assertiones impias paucis improbare ac conuellere. ¶Itaq; primo ostendẽdum nobis est: bona opera humana non esse peccata. quod haud difficile factu fuerit: si in primis attenderimus peccati rationem consistere in eo, aut quoniam fit quod à deo est vetitum: aut quoniam omittitur quod ab eo est præceptũ. At vir bonus si exequatur opus aliquod à deo præceptum: vt honoret parẽtes, aut eroget pauperibus eleemosynã, secundũ debitas loci, tẽporis, finis & qualitatis ac cæteras circũstantias, vt ne vnã quidẽ prætermittat quã recta definierit ratio: is nõ id cõmittit quod deus prohibuit, neq; id omisit quod præcepit deus. immo id fecit quod deus fieri præcepit: & eo etiã modo,

1

2

quo illi est præceptum. Per quas igitur rimas subintrabit illic peccatum:
3 aut quomodo in eo opere locũ habebit ratio peccati? ¶Præterea, deus sua præcepta custodiri ab vnoquoq; iussit, legẽmq; decalogi posuit omnibus: quam voluit intemeratam seruari. Opus igitur hominis quo studet morigerari deo & mandata eius inuiolata tenere, tempore & loco cõgruentibus: diuina iussione est præceptum, & secũdum dei beneplacitũ peragitur. Quomodo igitur huiusmodi opus est peccatũ? nunquid dicẽdum est, deũ peccata nobis præcepisse: quæ tantopere odio prosequitur?
4 ¶Rursum. Per prophetas in veteri testamento, & per euangeliũ ac sanctos apostolos in suis epistolis in nouo: frequentes hominibus fiunt exhortationes ad virtutis studia, piorúmq; operũ officia. Siquidem (vt innumera alia subticeam) iussus est Hieremias propheta clamare in porta domus domini: ad omnem populum. Bonas facite vias vestras & stu- Hiere.7
dia vestra: & habitabo vobiscum in loco isto. Quòd si huiusmodi opera bona, per quæ rectas facerent suas vias Israëlitæ, erãt peccata: verbis igitur illis exhortatorijs prouocauit eos sanctus propheta ad peccata perpetranda. Sed quis vnq; sanæ mentis hoc admiserit: omni insania detestabilius?
5 ¶Ad hæc. Et in veteri & nouo testamẽto legitur deus ob orationes & pia sanctorum tum adhuc viuentium opera: alijs spiritualia impendisse beneficia. vt ad preces Moysi viri dei: dedisse veniam popu- Exodi.32
lo Israëlitico, peccati ob vitulum conflatilem commissi. Et beato Paulo cum immineret naufragium, donasse animas ducentas ac septuaginta Actuũ.27
sex: in eadem deuectas nauí, quæ naufraga periit. Si igitur pia illa opera sanctorum erant peccata, vt vult Lutherus: nónne protinus est consequens, deum propter peccata hominũ impendisse aliis non minima beneficia: quæ tamen essent potius graui pœna plectenda? Nescio certe:
6 quis has ferre queat ineptias. ¶Adde, quòd deus bonorũ operum nostrorũ præcipuus est author: secundũ illud verbum CHRISTI ad suos discipulos. Sine me nihil potestis facere. Cui cõsonat & hoc beati Pau- Ioan.15
li verbũ: de labore suscepto ab eo in prædicatione euãgelij. Non autem 1.Corin.15
ego: sed gratia dei mecũ. Accedit eidem & id Esaiæ verbũ ad dominũ. Esaiæ.26
Omnia opera nostra: operatus es nobis. Cũ ergo secũdum aduersarios opera nostra bona sunt peccata: nõne cõtinuo id efficitur, deũ esse authorem malorũ, etiam & amatorẽ? Vbi ergo habebit locũ: illud verbũ prophetæ? Non deus volẽs iniquitatẽ: tu es. Et illud etiam? Odisti omnes: Psalmo.5
qui operantur iniquitatẽ. Et deniq; id Sapientis dictum? Similiter autẽ Sapien.14
odio sunt deo: impius & impietas eius. Si enim odio est deo impietas:
7 quomodo illius est author? ¶Demũ pro bonis operibus pollicitus est deus homini ex sua benignitate vitã æternã. Gaudete (inquit) & exulta- Matth.5
te: ecce enim merces vestra copiosa est in cælis. Et alijs multis in locis: Lucæ.6
præsertim Matthæi quinto capite & Lucæ sexto expressis. Huiusmodi autẽ bona opera quantũlibet recte confecta, sunt peccata: secundũ Lu-

theri ſententiã. Deus igitur pro peccatis noſtris daturus eſt nobis æternæ glorię coronam: qui tamen mortem perpetuam pro illis ſe illaturum
Roma.6 eſt comminatus, quoniam ſtipendia peccati: mors. Quinimmo ne quid deſit inſaniæ ad hanc poſitionem conſequens: omnes etiam ſancti & ſanctæ dei, pro ſuis peccatis obtinuiſſent vitæ perennis premia. Nã illa pro bonis ſuis operibus obtinuerunt: quæ ſecundum Lutheri placitum fuerunt peccata. Sed faceſſant hæ nugæ, immo meræ in deum ac ſanctos blaſphemiæ. ¶ Verũ obiectat nobis Lutherana peruicacia aliquot ſcri- 8
Eſaiæ.64 pturæ locos: vt illud Eſaiæ. Quaſi pannus menſtruatæ: vniuerſæ iuſti-
Pſal.142 tiæ noſtræ. Rurſum & illud prophetæ verbum in pſalmo. Non iuſtificabitur in conſpectu tuo: omnis viuens. Deniq; & hoc domini verbũ in
Lucæ.17 euãgelio. Cum feceritis omnia quæ præcepta ſunt vobis: dicite, ſerui inutiles ſumus. quod debuimus facere: fecimus. Poſtremũ & id Salomo-
3.Regũ.8 nis. Non eſt homo: qui non peccet. atq; conſimiles ſententias: id ſonantes (vt ait) omnia opera noſtra eſſe peccata. ¶ Sed non animaduertit Lu 9
therus, ea omnia ſcripturæ teſtimonia eò tendere: quòd in operibus noſtris bonis non eſt vſquequaq; ea perfectio, quæ deceat ex æquo, diuinæ maieſtatis celſitudinem & ſublimitatem. ſed ex fragilitate noſtra: imperfectũ aliquid ſemper eſſe admixtũ in illis. Illud tamen nequaq̃ dici debet peccatum aut malum: quoniam ſuppletur à deo pro ſua benignitate, qui adiuuat infirmitatem noſtram noſtróſq; ſupplet defectus. Inſuper & id prætendunt prædicta ſcripturæ teſtimonia, quòd omnis iuſtitia noſtra ad dei iuſtitiã (quæ ſyncæra eſt & ſumma) collata: quodã modo iniuſtitia eſt, propter improportionalem ab ea diſtantiã. non tamen idcirco ſimpliciter eſt iniuſtitia: & non facta ad illã diuinã collatione. Quemadmodũ tenue lumen lucernæ ſi ad lucidum ſolis iubar comparatur: tenebræ quodam modo ſunt. non tamen idcirco abſolute dicendum quis cenſuerit: id exile lumen eſſe tenebras. Demum etſi ſecundũ
2.parali.6 Sapientis ſententiam fatendum ſit, neminem hic vitam agere ſecundum
Iacobi.3 cõmunem legem, qui non peccet: nam in multis offendimus omnes. &
Prouer.20 nemo dicere vere poteſt, mundũ eſt cor meum: & purus ſum à peccato. Non tamen admittendũ eſt, hominẽ in omni opere ſuo etiam bono peccare. neq; eum ſenſum, ex verbis illis Salomonis & conſimilibus: elicere quiſpiã poterit. ¶ Porrò ſecũdus error Lutheranus in fronte huius ca- 10
pitis deſignatus, vtputa per bona opera non iuſtificari hominẽ: in calce viceſimiquinti capitis magna ex parte eliſus eſt & refutatus. Attamen id tantillum hoc loco adijciendũ, fidei quidẽ charitatẽ habenti ſociã, primas eſſe tribuendas iuſtificandi partes poſt deum: ſi temporis ordinẽ & rationẽ attendas. q̃ ipſa tanq̃ ſolidum fundamentũ: ſubſterni debet pulchro virtutum ædificio. Proinde vbi deeſt fides, vt in ethnicis & infidelibus: iuſtificationẽ illic locũ habere nõ poſſe. Haud tamen idcirco admittendũ: omnia eorũ opera, eſſe dãnabilia & peccata. cũ nõ oporteat opera

omnia quę bona non ſunt & meritoria: protinus eſſe mala & vitia. Sunt enim quædam etiam in veræ fidei expertibus: opera media per abnegationem, quæ ſcilicet nec meritoria ſunt æternæ ſalutis nec peccata. Attamen non ſunt ſoli fidei tribuendæ, iuſtificationis obtinendæ partes: ſaltem tempore ſequente ſuſceptum fidei ſignaculum. quandoquidem & opera bona, ad iuſtificationem aſſequendam & conſeruandam atq; adaugendam ſunt etiam neceſſaria: ſecundũ illud in apocalypſi, dei verbũ.
Qui iuſtus eſt: iuſtificetur adhuc. per boni ſcilicet operis exercitiũ. Neq; Apoca.22
huiuſmodi iuſtificatio, ſolum eſt latentis iuſtitiæ coram hominibus exterior manifeſtatio: ſed & interioris iuſtitiæ coram deo comparatio atq; adauctio. quæ ſane fit: per bonorum operum frequens aſſiduúmq; ſtudium. Demum ſimilitudo illa quam inducit Lutherus de arbore & fructu ſuo: nequaq̃ huic loco eſt conueniens. Nempe arbor bona, natiuam habet bonitatem à prima conditione acceptam & nequaq̃ labefactam. proinde ſuapte natura bonum ædit fructum: neq; aliquo opere indiget pręcedẽte, quod corruptam eius naturã emendet. Homo vero per infuſum antiqui ſerpentis virus: natura ſibi inſitam bonitatem habet labefactatam, carnem etiam & cupiditates illius ſuſtinet: acquirendæ bonitati ab ipſo exortu aduerſantes. Idcirco diligenti indiget operum ſtudio: vt exorbitationẽ hanc naturæ à recto, emendet. vt quod obliquum eſt: dirigat in rectitudinẽ. vt deniq; iuſtitiam animæ ſalutarem: ſibi cõparet. Quare neceſſe eſt, per bona opera hominem reddi iuſtum: & in dies iuſtiorem fieri. nõ tamen ſimiliter oportet per bonorum fructuum productionem, arborem fieri bonam. Sed de his ſatis.

¶ Quid de quinto Lutheri articulo prius poſito & ſequẽtibus: ferendum eſt iudicij. Cap. XXVIII.

POſt hæc, vt & quintus Lutheranę impietatis articulus circa principium libri huius annotatus nunc excutiatur: ex ijs quæ ſupra ſunt adducta, potiſſimum in decimo capite & duobus proxime ſequẽtibus, iam plane liquet: decreta ſynodalia, ſummorũ etiã pontificũ prę-
cipuorumq; eccleſiæ paſtorũ mãdata eſſe facienda, non ſolum ad aliorum exemplum & ædificationem: vt ibidem cõtendit Lutherus. Quoniã tunc in aliorum tãtum conſpectu ac palàm: fieri deberent, ſemotis vero arbitris & clanculum: poſſent ſine noxa infringi. cum nullus tum adeſſet: cui illa decreta eccleſiaſtica ſi opere complerẽtur, in exemplũ prodeſſe poſſent. Quinimmo oſtenſum eſt ſuperioribus in locis ſæpius, huiuſmodi præcepta eccleſiæ ad vnguẽ obſeruanda eſſe: tanq̃ ad ſalutẽ & iuſtitiã neceſſaria, & proinde nõ minus ſecreto q̃ in propatulo implẽda. Quomodo enim ad ſalutẽ non eſſent neceſſaria: quæ citra propriæ ſalutis iacturã non poſſunt violari? Quo etiã pacto non eſſent eadẽ neceſſaria ad iuſtitiã: quæ præuaricatorẽ reddunt iniuſtum & deo

odíbilem? Deníq; cur illa inſtituta eccleſiaſtica díci non debent prę̃cepta eccleſiæ: cum à ſpiritu ſancto edocta eccleſia,ea iuſſerit eſſe adimplẽda, & pœnam tranſgreſſoribus eorum ſtatuerit? Verum Lutherus,quoniã
Iob.11 ſecundũ verbum beati Iob:tanquam pullum onagri liberum ſe natum
1.Petri.2 putat. & quod ſanctus prohibet Petrus, quaſi velamen malitiæ habet libertatem:huiuſmodi iugum eccleſiaſticorum præceptorum longe à ſe excuſſit & abiecit. Quod ne perperam feciſſe dicatur:vult illa nec haberi debere nec dici præcepta. Sed totí eccleſiæ potius quàm vni Luthero: credendum eſt. ¶Nec minus à vero illud aberrat: quod in eodem aſſe- 2
uerat articulo: ieiunia,diſciplinas, labores, & cætera opera corporis afflictiua: eo tantum propoſito fieri debere,vt per ea corpus caſtigetur,& reprimantur eius concupiſcentiæ. non autem: vt per eadem coram deo quis iuſtificetur. Nempe quãuis caſtigatio corporis,vna ſit cauſa legitima:ob quam ſuſcipiẽda ſunt ieiunia,& alia afflictionum corporis opera. non tamen ipſa,tota ac ſola eſt cauſa. Alioqui aſſiduo virtutis ſtudio quiſpiam aſſecutus tranquillam & plenam corporis ad ſpiritum ſubiectionem:non amplius obſtringeretur ad ieiunia eccleſiaſtica,ſed abſolutus eſſet ab illorum vinculo,quod minime eſt admittendum. Præter illam certe corporis caſtigationem: ſunt & aliæ rationabiles cauſæ obſeruationis ieiuniorum. vtpote ſtudium aſſequendi per illa,puritatẽ mentis: liberiorémq; in deum eleuationem, obtinendi etiam cæteras virtutes: ieiuniorum comites, & demum conſequendi introitum regni cæleſtis:quí per ieiunium conceditur pie viuentibus. quemadmodũ per gu
Gene.3 lam primorum parentũ: paradiſi ianua toti eorum poſteritati fuit occluſa. Cæterũ ſi per ieiunia & alia afflictionum genera non iuſtificatur
Ionæ.3 quiſq;,vt hic aſtruit Lutherus:quomodo ergo Niniuitæ indicto publice ieiunio & exacte ſeruato placauerunt iram dei, & auerterũt à ſe imminentem ſuæ ciuitati ſecundum prophetæ oraculum ſubuerſionem? Quomodo etiam de Tyrijs & Sodomitis perhibet CHRISTVS:q; ſi
Matth.11 apud eos factæ fuiſſent virtutes,quæ in ciuitatibus illis Galilææ(quibus incredulitatẽ & duritiã cordis cum ingratitudine exprobrat)factæ à ſe fuerant:olim in cinere & cilicio pœnitentiã egiſſent. ſi cinis & cilicíũ non eſſent apta,iuſtitiã aſſequendi inſtrumenta:nec deo grata? ¶Porrò 3
nec minus id abſurdũ:quod in eodem articulo quinto, ex Luthero eſt adductum. ſcilicet orationes,ieiunia,& fundationes fieri non debere:vt quis ſibi aliquid cõmodi temporalis aut æterni cõparet. Quis enim ſanę mentis inficiabitur vnq;:illa omnia recte fieri poſſe ad conſequendã beatitudinẽ æternã per huiuſmodi adminicula, quod reuera æternũ eſt cõmodum? quandoquidẽ & in quotidiana oratione noſtra atq; dominica
Matth.16 obnixe petimus:regnũ dei cęleſte nobis aduenire? Nónne ſpectatiſſima
1.Regum.1 illa prius ſterilis Anna & poſtea felici prole fœcunda,petiuit à domino ſobolem in caſto cõiugio ſibi dari: quod & obtinuit? At illud:tẽporale

erat commodũ. Sic & Iacob poſtulauit à domino:vt erueretur de manu Gene.32
fratris ſui Eſau. & caſtitate ſpectabilis Suſanna orauit dominũ cum la- Danie.13
chrymis:vt eriperetur ab iniquorũ calumnia. Hęc autem duo:nónne tẽporalia fuere cõmoda? Certe ſi Luthero hac in parte fidem habere voluerimus & aſſentiri: non erit vnq; pro pace impetrãda,aut depellenda fame aut peſte,facienda ab hominibus oratio ad deum. quoniã hęc omnia:temporalia ſunt commoda. Nec erit celebrandum ieiuniũ ad auertendam dei iram:in populũ,bella & cętera flagella immittẽtem. Deniq; neq; conſtituenda erunt in futurum tempus ſuffragia officiorũ eccleſiaſticorum(quas fundationes vulgo dicunt)in ſubleuamen viuẽtium aut defunctorum. quoniam per illa,quæritur haud dubie æternum cõmodum:vitæq; perennis poſſeſſio. Sed valeant hec Lutherana delíria. Et vt vno rem totam verbo agam:laudabile quidem eſt: hæc opera bona ante dicta, ad proximorum obſequium exemplum & ſubſidium facere,ſed
4 non ſolum eam ob cauſam fieri debent. ¶Deinceps vt ad ſextum artículum Lutheranum,circa præſentis libri initium annotatum, tranſeamus:& id iam exploratũ ſatis habetur,ieiunia eccleſiaſtica & abſtinentiam ab eſu carnium ſtatis determinatiſq; diebus,eſſe ſeruanda:non ſolum ad vitandum ſcandalum infirmorum ac puſillorũ, ſed inſuper ad propriæ ſalutis ſtudium & curam,vbi etiam nullus ſcãdalo eſſet locus: vt in cubiculo ſecreto. Quoniam citra ſalutis animæ diſpendium ea nõ prætermittuntur:vbi commode fieri poſſunt, propter obligationis vinculum quo fideles aſtrinxit eccleſia, quẽadmodum paſſim in obiectionum prius poſitarum diſſolutionibus ſępenumero eſt declaratum:& in rationibus decimi capitis duorũq; proxime ſequentiũ, ſed potiſſimum in nona ratione:quæ circa duodecimi capitis principium affertur. Vbi & id annotatum,q; exempla illa quæ in hoc ſexto artículo citat Lutherus:de ſacratiſſima virgine MARIA,legem purificationis nõ detrectante,de Paulo circuncidente Timotheũ. deniq; & de CHRISTO ſoluente didrachma:conuincũt quidem ad euitandum proximorum ſcandalũ ſeruanda eſſe inſtituta maiorum & decreta eccleſiaſtica. Non tamen eadem recte conficiunt:ſolum ob illam cauſam eſſe cuſtodiẽda huiuſmodi ſtatuta, quemadmodum contendit in hoc ſexto articulo Lutherus. quandoquidem ſeclusa ſcandali occaſione,multæ ſunt aliæ rationabiles cauſæ & ſufficientes:quę debeant quenq; impellere ad integram eorum obſeruationem. & potiſſimum obedientiæ promptitudo & obſequẽtia in deum & eccleſiam:ad quam nemo non obligatur. Quare cõſtanti aſſertione eſt ſentiendum contra Lutherum, q; ex vi conſtitutionis eccleſiaſticæ,huiuſmodi inſtituta ſeruari debent:neq; ſoluí poſſunt & infringi ſine noxa letiferi criminis. Quod etiam manifeſtius iam euaſit per ea, quæ in viceſimoquarto præſentis libri capite ſunt allata: obligationis ſacrarum eccleſiæ ſanctionum non parum comprobatoria.
Lucæ.2
Actuũ.16
Matth.17

¶Quid demum de ſeptimo, poſtremóq; Lutheri articulo: cærimoniiſq; eccleſiaſticis eſt ſentiendum. Cap. XXIX.

POſtremum & id perſpectum perſuaſumq; debet omnibus haberi (vt deniq; ſeptimus & vltimus Lutheri articulus in ſecundo præſentis libri capite cæteris adiectus: peculiari reſponſione etiam elidatur) ritus & cærimonias eccleſiaſtici officij ac ordinis, non ad tempus obſeruãdas eſſe, & poſtea vt imperfectum quiddam reijciendas, vt contendit ibidẽ Lutherus. ſed perpetuo & toto quo eccleſiæ ſanctæ decurſus extenditur tempore diligenter cuſtodiẽdas: intemeratóq; vſu exercendas. q̃ mirum afferãt toti eccleſiæ decorem & ornatum: magnam inſuper ad Chriſtianæ religionis cultum diuinũq; officium adijciant dignitatem & ſplendorem, excitẽtq; mentes humanas ad ſyncæriorem pietatis ac deuotionis in deum affectum. neq; occultis careant myſterijs, ſpiritualiumq; rerum ſignificatione: ſub viſibiliũ illorum velamine ſignorum delitescente. Quemadmodum in libro de eccleſiaſtica hierarchia: præclare & propemodũ diuine adaperit ſublimia ſacrorum rituum ſacramenta beatus pater Dionyſius. & in ſuo de ſacramentalibus inſcripto luculento opere, copioſe & ſapienter ediſſerit venerãdus pater, eruditioneq; ſacrarũ literarũ eximius, Thomas vualden: ſacri ordinis Carmelitani in maiore Britãnia quondã prouincialis, cuius in epiſtola liminari ac nuncupatoria: ante facta eſt mentio. ¶Siquidem in prædicto opere, ingenti commendatione digno: idem author Ioannem Viclefum hæreſiarchã cærimonias omnes eccleſiæ ſacróſq; ritus, cantica, ornamenta, conſecrationes, indumenta eccleſiaſtica, & cætera id genus damnare peſtiferis ſcriptis conatum: rationibus validiſſimis ſanctorúmq; patrum authoritatibus egregie confutat & improbat. Neq; id ſolum in vno libri ſui admodum diffuſi loco: ſed & per totum opus à capite (vt aiunt) ad calcem vſq;, molitur annixis viribus, & feliciter explet, particulatim per ſingula cærimoniarum ac rituum eccleſiaſticorũ genera diſcurrens: peculiariq; determinatione de omnibus reddens rationem. At quoniam is liber ſuperioribus diebus in florentiſſima Pariſiorum academia cum publica ſacræ facultatis theologię eiuſdem ſtudij Pariſienſis approbatione, excuſoria arte prolatus eſt in lucem: & oportune quidem, ad contundendas impij Lutheri inſanias. qui mores referens auitos, cum ſuo Viclefo etiam oblatrat in ſanctas eccleſiæ cærimonias in hoc ſeptimo articulo: non eſt quod amplius his ſtabiliendis immoremur. Euoluat (oro) ſtudioſus lector inſigne illud opus prędicti authoris: & nomine & doctrina celeberrimi. ateq; in Viclefo, Lutherũ nepotem ſuum agnoſcat: confutatúmq; legat & perſpiciat attente. Nonnichil etiam ad hanc attinens materiam, neq; huic loco incongruum: dictũ eſt à nobis ſupra in decimaquarta obiectione & eius diſſolutione, deci-

1

2

Dionyſius

Thomas vualden

Cap. 19

3 monono capite libri preſentis cõprehenſa. ¶Verũtamen id vnũ in præſentia adijcere (ne nichil omnino rationum attuliſſe pro comprobandis cærimonijs videamur) nõ incommodum cenſebitur, id compertum haberi & exploratum: cærimonias & ritus veteris legis, ad diuinum cultum, offerenda ſacrificia, veſtimẽta ſacerdotalia, & cõſecrationes rerum altari deputandarum, cæteráq; talia pertinentes: à deo quidem ordinatos, & per Moyſem legiſlatorẽ Hebraici populi promulgatos, non pro aliquanto temporis interuallo in vſu fuiſſe: & poſtea durante adhuc legis illius decurſu ac vigore, diſperiiſſe, diuinãve ordinatione abolitos eſſe. ſed tam diu eos habuiſſe ſuum robur & integritatem: q̃diu lex illa durauit, & vnà cum lege antiqua (apparente iam ſplẽdida veritatis luce) tandem interiiſſe. Quid igitur ſentiẽdum eſt de nouæ legis ritibus & cærimonijs, ſpiritus ſancti afflatu per apoſtolos & viros apoſtolicos in ſacroſanctis concilijs cum ſumma prudentia & maturitate conſtitutis? eáſne deterioris eſſe debere conditionis: q̃ Moſaicæ legis ritus & veteres obſeruantias? & ipſas anteq̃ lex noua deſinat: debere aboleri ac reijci tãquam inutiles? Nequaq̃ profecto. ſed earũ dignitatem & vſum, ad conſummationem vſq; ſeculi in ſua incolumitate integritateq; eſſe permanſurum: q̃ ipſius euangelicæ legis appendices ſunt & fulcimẽta: nequaq̃ ab eius corpore diuellẽda. ¶Præterea. Nonne ſpiritui ſancto manifeſte reſiſtit & contranitur: qui ritus ac cærimonias in miſſarũ celebratione conſtitutas, officij eccleſiaſtici cantica, benedictiones eorum quę diuino cultui applicantur, conſecrationes altarium, dedicationes templorum, & reliqua ad Chriſtianæ religionis ſyncæriorem obſeruationẽ conſtituta cærimoniarũ genera impie damnat & improbat? quandoquidẽ ſpiritu ſancto authore & inſpiratore, hæc omnia paulatim & perquandã tẽporũ ſucceſſionẽ: à ſacroſanctis ſynodis & proceribus eccleſiaſticis ſunt primum ordinata. Eſt igitur Lutherus in hac ſua de abolẽdis cærimonijs eccleſiaſticis aſſertione, ſpiritui ſancto plane iniurius: id volens de-

5 ſtruere quod ille conſtruxit. ¶Ad hæc, qui à domo aliqua magnifica & ſplendide ædificata ſuſtollere moliretur ipſius ambulacra, portícus, epiſtylia, feneſtras vitreas, veſtíbula, & totam deniq; ſupellectilem interiorem: nónne is totam domum quãtumuis operoſam atq; ſuperbã dehoneſtaret, dedecoraret & deturparet? Atqui cęrimoniæ & ritus ſacri legis euangelicæ, nequaq̃ ad eam conferri debent tanq̃ præparamenta illa artificum & fabrorum ad extruendam domũ diſpoſita: quæ peracto ædificio non manẽt, vt contẽdit in hoc ſeptimo articulo Lutherus. ſed tanq̃ fulcra & columnæ domus eccleſiaſticæ, tanq̃ precioſa ſupellex totam domum mirifice exornans: & tanq̃ vtenſilia ad vſum diuini cultus rerũq; ſacrarum apprime neceſſaria. Non ſunt igitur huiuſmodi cærimoniæ, vnq̃ ab eccleſia CHRISTI ſuſtollẽdæ: q̃ illis ſublatis, omnis ſimul decor & ornatus eccleſiaſticæ fabricæ tolleretur & deperiret, quinimmo

Exo. 25 & deinceps

corrueret demum & ipſa tota eccleſiæ ſtructura. ¶Adde q̄ diſcipuli à 6
domino miſſi ad ſoluendū aſinam & pullū, illiq; adducēdum:nō modo
Matth.21 quod præceperat eis IESVS fecerūt,ſed & impoſuerūt ſuper eos veſti-
menta ſua(quod non legitur ipſe apud euangeliſtas eis præcepiſſe)&
eum deſuper ſedere fecerunt.vt ſcribit Matthęus.Quem locū exponens
Hieronymus beatus Hieronymus:in tertio ſuorum commentariorū ſuper Matthęū
libro,ait.Pullus iſte & aſina quibus apoſtoli ſternunt veſtimenta ſua,vt
IESVS mollius ſedeat:ante aduentum ſaluatoris nudi erant ,multiſq;
ſibi in eos dominatum vendicātibus:abſq; operimento frigebant.Poſtq̄
vero ſuſcepere apoſtolicas veſtes:multo pulchriores effecti, dominū ha-
buere ſeſſorem.Veſtis autem apoſtolica:vel doctrina virtutum,vel ediſ-
ſertio ſcripturarum intelligi poteſt,ſiue eccleſiaſticorum dogmatum va-
rietates.quibus niſi anima inſtructa fuerit & ornata:ſeſſorē habere do-
minum non meretur.Hæc ille.Ex quibus verbis liquido conſtat,q̄ per
veſtimēta quæ impoſuerūt apoſtoli pullo & aſinæ ad parandā CHRI-
STO molliorem ſeſſionem:recte intelligi poſſunt cęrimoniæ ſacrę & ri-
tus eccleſiaſtici,ab apoſtolis & viris apoſtolicis conſtituti in ſacramen-
torum adminiſtrationibus diuinoq; officio. quandoquidē huiuſmodi
ritus & cærimoniæ ſunt eccleſiaſticorum dogmatum varietates : ſuper-
additæ ab apoſtolis,& ſuperiectæ fideli populo ad maiorem ornatum.
Non ſunt igitur abijciendæ ſacrorum rituum obſeruantiæ,vt neq; reie-
cta ſunt à domino veſtimenta:quæ diſcipuli vltra eius iuſſum impoſue-
runt iumētis,ad plenius obſequium. ¶Inſuper, apoſtolus in prima ad 7
Corinthios epiſtola,cum eccleſiaſticæ fabricæ ſolidum & vnicum decla-
1.Corin.3 raſſet eſſe fundamētum IESVM CHRISTVM:ſubiungit.Siquis au-
tem ſuperædificat ſupra fundamentum hoc:aurum,argentum,lapides
precioſos:vniuſcuiuſq; opus,manifeſtū erit. In quibus verbis , nomine
auri:doctrina ad charitatem inflammās.argenti vero appellatione:ſana
doctrina ad ſapientiæ adducens cognitionem . lapidum autem precio-
ſorum nuncupatione:recta etiam doctrina ad ſplendorem virtutum dig-
nitatemq; inducens,intelligi à plærisq; ſolet.Et quid etiā prohibet per
tria illa precioſorum metallorum genera intelligi varia rituum ſacrorū
& cęrimoniarū inſtituta:quę apoſtoli & viri apoſtolici ſuperaddiderūt
doctrinæ CHRISTI,in ſacramentorum diſtributionibus & officio ec-
cleſiaſtico?tanta quidem concinnitate & congruentia, vt quæ ſuperad-
iecta ſunt fundamento,obſeruationum ſacrarum genera:nequaq̄ ab eo
diſcrepent,ſed decentiſſime illi cohæreant & conueniant. Qui igitur ri-
tus eccleſiaſticos abrogare & cærimonias omnes ſacrorum tollere moli-
untur:etiā aurū,argentū & lapides precioſos (quæ ſuperædificata ſunt
primario fundamento,myſtica quadā ſtructura)diruere annituntur &
ſuis abrūpere ſedibus,quod ſummū certe eſt impietatis genus. ¶Huic 8
Titum.2 accedit & id beati Pauli verbū ad Titū:quo admonet , ſeruos dominis

ſuis ſubditos eſſe debere,in omnibus fidem bonam oſtendentes: vt do-
ctrinam ſaluatoris noſtri dei ornent in omnibus . Apoſtoli autē & eo-
rum ſucceſſores eccleſiaſtici præſules:nónne vnius eiuſdemq; ſummi do-
mini fuere ſerui,fideles in domo eius? Quorum peruigil fuit cura,aſſi-
duúmq; ſtudium:vt doctrinam CHRISTI adornarēt multiformi cæ-
rimoniarum decore ſacrorúmq; rituum inſtitutis, in omnibus : ad dei
cultum,altaris miniſterium, & fidelis populi deuotionem excitandam
pertinētibus.Qui igitur ritus iſtos eccleſiaſticos demoliri volunt & au-
ferre:id vnum certe moliuntur,vt ornamenta ſedulo apoſtolorum & re-
liquorum eccleſiæ præſidū miniſterio doctrinę CHRISTI domini no-
ſtri circūpoſita,dilacerent ac dirumpant.Sed nunquid hæc tanta eorum
9 impietas:æquo animo eſt ferenda? ¶Poſtremū,Nullos ferme inuenias
ritus,in eccleſiaſtico officio,ſacramentorum adminiſtrationibus , deiq;
cultu obſeruatos:qui nō accipiant inſtitutionis ſuæ rationem primariā
ex ſacris literis,& ibidem aut verbo circa conſimilem materiam,aut fa-
cto non exprimantur & inſinuentur. quemadmodum ſingula percurrē
ti:protinus eſt perſpicuum.Cum itaq; tam ſolido nitantur fundamen-
to legis euangelicæ ritus antiqui: quis adeo fuerit impudens , vt abro-
gandos illos abijciendósq; cenſeat? Verū hęc omnia,ex vberrimo(quod
ante diximus) fluento: potius q̄ hoc tenui riuulo,deprehendas. ¶Sed
iam ſatis ſupérq; reſponſum eſt(ni fallar) à viceſimoquarto capite libri
præſentis ad hunc vſq; locum:ſeptem illis articulis Lutheranis:in prin-
cipio,ſuo ordine annotatis.quorum tamen plenior confutatio:ex ratio-
nibus & obiectionum dilutionibus ante poſitis pendet , facilēq; colligi
poteſt.Ex quibus omnibus dilucidum iam eſſe reor: q̄ exitialis & im-
proba eſt illa libertas Lutherana,& q̄ vtilis ac expetenda eſt vera liber-
tas euangelica:in pręceptorum dei & ſtatutorū eccleſiaſticorum integra
obſeruatione conſiſtens. vt quæ ſit via cōpendiaria ad aſſequendā tan-
dem cōſummatiſſimā illam libertatem incorruptionis: ſingulari dei be-
neficio in nouiſſimo die ſeculi, electis feliciter elargiēdam. Cui ſit laus,
honor,& gloria,ac gratiarum actio:in omnia ſecula ſeculorum. Amen.

PRIMI LIBRI, LVTHERANÆ LIBERTATIS
IMPROBATORII: FINIS.

ANTILVTHERI LIBER SECVNDVS: DISTINCTIONEM ORDINVM ECCLESIASTICORVM, SACERDOTIVMQ̃ À LAICORVM TVRBA DISCRETVM ASTRVENS, & QVOD IN MISSA CONSECRATVR EVCHARISTIÆ SANCTÆ SACRAMENTVM: ESSE VERVM SACRIFICIVM.

¶ Q̃ absurda sit Lutheraua sententia de toto ordine ecclesiastico, de distinctione sacerdotij, & de sacrificio missæ. Cap. I.

QVI ALICVI REIPVBLICAE PROBE institutæ extremam inferre moliuntur perniciem: primum rectas illius (quibus nititur) leges euertere conantur. Deinde pulchrum eiusdem ordinem quo decenter disponitur confundere: magistratus æquare plebi, & ima summis commiscere laborant. Postremum vero: quæ præcipua sunt illius numina, supremáq; officia penitus sustollere enitũtur. vt nihil illi sit reliquũ: nisi inordinata quędã rerũ indigestarum congeries & horrida cõfusio. Hęc autẽ omnia factitasse deprehenditur Lutherus turbida sua factione: quã nostra tẽpestate in sanctã suscitauit ecclesiã. Nempe vt funditus subruat ecclesiasticã rempublicã: primũ leges illius & sanctiones omnes abiecit, asserens constitutiones vllas constringere populũ Christianũ nõ posse: ni aperte in euãgelico codice contineantur expressæ, quẽadmodũ in præcedente libro abunde dictum est. Deinceps pulcherrimum ecclesiasticí status ordinem omnino subuertit: nullã in eo admittens graduũ distinctionem, neq; prælationis subiectionisq; diuersitatem, concinna varietate & congruentissima dispositione à CHRISTO cõstitutam: & ab apostolis, eorúmq; assecłis víris apostolicis decentissime ordinatam. Quippe in eo libro cui titulũ præfigit de abroganda missa priuata: ordinatissimum ecclesiæ catholicę statum amaris subsannat scommatibus & cõuitijs Lutherus, q̃ in eo cõstituatur vnus summus sacerdos: & sub eo cardinales, archiepiscopi, episcopi, curati & sacerdotes minores: quisq; in suo gradu. obgarriens ecclesiam hanc nostram idcirco esse similem gentilitiæ constitutioni de sacerdotibus Iouis, Veneris & Saturni: eandémq; CHRISTO & euangelio esse contrariam. Sed qualem esse velit ecclesiam sanctam: ex verbis eius prædicto libro insertis nũc audiamus.

» Christianus populus (inquit) debet esse simplex: in quo prorsus nulla secta, nulla differentia personarum, nullus laicus, nullus clericus, nullus
» rasus, nullus vnctus, nullus monachus esse debeat. Sed sine vllo discrí-
» mine omnes vel coniugati vel cælibes, arbitrio quisq; suo: sicut modo in
» ciuilibus comunitatibus videmus naturaliter. Et qui hãc simplicitatem

» sciderunt: authore satana (inquit) id fecerunt. Hæc ille. Ecce pulchram Lutheri ecclesiam: immo vt verius dicam, synagogam satanæ & Baby-
2 lonicam cõfusionem. ¶ Insuper potiorem & digniorem sacrosanctæ ecclesiæ administrationẽ, vtpote sacerdotij functionem prostituit atq; contaminat: cũ eam Christianis omnibus esse cõmunem astruit, & omnes sancto regenerationis lauacro ablutos, sine sexus ac ætatis discrimine, esse sacerdotes. Quod ex verbis eius, prædicto libro contumeliarum &
» errorum refertissimo, inscriptis: liquido cõstat. Nos omnes (inquit) eo-
» dem, quo CHRISTVS, sacerdotio sumus sacerdotes: qui Christiani,
» id est filij CHRISTI, summi sacerdotis sumus. Neq; ex vllo scripturæ
» sanctæ testimonio id habetur: q̃ sacerdotes rasi & vncti aliqui in nouo
» testamento dicantur, distincti à laicis. Et paulo post. Stat irrefragabilis
» sententia: sacerdotes visibiles & à laicis diuersos, in nouo testamẽto nul-
» los esse. Qui autem sunt: sine testimonio scripturarum & sine vocatione
» dei sunt. Hoc autem quid est aliud: q̃ ex diabolo esse? Hæc Lutherus.
3 ¶ Præterea, augustissimum ipsius sacerdotis munus ac officium, celebrationem videlicet missæ, conculcat & destruit idem capitalis hostis ecclesiæ: cum missam omnẽ priuatam censet abrogandã, & missam ipsam etiam solennem negat esse sacrificiũ. multis contendens rationibus (quæ postea suo dissoluẽtur loco) sanctissimum eucharistiæ sacramentũ, quod in missa consecratur & offertur deo: nequaq̃ dici debere nec esse sacrificium. Vtrũq; horum: ex ipsius verbis, eo in libro dictis (quem in hoc secundo nostro volumine potissimũ suscepimus improbandũ: & ex quo, quæcũq; per totum hunc librum Luthero ascribũtur, deprompta sunt)
» ita elucescit. Singulis inquit dominicis diebus & ijs solis, vnica tantum
» eucharistia consecretur: sicut modo fit in die paschæ. & illuc conueni-
» ant esurientes & sitientes, id est piæ & afflictę conscientiæ: quę à peccatis
» optant sanari. ibíq; habito sermone & oratione publica: suscipiãt omnes
» cõmunionẽ. Hoc solo modo fiat publica missa: ad imitationẽ primitiuæ
» ecclesiæ, ordinationis euangelicæ & apostolicæ. Ecce celebrandæ missæ legem: quam nobis sua solius authoritate temerarius præscribit Luthe-
» rus. Et eodem in loco. Missę (ait) quas sacrificia vocãt: summa sunt ido-
» latria & impietas. immo missarũ vsum, nomine sacrificiorũ & sacerdo-
» tum titulo tenere: est negare CHRISTVM. Vbi aperte sentit: missam
4 non esse sacrificium. ¶ Rursum sacratissimam missæ partem atq; præcipuam, ad consecrationem augustissimi sacramenti eucharistiæ, oblationémq; & sumptionem eiusdem, peculiariter accõmodatam (quam vulgo sacrum canonẽ dicunt) execrabili impietate Lutherus aspernatur & re-
» spuit, tanq̃ aduersantem euangelio: q̃ dicat ipse canon sanctam eucharis-
» tiam in missa consecratam esse sacrificium, quod euangelia (vt ait Lu-
» therus) nõ sonant. Eundem quoq; sacrum canonẽ, compositũ esse obla-
» trat ab aliquo verboso & parum spirituali: eo q̃ superfluis (inquit) ver-

bis eandē inculcat rem, cum dicit. hæc dona, hæc munera, hæc ſancta ſacrificia illibata. & hoſtiam puram, hoſtiam ſanctam, hoſtiam immaculatam. Quinimmo vt apponat iniquitatē ſuper iniquitatē: ſanctos qui ipſo canone miſſæ ſunt vſi, miſſāmq; pro ſacrificio habuerunt: ſubinſinuat eo ipſo peccaſſe, q̄ id præter ſcripturæ authoritatem factitarint, vt ait. Tutius eſt (inquit) hoc inter peccata ſanctorū numerare, quod ſine authoritate ſcripturæ fecerunt: q̄ pro exemplo bono imitari. ¶ Deinde vt ſuæ impietatis apertiora relinquat argumenta: officium eccleſiaſticū in ſolēnitate celeberrima ſanctiſſimi euchariſtię ſacramēti quotannis celebrari ſolitum, & ab eccleſia tota merito approbatum longóq; obſeruatum vſu: impudenter irridet, cachinnílq; proſequitur. obiectans in eo figuras veteris teſtamenti inepte & incongrue adaptari illi myſterio: affectatóq; ſtudio eas eſſe pro authoris arbitrio frigide & ocioſe congeſtas. ¶ Deinceps ritus ac cærimonias celebrandæ miſſæ, à ſanctis antiquiſq; patribus optime conſtitutas: ſugillat & reprehendit. atq; in primis illū eccleſiæ probatiſſimum morem deridet improbus: quo conſtitutum eſt verba conſecrationis debere eſſe ſecreta, cum deberent (inquit) omnibus eſſe vulgata. Improbat & illud eccleſiaſticū decretum: q̄ mutantes formam conſecrationis peccāt mortaliter, cum tamen euangeliſtæ & Paulus (inquit) nullam certam & eandem formam deſcripſerint. Illud itidē: q̄ non liceat niſi vnctis digitis hoſtiā tangere, & nō alia parte corporis. cū tamen (ait) illa iam conſecrata: à palla & calice alijſq; rebus inanimis tangatur. ¶ Ad hæc & illud amarulento ſubſannat cachinno: q̄ à ieiunis fieri debeat miſſæ celebratio. cum CHRISTVS poſt cœnam inſtituerit id ſacramentum (inquit) & apoſtoli cœnati idem ſumpſerint: nullo peccati contracto reatu. ¶ Rurſus & illum celebrandæ miſſæ ritum dānat Lutherus & inſectatur: quo ſacerdos ſacra faciens, digniſſimum ſacramentum euchariſtiæ ſumit poſt conſecrationē. CHRISTVS (inquit) ſibi ipſi tradidiſſe non legitur ſacramentum altaris: ſed tantū ſuis diſcipulis. Ad cuius exemplū deberet ſacerdos in miſſa non ſumere euchariſtiam, ſed alijs tradere: quemadmodum fit in laicorum cōmunione. In miſſa autem ſolus ſumit ſacerdos & non diſtribuit alijs. Hęc Lutherus. Irridet & impudenter illam partium hoſtiæ diſſectę diſtributionem: qua beatis vna pars eius deputatur, quaſi adhuc (ait) eis eſſet neceſſaria fides & promiſſio CHRISTI. ¶ Demum vt ſe infenſiſſimū proḋat eccleſiaſticæ profeſſionis hoſtem Lutherus: ijs qui miniſterio altaris ſunt addicti, lectionem horarum canonicarū quotidianā relaxat & ſuſtollit, illā vt faſtidioſam & infructuoſam dānans. Melius eſſet (inquit) eis non legere horas: q̄ frigide eas legere. cum ſit horarū lectio: laborioſus & tamen ſimulatus dei cultus. Nihil enim dici debet in eccleſia: niſi certum ſit, id eſſe verbum dei. Nichil etiam fieri aut geri: niſi quod certum ſit à deo præcipi, vt fiat ac geratur. Hæc ille. ¶ Poſtremū in profun-

dum malorum prolapſus (quantum coniectare fas eſt) Lutherus: improbat celebrationes miſſarum, ex inſtituto eccleſiaſtico pro defunctorum ſubleuatione fieri ſolitas. Ludificationéq; dæmonum factas, immo confictas eſſe contendit apparitiones animarum corporibus exutarum: quæ expetiuerunt miſſarum ſuffragia ſibi à viuis impendi. Quicquid (inquit) refertur de apparentibus poſt mortem ſpiritibus: vanum eſt ac friuolum, dæmoniſq; ludificatio, cum id non habeatur ex ſcriptura. De beato autem Gregorio referente in dialogis de Paſcaſio & alijs mortuis qui apparuiſſe narrantur viuentibus: reſpondet, in hoc Gregorium erraſſe. tutiúſq; eſſe, totum purgatorium negare: quàm Gregorio in hoc loco credere, quòd hic ſit periculum erroris: illic vero, nullum ſit periculum. Et paulo poſt ſubijcit. Gregorius tum falli potuit: cum ſine ſcriptura ibi loquitur & facit. Hæc Lutherus. ¶ Porrò ſunt & alia permulta in prędicto Lutheri libello de abrogāda miſſa inſcripto, ſupra modum abſurda, impia: necnon in ſedem apoſtolicā cōtumelioſa, deóq; & ſanctis iniuria. Quæ ex induſtria nunc prætermittuntur, quòd noſtrum fuerit inſtitutum ea potiſſimum hic afferre confutanda: quæ contra eccleſiaſticam integritatem, ſacerdotij dignitatem, ſacrificijq; nouæ legis veritatem, illic inſerta leguntur. Ea vero præſertim ſunt: quæ his decem placitis Lutheranis iam annotatis, & deinceps in progreſſu ſuo ordine confutandis, comprehenduntur. Ex quibus cum luce clarius conſtet: ipſum Lutherum, ſacrorum eſſe prophanatorem & impium eccleſiæ pro viribus euerſorem: in animo nobis eſt pro incolumitate reipublicæ eccleſiaſticæ (quam ille toto molimine deſtruere annitítur) collatis ſignis in hoc ſecundo libro dimicare. & contra hæc decem errorum capita, tanquam agmina militaria aduerſæ partis in aciem producta: manus conſerere. quod commode præſtare non potuiſſemus: niſi hoſtem ipſum prodidiſſemus & deduxiſſemus in apertum, cum quo ſit nobis conflictandū. Proinde cogimur & hic: Lutheri dicta in medium afferre. Sit itaq; noſtri inſtituti deo adiutore id exordiū.

¶ Eccleſiam CHRISTI, diuerſos gradus atque ordines ſortíri: quibus decenter & cōcinne diſtinguitur. Cap. II.

PRimo quidem loco, contra æqualitatem illam omnímodam partium eccleſiaſticarum & ſimplicitatem eſt nobis decertandum: quam in ipſa fronte tanquam anteſignanam & ſui agminis vexilliferam obijcit Lutherus, ingereréq; molitur eccleſiæ dei. commōſtradúmq; authoritate ſcripturæ ac ſanctorum patrum teſtimonijs: eccleſiaſticum ſtatum certis gradibus inter ſe diuerſis debere eſſe diſtinctum. ¶ Ad quod comprobandum: ſit hæc ordine prima ratio. Cęleſtis hierarchia, ordinatiſſima diſpoſitione dirimitur in diuerſas angelicorum ſpirituum hierarchias & ſacros principatus: hos quidem ſu-

premos, iſtos medios, illos vero poſtremos. Inter quos, decentiſſimus iſte ſeruatur ordo: vt ſupremi, diuinæ bonitatis munera, proxime nullóque interſtite à deo accepta, diffundant in medios quos ſupereminēt. & medij in poſtremos: ipſis ſubſidentes. quemadmodū præclare oſtendit beatus pater Dionyſius: in libro de cæleſti hierarchia. At eccleſiaſtica hierarchia (eodem authore: in libro de hac compoſito) conſtituitur ad ſimilitudinem formam & modū cæleſtis hierarchiæ, ordinationiſq; angelicarum in cælis ſubſtantiarum. Vt ſancta eccleſia adhuc in terris militans, decentiſſimo tum conſiſtat ordine, & congruentiſſimum habeat ſui ſtatus tenorem: cum illi in ſuperna ciuitate Hieruſalem triumphanti cæleſtium ſpirituum principatui cōformatur, ac euadit perſimilis in ſuis functionibus & operibus. Habet igitur & ipſa eccleſiaſtica hierarchia: ſuarum partium ordinatam diſtinctionem, officiorúmq; diſcretionem. vt hi cæteris præſint ad directionem, illi vero aliorum authoritati ſubiaceant: neque ſit confuſa omnium æqualitas. ¶ Secunda. In eodem de eccleſtica hierarchia libro, diuinus Dionyſius primitiuæ eccleſiæ (in qua verſabatur) diſpoſitionem & ordinem deſcribens: perhibet ſũ premum in eccleſiaſtico principatu locum, tenere pontificem. ſub illo autem conſtitui ſacerdotes, illis vero miniſtros ſanctos ſubijci: quos diaconos & ſubdiaconos nuncupant. poſtremum deniq; gradum obtinere plebem ſanctam: prædictis ſacrorum miniſtris ſubiectam. Sed nónne in hac ordinatione, a ſummo loco per intermedios ad imum fit deſcēſus & progreſſio: quaſi conſtructis quibuſdam certa ſerie gradibus? Quonam igitur modo in ea locum habebit vllum æqualitas illa Lutherana: qua ſine ordine confundantur omnia? ¶ Tertia ratio. Neque à ſupra dicta beati Dionyſij ſententia diſcrepat diuinus Ignatius: eccleſiæ Antiochenæ tertius à Petro apoſtolo epiſcopus, & ſancti Ioannis euangeliſtæ diſcipulus. qui in varijs ſuarum epiſtolarum locis epiſcopos à preſbyteris, & hos à diaconis diſtinguit: ſecundum primæuæ eccleſiæ (in qua degebat: apoſtolis contemporaneus & ipſi Dionyſio) legitimam ordinationem. et potiſſimū in prima ſua epiſtola: quam ſcribit ad Trallianos ex Smyrna. vbi poſtq̄ admonuit ſalubriter illius eccleſiæ fidelē populum: quòd epiſcopo ſubditi ſint & morigeri, necnon preſbyteris, ſimiliter & diaconis: qui ſunt in miniſteriū eccleſiæ dei, ſubiungit. Quid enim eſt epiſcopus: niſi omnem principatum & poteſtatem illorum omnium tenens, quemadmodū deceat hominem tenere: imitatorem dei factum ſecundum virtutem? Quid eſt preſbyterium: niſi inſtitutio ſancta conſiliarij & confeſſoris epiſcopi? Quid etiam diaconi: niſi imitatores CHRISTI, miniſtrātes epiſcopo ſicut CHRISTVS patri, & operantes illi operationē mundā & immaculatam? quo modo ſanctus Stephanus beatiſſimo Iacobo, & Timotheus & Linus Paulo: & Anacletus & Clemens Petro. Qui igitur iſtis inobediens fuerit: hic ſine deo

Dionyſius Areopagita.

Ignatius.

omnino erit, & impius & contemnens CHRISTVM, & ordinationem
4 ipſius minorans. hæc ille. ¶ Quarta. Sed & beatus Cyprianus Carthaginenſis epiſcopus glorioſoq; inſignis martyrio: eandē graduum & officiorum eccleſiæ diſtinctionem in ſuis operibus dilucide aſtruit. potiſſimum in tertij libri epiſtolarum ſuarum nona epiſtola: quam ſcribit ad Rogatianum epiſcopum de quodam diacono, qui intolerabili inſolentia contra eundē ſuum epiſcopum rebellis & contumelioſus fuerat. Vbi poſtq̄ luculenter oſtendit Cyprianus, & veteris & noui teſtamenti compluribus teſtimonijs pariter & exemplis: quātus debeatur honor ſacerdotali dignitati, quódq; illius contēptores etiam & deum ſpernant: ſubnectit. Meminiſſe autem diaconi debēt: quoniā apoſtolos, id eſt epiſcopos & præpoſitos dominus elegit. Diaconos autem, poſt aſcenſum domini in cælos, apoſtoli ſibi conſtituerunt: epiſcopatus ſui & eccleſiæ miniſtros. Quòd ſi nos aliquid audere cōtra deum poſſumus, qui epiſcopos facit: poteſt & hic cōtra nos audere, à quibus diaconi fiunt. Et ideo oportet diaconum de quo ſcribis, agere audaciæ ſuæ pœnitentiā: vt honorem ſacerdotis agnoſcat, & epiſcopo præpoſito ſuo plena humilitate ſatiſfaciat. Hæc ſunt enim initia hæreticorū, & ortus atq; conatus ſchiſmaticorum male cogitantium: vt ſibi placeant, vt præpoſitum ſuperbo tumore contemnant. Sic de eccleſia receditur, ſic altare prophanū foris collocatur: ſic contra pacem CHRISTI & ordinationem, atq; vnitatem dei rebellatur. Hæc Cyprianus. Ex prædictis autem, & iis quæ in ſequentibus afferentur rationibus, perſpicuum euadit: ab ipſo nouæ legis exordio preſbyteros ab epiſcopis ſemper fuiſſe diſtinctos, & inferiore gradu quàm fuerint epiſcopi, nunq̄ non habitos. Quod tamen inficiantur Lutherani, ita à ſuo edocti Luthero: contendente preſbyteros in primitiua eccleſia fuiſſe eoſdem & epiſcopos, neq; vllum gradus aut dignitatis diſcrimen inter eos circa principium euangelicæ inſtitutionis extitiſſe. Sed hæc improba eius aſſertio: cum ſanctorum patrum ſententijs, tum ſacræ ſcripturæ authoritate, poſterius ſuo loco adducenda: potiſſimum in vndecima præſentis materiæ ratione, facile refellitur. Verū vt ad rem propoſitam reuertamur: ſi ſingulatim ſanctorū patrum Auguſtini, Hieronymi, Ambroſij, Gregorij, Chryſoſtomi, & cæterorum teſtimonia citare pergerem, eccleſiaſticorū graduum diſcretionem comprobantia: prolixior eſſem multo, quàm rei diſcutiendæ conditio poſcat, faſtidiúmq; graue legentibus ingererem. Idcirco illis prætermiſſis: ad fulciendam alijs rationibus ſubiectam materiam progrediundū eſt.

Cyprianus.

Ioan. 20

Actuū. 6

5 ¶ Quinta ratio. In toto hoc vniuerſo admirabilis ſpectatur pulchritudo, ob conuenientiſſimū rerum conditarum ordinē: mira concinnitate, in diuerſitate ſitus & collocationis earū elucentem. Eſt enim ſupremum cælum omnia corpora ſuperambiens: ſuóq; ſinu complectens vniuerſa. Sunt & cæli inferiores: ſinguli ſuo loco ordinatiſſime diſpoſiti. quorum

hí alíos cõtinent,& ſuperiorem ſortiuntur ſedem: illí vero cõtinẽtur, inferioréq; ſitu ſubſiſtunt. Sphæris autem & globis cæleſtibus ſubſidẽt elemẽtaria corpora:nec ordinis nec certæ adinuicem habitudinis expertia. quorũ terra,tanq̃ ſcabellum pedum ſuí authoris: infíma collocatur Eſaiæ.66 regione. Sí itaq; ſuo opificio voluit optímus rerum fabricator tantã adíjcere venuſtatem,ex admiranda earum ad ſeinuicẽ ordinatione cõſurgentem:an eandem eccleſiæ denegauit,dilectiſſimæ CHRISTI ſponſæ, reliquitq; illam ſine ordine prælationis & ſubiectionis deformem,cõfuſam & horridam? Nequaq̃ certe,ſed & ipſam decorauit miro ornatu:ex certa graduum eccleſiaſticorũ diſtinctione,inſigniter enitente. ¶Sexta. 6
Arca Noe, ſecundum ſanctorum patrum ſententiã omnibus receptiſſímam,typus fuit & figura eccleſiæ ſanctæ: in hoc marí magno & ſpacioſo(mũdum dico)adhuc fluctuantis. Símiliter & tabernaculũ illud Mo-
Exodi.25 & deinceps ſaicum,quod iubente domino conſtruxit ipſe Moyſes in deſerto,ſecundum exemplar quod illí in monte monſtratum fuerat: eiuſdem eccleſiæ
Gene.6 expreſſit imagínem & effigiem. Atqui ipſius arcę altitudo:tríginta cubitorum fuiſſe deſcribitur.vt in ea fuerit pars æditiſſima: ac ſupremum faſtígium. fuerint & variæ partes mediæ: ſecundũ ordinem aſcenſus &
Exodi.40 deſcenſus diſtinctæ.& pars ima:cęteriſq; ſubiacens. Tabernaculũ etiam à Moyſe iuſſu domini erectum,præter cæteras partes ſuas altiſſima eccleſiæ myſteria ſignificãtes:habuit & certam altitudínem,à ſummo culmine in imam baſim, porrectam. Quid autem hæc omnia figurarũ inuolucra ſignant: niſi & ipſam eccleſiam certis eſſe gradibus officiorum diſtinctã,quibus appoſitiſſime adornatur? ¶Septima. Templum illud 7
magnificum à Salomone ingentí ſplendore atq; ornatu extructum: repræſentauit etiam (vt probatiſſimi ſentiunt authores)ipſius eccleſiæ ſanctæ ſpiritualem fabricam,ab architecto CHRISTO mirifice concinnatam. Símiliter & templum illud ſublime ac arduũ: quod diuinus pro-
3.Regũ.6 pheta Ezechiel in ſpiritu vidit conſtruendum, & admirabili exornandum decore. At templum illud Salomonium: tríginta cubitis porrectã habuit altitudínem. in qua ſummum erat aſſignare culmen, intermediáſq;,à ſupremis ad ima deſcendendo,partes:& ſubſtratum omnibus fundamentũ. Ezechielis quoq; templum,conſimílem ſortitum eſt ſuarũ partium ſitum:ſecundũ altitudinem extentarum. cum de eo dicat pro-
Ezech.41 pheta. Idcirco latíus erat templum in ſuperioribus: & ſic de inferioribus aſcendebatur ad ſuperíora,& in mediũ. Vbí autem ſuperíora ſunt, medium & inferíora: certa eſt partium ſecundum altitudinem diſpoſitio. Ergo & in eccleſia ſancta dei,figurata per vtrũq; templum:determínatus eſt ordo graduum, quibus à ſummo vertice ad imum per intermedios perueniatur.vt ipſi figuræ ſuum apte reſpõdeat exemplar:neq; à ſuæ imagínis deficiat aſſimilatione. Siquid enim perfectionis aut decoris elucet in effigie:idem longe debet eſſe ſpectabilius in ipſa veritate.

8 ¶Octaua. In ſynagoga Hebræorũ diuina iuſſione:vnus erat ſummus Exodi.28
ſacerdos.ſub quo conſtituti erant quatuor & viginti maiores ſacerdotes, Leuiti.8
ex ipſius Dauid ordinatione: qui officia templi & munia ſacerdotalia, 1.para.24
hebdomadaria adminiſtratione(ſinguli per vices ſuas)exercerent. Et hi ſublimiorẽ obtinuerũt gradum,honoratiúſq; nomen: q̃ relíqui de tribu Aaron minores ſacerdotes, in miniſteriũ tabernaculi & altaris domini etiã aſciti. Sub his vero,ſortiti ſunt ſuã quiſq; functionẽ miniſtri leuitæ: ad ſacerdotalem dignitatẽ minime prouecti,ad cultum tamen dei obſe- Numeri.4
quiũq; tabernaculi peculiariter deſignati. Deniq; poſtremũ obtinuit locum populus laicus:in ijs officijs quę ad dei cultum ſpectabãt, Leuitici generis miniſtris ſubiectus. Quod ſane,ex quatuor poſtremis pentateuchi Moſaici libris euadit apertiſſimũ. At quicquid ad perfectionẽ & excellentiã attinens fuit ordinãte deo,in ſynagoga Iudæorũ: idẽ quoq; altiore digniorẽq; ratione eſt in CHRISTI eccleſia,per ſynagogã vt vmbram & rudẽ imaginẽ figurata. Et tantũ in ea,ſublata ſunt ac ſubmota: quæ imperfectionẽ aliquã & indignitatẽ habebãt annexã,vt inuolucra figurarũ:quæ vmbra erãt futurorũ bonorũ. Inter ea vero quæ ad perfe- Ordinis cõ-
ctionem & præſtantiã ſingularẽ ſpectãt:eſt cõcinnus ordo,multitudinẽ mendatio.
decenter diſtinguẽs. Quã vbí ſuſtuleris:quid in multitudine incõpoſita reliquũ eſt,niſi inordinata cõfuſio? Vnde & beatus Iob de regione tenebrarũ verba faciens:vbí omnis mali,imperfectionis & miſeriæ eſt colluuíes,ait. Anteq̃ vadã ad terrã tenebroſam & opertã mortis calígine,ter- Iob.10
ram miſeriæ & tenebrarũ: vbí vmbra mortis & nullus ordo, ſed ſempíternus horror inhabitans. Ecce ordinem ſuſtollit vir ſanctus ab eo loco: vbí nullus decor elucet,nullus eſt ornatus. quoniã propriũ ordinis eſt: venuſtatẽ afferre ijs quibus adeſt,& mira pulchritudine opus omne cõponere. Quí plane in cæleſti habitaculo ſuã ſortitus originẽ,& illíc primariã habens ſedem:in omnia dei opera & totam mundi fabricã ſe pulcherríme diffundit,admirãdóq; decore ſingula venuſtat. Eſt igitur & in ipſa dei eccleſia certus graduũ ordo:inter ſe ſecundũ prælationẽ & ſubiectionem diſtinctorũ. Alioqui maioris fuerit perfectionis,quantũ ad ordinis cõcinnitatẽ,ſynagoga Iudęorũ q̃ CHRISTI eccleſia:vmbra q̃ veritas,figura q̃ exemplar. Et quí in ſingulis rebus à diuina ſapiẽtia cõditis dilucide cõſpicitur ordo:in ſola dei eccleſia & CHRISTI ſpõſa deſiderabitur.eritq; illa ſola,deſtituta ordinis ornatu & ſplẽdore:quod cer-
9 te eſt abſurdum. ¶Nona ratio. Diuinus pſaltes ſuperno afflatus ſpíritu,& eccleſiæ ſanctæ reſerans myſteria: inquit. Aſtitit regina à dextris Pſal.44
tuis in veſtitu deaurato: circundata varietate. Et paulo poſt eodem loco. Omnis gloria eius filiæ regis ab intus: in fimbrijs aureis,circũamicta varietatibus. Vbí reginã vocat eccleſiam:quia regis æterni eſt ſpõſa. Veſtitu deaurato & fimbrijs aureis adornatam,etiam eãdem affirmat: quoniã charitate & alijs gratiarum virtutúmq; chariſmatibus,à deo eſt

decorata. Circundatam vero varietate & circũamictam varietatibus eã-
dem prędicat: quoniã diuersitate graduum ac officiorum, cuicꝫ pro suo
statu obeundorũ, est splendide insignita. Quòd si omnẽ quis tollat di-
stinctionẽ statuum: secundũ Lutheri sententiam, vt laici & clerici, sacer-
dotis & plebeij, nullum sit discrimen aut discerniculum: quæ ibidẽ erit
varietas & diuersitas ecclesiam adornans? Facessat igitur illa æqualitas:
& valeat illa Lutherana simplicitas. quoniam ad nihil vtilis est: nisi vt
Babylonicam ingerat ecclesiæ confusionem.

¶ Alijs insuper rationibus ex scriptura deprõptis ostẽdi diuer-
sitatẽ graduũ: in ecclesiæ integritate constituendorũ. Cap. III.

Vpra dictis adijciendæ sunt & aliæ rationes, cõmon-
strantes in ecclesia CHRISTI debere distinctionem
graduũ & potestatũ ordine certo collocari: neque per-
mittendã esse æqualitatẽ illam Lutheranã. ¶ Sit igi- 10
tur hæc: suo ordine decima. In spirituali epithalamio
cælestis sponsi & suæ sponsæ, quod canticũ canticorũ
vocant: exprimũtur ipsius sponsæ diuersa mẽbra, caput, oculi, collũ, ma
nus, pedes, & reliqua, designãtia secundũ sanctorũ patrũ Gregorij, Ber
nardi & aliorũ interpretationẽ, diuersitatẽ administrationũ ac functio-
num ipsius ecclesiæ: quas exercent qui in ea gerũt gubernacula, aut qui
Quid spon sæ mysticæ mẽbra desi gnant. summã rerũ gerentibus subsunt. Vt exempli gratia, per caput accipitur
is: qui cęteros authoritate supereminet. per oculos: ij qui directricẽ alio-
rum habent curã. per collum: qui suscepta à supremo præside munia in
alios deriuãt. per vbera: subministrãtes lac spiritualis alimonię paruulis
in CHRISTO. Per manus vero: qui acceptã ab alijs doctrinã vitæ, accõ
modãt operi. deniqꝫ per pedes ij signãtur: qui secundũ bonã aliorũ dire-
ctionẽ ambulãt in via domini. Qui autẽ id fiat, vt spirituali huiusmodi
membrorũ cõpage coalescat dilecta CHRISTI spõsa: nisi distincti sint
hominũ status in ecclesia? & hi quidẽ præsint vt caput, illi proxime sub-
sint vt collum: hi vero postremo reponantur loco tanq̃ pedes? Alioqui
ibidẽ omnino idem erit caput quod collum: & pedes idipsum quod ca-
Canti. 4 put. Et quæ tota pulchra esse dicitur & omnis maculæ immunis, amica
CHRISTI ecclesia: informe erit monstrũ horrendúmqꝫ visu, nullam ha
bens partium sui corporis varietatem, nullámqꝫ membrorũ cõcinnita-
tem. ¶ Vndecima ratio. CHRISTVS in euangelio beatũ Petrum con 11
Matth. 16 stituit rectorem præcipuum super totam ecclesiam: cum dixit illi. Tibi
dabo claues regni cælorũ. & quodcunqꝫ solueris super terrã: erit solutũ
& in cælis. & quodcunqꝫ ligaueris super terrã: erit ligatum & in cælis.
Quę quidẽ verba: sicut & prędcedẽtia. beatus es Simon bariona: quia ca
ro & sãguis nõ reuelauit tibi, sed pater meus qui est in cęlis. Et ego dico
tibi: quia tu es Petrus. peculiariter & singulatim ad eum solũ direxit.
Hinc in beati Petri prędconium: vere & pie cõcinit illi ecclesia catholica.

Tu es pastor ouium, princeps apostolorũ: tibi traditæ sunt claues regni
cælorũ. Reliquis autem apostolis credita est ecclesiæ gubernatio: in cer-
tis & determinatis terræ finibus exercenda. Quẽadmodũ beato Iacobo
fratri domini: cõmendata est ecclesia Hierosolymitana. Ioãni apostolo
& euãgelistæ: Ephesina. Andreæ: ecclesia Achaiæ. Matthæo: Æthiopiæ.
Thomæ: Indica. & ita de cæteris locis: vbi dirigente spiritu sancto sor-
titi sunt prouincias ad euangelij prædicationẽ. Præter hos autẽ apostoli-
co culmine insignes mundi principes: designauit dominus noster IE- Lucæ. 10
SVS CHRISTVS & alios septuaginta duos discipulos, inferiore ha-
bitos gradu q̃ fuerint apostoli. missiqꝫ illos binos ante faciẽ suã: in om-
nem ciuitatẽ & locũ quò erat ipse venturus. At beato Petro, in apostoli-
cæ sedis moderatione successerunt ad hæc vsqꝫ tempora: diuina ordina-
tione, summi pontifices. Cæteris autem apostolis: episcopi, & septuagin-
ta duobus discipulis, sacerdotes minores (qui vulgo curati appellantur)
suffecti sunt: etiã ex diuina institutione atqꝫ sanctione. quẽadmodũ per-
hibet liber decretorũ: vicesima prima distinctione, cap. in nouo testamẽ-
to. ex Anacleti summi põtificis sententia. Igitur nõ humana adinuẽtione,
vt comminiscitur Lutherus, sed diuina cõstitutione ecclesia in suas diri-
mitur partes: hãc supremã, has medias, illas vero infimas & postremas.
12 ¶ Duodecima. Ipse sapiẽtissimus ecclesiastícæ fabricæ architectus (qui
secundũ Salomonis sententiã ædificauit sibi domũ, ecclesiã: & excidit co Prouer. 9
lumnas septẽ charismatũ spiritus sancti, ad eã stabiliendã) de bono & fi
deli œconomo dicit in euãgelio. Quis putas est fidelis dispẽsator & pru Lucæ. 12
dens: quẽ cõstituit dominus super familiã suã, vt det illis in tẽpore tritici
mensurã? Ecce audimus dispensatorẽ à domino cõstitutũ: super familiæ
suæ populíqꝫ Christiani regimẽ. Qua igitur freti audacia: inficiabimur
in ecclesia dei moderatricem aliorũ authoritatem? Beatus itidẽ Paulus
Corinthijs scribẽs: ait. Sic nos existimet homo vt ministros CHRISTI: 1. Corin. 4
& dispẽsatores ministeriorũ dei. In actibus etiã apostolorũ ad episcopos
Asiæ idem verba faciẽs, attẽdite (inquit) vobis & vniuerso gregi: in quo Actuũ. 20
vos spiritus sanctus posuit episcopos, regere ecclesiã dei, quã acquisiuit
sanguine suo. Demum beatus Petrus admonet ecclesiæ rectores: q̃ sint 1. Petri. 4
vnusquisqꝫ sicut accepit gratiã, in alterutrũ illã administrantes: sicut bo
ni dispẽsatores multiformis gratiæ dei. Hortatur etiã eosdẽ deinceps: q̃ 1. Petri. 5
pascãt qui in eis est gregẽ dei, non vt dominãtes in cleris: sed forma facti
gregis ex animo. Et longo ante tẽpore fuerat eidem dictũ à summo pa-
store CHRISTO. Pasce oues meas: & pasce agnos meos. Sed vbi om- Ioannis. 21
nia hæc salutaria monita & postremũ illud domini præceptũ, locum ha
bebunt aut perficientur: si nullus in ecclesia est præsidentium & subsi-
dentiũ ordo? Quomodo identidẽ legitime pascẽt gregem rectores: si nul
lum prorsus discrimen habẽt potestatis ab ouibus, sed omnino sunt il-
13 lis dignitate authoritatis æquales? ¶ Decimatertia, Beatus Paulus ad

Romanos ſcribens,confert corpus CHRISTI myſticum quod eſt ecclesia ſancta: ad corpus naturale,his verbis. Sicut in vno corpore multa membra habemus,omnia autem membra non eundem actū habent:ita multi vnum corpus ſumus in CHRISTO,ſinguli autem alter alterius membra,habentes autē donationes: ſecundū gratiā quæ data eſt nobis, differētes. Et in prima ad Corinthios epiſtola:diffuſius eandē proſequitur ſimilitudinem dicēs. Sicut corpus vnū eſt,& membra habet multa: omnia autē membra corporis cum ſint multa,vnū tamen corpus ſunt. ita & CHRISTVS. Et corpus non eſt vnū membrū:ſed multa. Si dixerit pes: quoniā non ſum manus,non ſum de corpore:nō ideo non eſt de corpore? Et ſi dixerit auris: quoniā non ſum oculus,non ſum de corpore:non ideo non eſt de corpore? Si totū corpus oculus:vbi auditus? Si totū auditus:vbi odoratus? Nunc autē poſuit deus mēbra:vnūquodq; eorum in corpore,ſicut voluit. Q; ſi eſſent omnia vnū membrū:vbi corpus? Nunc autē multa quidem membra:vnū autem corpus. Hæc Paulus ibidem. Sed in corpore naturali membra certū habent ſitū:ſecundū eminentiā & ſubſidentiā abinuicem diſtinctum. Cætera ſiquidē omnia ſupereminet caput, brachia autem & pectus: mediū obtinent naturalis ordinis locū,pedes vero imum. Igitur & in CHRISTI corpore myſtico ponenda eſt partiū diuerſitas: actuúmq; ipſis competētium varietas. Vt capitis ſymbolū teneant:qui cæteris gubernādis pręſunt. Brachiorū autem & pectoris:qui cum ſubijciātur præpoſitis,alijs tamen regendis etiam præficiūtur. Pedum vero:qui cæteris ſubſident ſolū,à quibus directionē accipiant. Alioqui monſtroſum eſſet ipſum corpus myſticū,& genuina deſtitutū pulchritudine:ex vnico tantū mēbro compactū,& in quo:omnia mēbra in vnū membrū coinciderent ac cōflarentur. quod in natiuo ſuo opere, corporéq; materiali: natura ſummopere abhorreret. Quis autē inficietur:corpori CHRISTI myſtico mirā ineſſe pulchritudinē? ¶Decimaquarta ratio. Idē altiſonus euangelij præco: in eodē primæ ſuæ epiſtolæ ad Corinthios loco ſubiungit. Et quoſdā quidē poſuit deus in eccleſia primo apoſtolos:ſecundo prophetas,tertio doctores. & deinde inter cætera enumerat & gubernationes:ac poſtea ſubdit. Nunquid omnes:apoſtoli? nūquid omnes:prophetæ? nūquid omnes:doctores? Rurſum in ſua ad Epheſios epiſtola idē confirmat:dicēs de CHRISTO. Et ipſe dedit quoſdā quidē apoſtolos,quoſdā autem prophetas, alios vero euāgeliſtas,alios autē paſtores & doctores:ad conſummationē ſanctorum,in opus miniſterij, in ædificationē corporis CHRISTI. In quibus quidē verbis ex vtroq; adductis loco:teſtatur Paulus deū certos conſtituiſſe in eccleſia gradus officiorū, quos ſuo digerit ordine. Quid enim voces illæ apoſtolicæ:primo,ſecundo,tertio:aliud q̄ ordinem deſignāt,& ordinatā rerū ſeriem? Quid ergo Lutherus hęc ſcripturę verba adeo manifeſta ad cōprobandā partiū eccleſiæ diuerſitatē in ordinatiſſi-

Roma.12

1.Corin.12

1.Corin.12

Quæ ſunt corporis myſtici mēbra.

14

Ephe.4

ma inæqualitate conſiſtentē,non attēdit:qui ſoli ſcripturæ ſacrę innīti ſe
15 velle iactitat? ¶Decimaquinta. Beatus Ioānes apoſtolus in ſacra apocalypſi,eccleſiæ ſanctæ adhuc deſudantis in agone myſteriū adaperiens ait. Ego Ioānes vidi ſanctam ciuitatem Hieruſalem,nouam,deſcendētem de cælo:à deo paratam,ſicut ſponſam ornatam viro ſuo. Quam appellat ibidem ſanctam ciuitatem:quoniā in ea fidelium omnium eſt collectio tanq; in vna republica ſub capite CHRISTO, cuius legibus & inſtitutis viuunt. Quo etiam nomine eam nuncupat propheta in pſalmo:cum ait. Glorioſa dicta ſunt de te:ciuitas dei. Et iterum. Fluminis impetus lætificat ciuitatem dei: ſanctificauit tabernaculum ſuum altiſſimus. Et rurſum. Magnus dominus & laudabilis nimis:in ciuitate dei noſtri,in monte ſancto eius. Quos omnes pſalmorum locos,de eccleſia ſancta ad literam intelligendos eſſe:ſacri ipſorum interpretes affirmant. Eandem quoq; eccleſiam decertantē hic in acie:vocat in ſupra dicta apocalypſis ſententia beatus Ioānes,Hieruſalem,q; in ipſa, tranquillæ pacis eſt viſio per fidem:& in ſpe futuræ pacis potiundæ. Nouam itidem eam dicit:ad diſcrimen veteris ſynagogæ. Deſcendentē vero de cælo:eādem prædicat. quoniam ad ſimilitudinem triumphantis eccleſiæ & iam in cælis glorioſæ,eſt efformata,vt dictum eſt in prima huius propoſiti approbatrice ratione. Deinde à deo paratam perhibet hanc ſanctam ciuitatem:quoniā ab eodem in ſuis gradibus & officijs eſt decētiſſime ordinata. Deniq; tanq; ſponſam ornatā viro ſuo eandem denominat:quoniam CHRISTI ſpōſi ſui dilectiſſima eſt ſponſa,illiúſq; ſancto cōſortio adornata. Quæ autem dabitur ciuitas, nullos habens magiſtratus, plebis moderatores:nulloſq; principes qui populū regāt? in qua itidem nullus alterū poteſtate antecellat aut authoritate:ſed omnes inter ſe potentatu ſint æquales? Miſerrima certe foret ea ciuitas:ſi qua talis eſſet. Et quoniam à deo paratam,prædictam ciuitatem ſanctam,beatus Ioānes teſtatur:ordinatā eam eſſe oportet,& certis diſtinctā gradibus. Quę enim à deo ſunt:ordinata ſunt,vt teſtis eſt Paulus. Sunt igitur in ea ſuperiores qui præſunt: & inferiores qui ſubſunt,ſunt itē præſides qui dirigunt:ſunt & ſubditi qui præceptis illorū obtemperant. neq; in ipſa eſt omnimoda æqualitas vniuerſorum,quantū ad dignitatē:vt aſſerit Lu-
16 therus. ¶Decimaſexta & vltima ratio. In republica ciuili:principatuū & ſubiectionum eſt ordinata diuerſitas, & congruentiſſima diſtinctio. Vt in regno,totius gubernationis ſumma penes regem eſt: ſub quo diuerſi principes ſortiuntur diſtincta dominia,& gubernationem finium regni particularem. Sub illis autem:duces militant ac proceres, & præfecti populorum. Deinde magiſtratus, iudices, prætores & ſenatores: ſuo loco curam gerunt adminiſtrandæ iuſtitiæ. Poſtremum deniq; tenet gradum reipublicæ populus: priuatam agens vitam. Quid ergo de eccleſiaſtica republica ſentiēdum? quæ priores obtinet & potiores digni-

Apoca.21

Pſalmo.86

Pſalmo.45

Pſalmo.46

Roma.13

tatis partes q̃ ciuilis, haud alio interuallo: q̃ quo anima plus est q̃ corpus, illudq; nobilitate & præstantia longe antecedit. Nunquid dicendũ est, ecclesiasticam sortem destitutam esse hac partiũ varietate: secundum præeminentiam & subexcellentiam distinctarum: & omnimoda suorũ membrorum æqualitate confusam? Nequaq̃ profecto. ne cogamur admittere: maiorem esse ciuilis facultatis q̃ ecclesiasticæ excellentiã, dignitatem & perfectionẽ. Ex ijs autem quę in hoc & præcedenti capite sunt dicta: prorsus eliditur primum Lutheri dictum, supra positum.

¶ Non omnes Christianos, sine ætatis & sexus discrimine: habendos esse dicendósq; sacerdotes. Cap. IIII.

POstq̃ apertis scripturæ sanctæ antiquorúmq; patrum testimonijs, liquido à nobis ostensum est in duobus proximis capitibus: ecclesię catholicę diuersas esse partes, pro officiorum & actuum varietate abinuicem discretas, ad assertionem illam Lutheranam interimendam: quæ in fronte huius libri primo loco est annotata. reliquum est ijsdem vijs & medijs astruere, sacerdotium nouæ legis non esse promiscuũ & cõmune omnibus: qui sacro regenerationis lauacro sunt ablutí. contra id quod secundo loco prius ex Luthero adductũ est: exponente sacerdotalẽ dignitatẽ vulgo pueris & mulieribus, eamq; contaminante tam sordida prostitutione. ¶ Et primo quidem id exploratum fiet ex veteris legis institutо: in qua diuino delectu tribus Leuitica, in ministerium tabernaculi & altaris dominici est accita. neq; huiusmodi functio: cuiq̃ aliarum tribuum, & tanto minus pueris ac mulieribus, vnq̃ permissa fuit. Scribit enim diuinus apostolus in epistola ad Hebræos: de CHRISTO. In quo hæc dicũtur, de alia tribu est, de qua nullus, altario præsto fuit. Manifestum est enim, q; ex Iuda ortus sit dominus noster: in qua tribu nichil de sacerdotibus Moyses locutus est. Vnde & Saul de tribu Beniamin oriũdus regióq; insignis honore, grauiter deum offendit teste Samuele propheta domini: q; sacerdotale sibi vendicans munus, hostias immolauerit domino. Et Ozias rex Iuda in cæteris operibus suis admodum cõmendatus, quoniam præter officiũ suũ aggressus est insolenter offerre incensum domino in templo: subito lepra percussus est. Neq; singuli adhuc de tribu Leui: sacerdotali titulo erant insignití. sed q̃ plurimi eorũ in sortẽ ministerij tabernaculi fuerũt asciti: quibus alia obeunda erãt munia. vt Leuitæ minores: in obsequiũ sacerdotũ, hostiarum apparationem, tabernaculiq; custodiam & cetera officia deputatí. quemadmodum Exodus, Leuiticus & liber Numeri: plane testantur. Atqui sacerdotiũ Leuiticum, figura tantum erat & typus sacerdotij euangelici nouæq; legis, quod CHRISTVS instituit: ipsum præcurrens, sicut nox diem & vmbra lucem, imagóq; veritatem. Igitur & nouæ legis sacerdotium: nõ est Christianis omnibus cõmune.

Numeri. 4

Hebręo. 7

1. Regũ. 13

1. Para. 26

Numeri. 4

Alioqui plus excellentiæ & perfectionis adesset Leuitico sacerdotio: q̃ euangelico. q; quæ à turba secreta sunt, paucioribúsq; communicata: digniora habentur. Vt quæ nobiliora sunt, natura non passim vniuersis: sed præstantioribus rerum generibus indulsit, vt vim altricem, sentiẽdi virtutem, intelligendiq; facultatẽ. Nostrum itaq; sacerdotiũ si omnibus Christianis sine discrimine competeret: eo ipso vilesceret mirum in modũ, modiciq; esset ponderis & momẽti, neq; immerito diceretur inferius Leuitico: paucis & ad id munus peculiari accitu delectis, solũ designato. ¶ Neq; hic quisq̃ obiectet, institutionem sacerdotij Leuitici vnà cũ veteri lege: iam olim esse abolitam per euangelicæ lucis coruscationẽ. & proinde ex ea sumi non posse validum argumẽtum: pro discretione nostri sacerdotij à turba populari. Nẽpe q̃uis vsus & ritus sacerdotij illius fuerit tum abrogatus, cum euãgelica veritas incœpit illucescere mũdo: attamen quod in eo ex diuina sanctione fuit cautum, attinẽs ad honestatem ac decẽtiam diuini cultus in quouis & cuiuslibet legis tempore, vtpote ministros templi & sacerdotes à vulgo debere esse discretos: congrue admodum assumitur, & in hac lege noua seruari debere. q; ea quæ perfectionem sonant & ad ampliorem diuini nominis honorẽ faciunt, in veteri lege à deo ordinata: etiam ad nouam legẽ transisse apta quadã
2 proportione, & in hac itidem robur habere, putanda sunt. ¶ Secũda ad idem propositum comprobandũ ratio. Apud ethnicos & gẽtiles, agnitionis vnius & veri dei expertes, sacerdotiũ erat à populari turba semotum: & nonnullis peculiariter ad id muneris delectis assignatũ. Enimuero erant illis sui pontifices, archiflamines, minores flamines, salij, & varijs alijs nominibus nuncupatí sacerdotes: prorsus à vulgo diremptí. Quod vel ex ipso libro geneseos: dilucide constat. vbi cum inualescente fame narratur Ioseph sanctus patriarcha subiecisse totam terram Aegipti ditioni Pharaonis, cunctis vendentibus possessiones suas præ magnitudine famis: subiungit cõtinuo scriptura. Præter terram sacerdotũ: quæ à rege tradita fuerat eis. Et cum paulo post eodem loco refert historia: id factum esse deinceps quasi in legem, q; in vniuersa terra Aegypti regibus quinta pars fructuũ soluatur: subnectit ibidem. Absq; terra sacerdotalí: quæ libera ab hac conditione fuit. Ecce gentiles ad falsos deos (quinimmo dæmones) colẽdos, sacerdotes habuere discretos à populo: neq; pueros aut mulieres vnq̃ ad sacra facienda admiserunt, aut immolandas illis hostias. Et Christiani ad verum & vnicum deũ syncære colendum, non habebũt sacerdotes peculiariter illi ministerio destinatos: sed passim & pueri & mulieres sacra facient, sacramentáq; ministrabũt fidelibus? Nulla certe fuit vnq̃ gens aut natio tã barbara, tã effera, tam immanis: neq; Troglodítæ, neq; Sauromatæ, nec extremi Garamantes: quę ductu quodã naturæ & rectæ rationis magisterio non cognouerit, sacerdotes diuino cultui deputatos, debere esse selectos: atq; à vulgarí

Gene. 47

turba diſcretos:propter miniſterij peragendi ſubilimitatem & celſitudi-
nem.Quomodo igitur Chriſtiani,barbaris iſtis nationibus longe ſapi-
entiores,veraq; fide & ſacratiſſima lege magis illuſtrati: vſqueadeo de-
ſipient,vt ſuę legis ſacerdotium faciāt omnibus promiſcuū & vulgare?
Quis(oro) non videt Lutherum hac ſua aſſertione detrudere ſacerdo-
tium euangelicum non modo infra Leuiticum: ſed & infra gentilitium
ſacerdotiū,minoriſq; illud facere dignitatis & eminentiæ:q̄ fuerit ſacer-
dotium ethnicorum? ¶Cæterum non hæc quiſpiam dicta putet in ap-
probationem ſacerdotij gentilium:neq; ex ijs quæ præſens attulit ratio,
exiſtimet nos hic commendare velle ſacerdotalē illum ritū quem habuit
paganiſmus.quādoquidē ipſum,ſacrilegum fuiſſe,prophanū & ſuper-
ſtitioſum:nemo Chriſtianis ſacris initiatus ignorat. quales enim erant
eorum dij:tale & ſacerdotiū.Sed adducta ſunt in præſentia hæc omnia,
ad ſolidiorem veritatis comprobationem: ſumptā etiam ex ijs quæ ex-
pertes veritatis,in ſuorum deorū cultura,faciunda cenſuerunt. Vt quē-
admodū ipſi recta naturalis rationis directione perſuaſum habuerunt,
non quoſuis ſine delectu fungi debere ſacerdotio ad colenda ſua numi-
na:ſed ſecretos à turba plebeia viros,ſpectatæ virtutis.ita & Chriſtiani,
immo potiori ratione,ad colendum vnum & verum numen: non quoſ-
libet ſine diſcrimine debent habere ſacerdotes, & tenellæ ætatis pueros
& mulieres:ſed viros tantum,conſecratione pontificali ad ſacerdotalem
functionem prouectos.Sic ſane dominus per Hieremiam prophetā re-
prehendens impietatem Iudæorum,qui derelicto vero deo abierūt poſt
idola:vtitur exemplo gentilium,eorúmq; factum adducit in grauiorem
Hiere.2 Iudaici populi condemnationem:cum ait.Tranſite ad inſulas Cethim
& videte:& in Cedar mittite & conſiderate vehementer. & videte ſi fa-
ctum eſt huiuſmodi:ſi mutauit gens deos ſuos,& certe ipſi nō ſunt dij.
Populus vero meus:mutauit gloriam ſuam in idolum. Quibus quidē
verbis non approbauit deus idola gentium neq; venerationem eorum:
quæ conteſtatus eſt non eſſe deos. ſed ex perſeuerātia gentiliū in ijs per-
petuo colendis quos ſemel vt deos receperunt: redarguit Iudæorū irre-
ligioſitatem & inſtabilitatem,qui neglecto vero deo cui prius adhæſe-
rant,tranſierunt ad deos alienos. ¶Tertia ratio. Per totum librorū ve- 3
teris inſtrumenti cōtextū: tam in libris hiſtoricis q̄ propheticis & hym-
nidicis:deprehenditur aperte ſacerdotū à populo diſcretio, diuina pri-
Eſaiæ.24 mum ordinatione facta.Vt apud Eſaiam. Sicut populus:ſic ſacerdos.
Oſee.4 Quod & ab Oſee propheta repetitur. Et apud Hieremiam.A prophe-
Hiere.6 ta vſq; ad ſacerdotem:cuncti faciunt dolum.Demum apud Malachiā.
Malach.2 Labia ſacerdotis cuſtodiunt ſcientiā,& legē requirent ex ore eius:quia
angelus domini exercituum eſt.Et vt paucis agam,huiuſmodi teſtimo-
niis ſacerdotes à populo diſcernentibus:refertiſſimi ſunt diuini codices.
Quos igitur diſcreuit deus:cur audet Lutherus confundere cum turba

laicorum,& miſcere ſacra prophanis? Separauit quidem deus & in lege
Moſaica & euangelica oraculiſq; propheticis:ſacerdotes à ſodalitio po-
pulari.Quanta ergo eſt temeritas eorū, qui volūt ipſos commiſcere lai-
4 corū contubernio:vt nullā ab eis habeant gradus diſtinctionē? ¶Quar-
ta.CHRISTVS in nouiſſima cœna,ſecundum probatiſſimā illuſtriū
authorum ſententiā,diſcipulos ſuos conſtituit ſacerdotes:cum ſacratiſ-
ſimi ſui corporis & ſanguinis myſterium ipſis frequentandum cōmiſit,
his verbis.Hoc facite in meam cōmemorationē. Et hæc quotienſcūq; fe- Lucæ.22
ceritis:in mei memoriam facietis. At neq; tunc pueris neq; mulieribus 1.Corin.11
legitur commendaſſe ſacramentū euchariſtiæ conſecrādum aut celebrā-
dum:ſed tantū apoſtolis & diſcipulis cū quibus tum diſcubuit.quibus
& poteſtatem contulit ac legem ſtatuit,alios ei muneri idoneos ordinā-
di ad ſacerdotale officium.qui à turba promiſcua ſegregati,certo con-
ſecrationis ritu traditionibus apoſtolicis conſtituendo:aſciſcerentur ad
eum ordinem.haud ſecus atq; vnctione,ſacrarū veſtium amictu, & cer- Exodi.28
tis alijs cærimonijs:in veteri lege conſecrabātur dei iuſſu,illius tempo- Leuitici.8
ris ſacerdotes.Quod igitur CHRISTVS exemplo ſuo docuit, quod
etiam in eccleſia faciundū cōſtituit,vt ſcilicet ſpectatæ virtutis & doctri-
næ delígerentur ſacerdotes ad miniſterium altaris,& legitimo ritu con-
ſecrarētur:quis audebit reſcindere,& ſola baptiſmi ſuſceptione ſacerdo-
tes omnes paſſim fieri,aſtruere? cum in antiqua lege,ſuſcepta circūciſio
(cui in noua:reſpondet baptiſmus)nō reddiderit omnes ſacerdotes:ſed
præter eam certa conſecratio,tempore definito determinatiſq; perſonis
ſecundum diuinum inſtitutum accommodata:ſacerdotali dignitate in-
ſigniuerit illos quibus ipſa adhibebatur.

¶Alijs adhuc rationibus cōmonſtrari:non omnes Chriſtia-
nos ſine quouis diſcrimine eſſe ſacerdotes. Cap.V.

5 NOn fuerit præterea incōgruum, & alias afferre ratio-
nes in præſentia,ſuperioribúſq; adijcere:quæ patefa-
ciant amplius idem propoſitum, & conuincant non
omnes paſſim Chriſtianos,habendos eſſe vel dicēdos
ſacerdotes. ¶Sititaq; hæc:in ſuo ordine quinta.Bea-
tus Paulus ad Timotheum ſcribens, ſimiliter & ad 1.Timo.3
Titum:quibus effulgere moribus ac virtutum ornamentis debeat epi- Titum.1
ſcopus & diaconi,latius explicat,inſinuans eo ipſo:non omnes promi-
ſcue aut ſine delectu,ad eos gradus eccleſiaſticos eſſe aſſumendos. Q7 ſi
non omnes,epiſcopi ſunt cenſendi vel diaconi:cur cenſebūtur omnes ſi-
gnati charactere fidei,ſacerdotes? Scribit & ad Timotheū idem apoſto-
lus:q; nemini cito manus imponeret, ad ſacerdotij ſcilicet conſecratio- 1.Timo.5
nem.innuens hiſce verbis,ſine manuū epiſcopaliū impoſitione nō con-
ſtitui quēpiam ſacerdotem:neq; ſolū ſufficere baptiſmū,ad huius officij
rationem obtinendā. Quod & ex illis eiuſdem apoſtoli verbis ad ipſum

1.Timo.4 Timotheum:euadit apertius.Noli negligere gratiam quæ in te est:quę data est tibi per prophetiam,cum impositione manuum presbyterij. Et
2.Timo.1 iterum.Resuscites gratiã quę est in te:per impositionem manuũ mearũ. Qz si per susceptionẽ baptismi factus fuisset Timotheus sacerdos:quid opus fuisset circa eum ordinatione Pauli,aut quid operata fuisset ma-
Titum.1 nuum eius super ipsum impositio? Titum præterea admonet Paulus: vt constituat per ciuitates presbyteros.quæ cõstitutio omnino superua-cua esset:si protinus omnes,atq; baptizati sunt,euaderẽt sacerdotes. In actibus etiam apostolorum de Paulo & collegis eius dictum est. Cum
Actuũ.14 constituissent illis per diuersas ecclesias:presbyteros. Quomodo igitur illi,simul atq; baptismo abluti sunt,fuerunt sacerdotes:si postea ex con-stitutione Pauli & suorum,ad sacerdotium sunt prouecti? Rursum in
Actuũ.20 eodem actuum apostolicorum libro refert Lucas,ꝙ cum Paulus accirí curasset Miletũ ex Epheso maiores natu ecclesiæ:inter cætera ipsis con-testatus est,ꝙ eos spiritus sanctus posuerit episcopos regere ecclesiam dei.Vbi per maiores natu ecclesiæ intelligũtur sacerdotes:authoritatem gubernandi ecclesiam,administratoriámq; potestatem habẽtes.quos ad id particulatim delectos atq; à spiritu sancto assumptos:hic perhibet Paulus.Quomodo igitur illi:ex ablutione baptismali facti sunt sacerdo tes? aut quonã modo erit sacerdotiũ:in noua lege omnibus promiscuũ? 6
¶Sexta.Beatus pater Dionysius in libro de ecclesiastica hierarchia,sa cerdotalẽ ordinem manifeste à sancta plebe distinguit:& ab ipso eccleſię CHRISTI exordio,distinctum fuisse innuit. Siquidem ritũ consecrã-di sacerdotes à pontifice,quo primitiua tunc vtebatur ecclesia ex tradi-tione apostolorum:accurate describit.Deinde ordinẽ plebis sanctæ, sa-cerdotalí ministerio subijcit illuminandũ:cum ait in sexto eiusdem libri
Dionysius capite.Medius autem contemplatiuus ordo est,& sacrorũ quorundam pro captu suo in omni mũditia particeps:qui ad illuminandũ sacerdo-tibus est distributus.Hunc equidem sanctæ plebis ordinẽ dixerim: vt-pote per omnem purgationem profectum, sanctorúmq; mysteriorũ cõ-tuitu sacro(vt fas est)consortióq; dignatum.Hæc ille. Huiusmodi autẽ ordinatissima sacerdotum à plebe discretio,ipsorúmq; ab episcopis per certos ritus & constitutas cærimonias cõsecratio:ab ipso euangelicæ le-gis exortu per totum ecclesiæ sanctæ decursum ad hæc vsq; tempora no-stra,inconcusse & incontaminate seruata est.Quid igitur tanta appro-batam antiquitate temporis distinctionẽ sacerdotalis ordinis à reliquo populo Christiano:nunc demoliri connititur Lutherus,& inordinatis-sima confusione subuertere? ¶Septima ratio. In republica ciuili:non 7
omnes sine discrimine reges sunt,aut duces populi,aut principes. sed ij tantũ:qui hæreditaria successione,delectu populi,aut constitutione su-perioris potestatis,ad dominatum sunt assumpti. Quod & beatus Pe-
1.Petri.2 trus clare demonstrat: ita scribens.Subditi estote omni humanę creatu-

ræ:propter deum.siue regi quasi præcellẽti:siue ducibus tanq; ab eo mis-sis,ad vindictam malefactorũ, laudem vero bonorũ.Idem quoq; com-probat & sanctus Paulus in epistola ad Romanos: his verbis.Omnis Roma.13
anima:sublimioribus potestatibus subdita sit. Nõ est enim potestas:nisi à deo,quæ autẽ sunt à deo:ordinata sunt.Itaq; qui resistit potestati: dei ordinationi resistit.qui autem resistunt:ipsi sibi dãnationẽ acquirũt. Et relíqua eiusdem loci,in eandem cõsequentia sententiam:liquidoq; pro-dẽtia, principatũ & potestatem in ciuili administratione,non omnibus esse cõmunẽ. Quomodo igitur in republica ecclesiastica erũt omnes qui signaculum fidei in baptismo susceperũt: sacerdotes,regésq; sacrorum? Nonne si ita se res haberet:longe pulchrior esset partiũ ciuilis facultatis distinctio q̃ ecclesiasticę? nonne etiã multo foret elegãtior in illa q̃ in hac concinnitas,decor & venustas? cũ tamen ecclesiastica:ciuilẽ longe digni-
8 tate antecedat. ¶Octaua. Si omnibus sine ætatis aut sexus discrimine cõueniat sacerdotiũ, qui Christianissimũ sunt professi:nimirũ cõuenient etiã omnibus & sacerdotalia officia.Nempe siquibus functiones ad sa-cerdotem pertinẽtes nõ cõpetunt: quomodo erunt illi sacerdotes,nisi no mine tenus & non re ipsa? Perinde atq; titulo tenus rex ille esset:qui nec regnum obtineret,in quo moderationẽ gerere posset regiam,nec popu-lum,cui regali potestate præsideret.Inania nanq; sunt hæc dignitatũ & officiorũ nomina:si non habeãt simul annexam suorum ministeriorum ac munerũ propriorũ executionẽ.Sin vero quis admiserit,omnibus etiã Christianis congruere officia & ministeria sacerdotum: admittat etiam oportet,& pueros vt sacra faciant posse citra reprehẽsionem astare alta-ribus,& delinquentium confessionem audire.mulieres itidem sacris in-dutas vestibus posse sanctam consecrare hostiã:ac missæ officiũ celebra-re.quinimmo & laicos omnes,pœnitentiũ reconciliationẽ audita eorũ confessione tentare posse:& sacramẽta omnia ecclesiastica aliis minis̃tra-re.Sed quis vnq̃ adeo desipiat:vt hanc extremã ferat insaniam,Hippo-craticis pharmacis purgandam?

¶Rationum Lutheranarum,comprobare nitentiũ, cõmu-ne omnibus Christianis esse sacerdotium euangelicum & nouæ legis:dissolutio. Cap.VI.

1 CEterum insistit aliquot rationibus Lutherus in suo de abroganda missa priuata libro:ad cõmonstrandũ, nõ esse proprium aliquibus & peculiare sacerdotiũ nouæ legis.primũ obiectans illud beati Petri verbũ in prio-re sua epistola.Vos autem genus electum,regale sacer 1.Petri.2
dotium:gens sancta,populus acquisitionis. Quod nõ particulatim ad destinatos ecclesiastico muneri scribit:sed generatim ad omnes fideles etiam laicos,quos tamen sacerdotij titulo honorat. Et eo-dem loco hisce verbis cõpellat eosdem Petrus. Et ipsi tanq; lapides viui 1.Petri.2

superędificamini domos spirituales in sacerdotium sanctũ. Rursum in Apocalypsi cœtus sanctorũ, æternę gloriæ particeps, CHRISTO gratiarum actiones concinens: ait. Fecisti nos deo nostro: regnũ & sacerdotes. Et deinceps in eodẽ libro: de quibusq; incolis supernæ ciuitatis, inquit beatus Ioannes. Sed erunt sacerdotes dei & CHRISTI eius. Vbi eos etiam qui laici, cum hic agerent, fuerunt: sacerdotũ nomine insignit.

Apoca. 5

Apoca. 20

¶ Verum hic admirari lubet argutam ipsius Lutheri dialecticam: qui cum Aristotelis dãnet studium, & gymnasia publica ad capessendas cuiusq; generis disciplinas recte instituta: homonymia ęquiuocationéq; vocabuli hic luditur, eáq; inscitia sua totã obturbat ecclesiã CHRISTI. Nempe sacerdos secundũ propriam & vulgatam acceptionem, is est qui ecclesiasticæ addictus sorti altarisq; ministerio deputatus: sacratissimam in missæ officio eucharistiam deo offerendi sortitus est potestatẽ. Sacerdotiũ vero in sua peculiari ratione: est huiusmodi sacerdotis munus & officium, secundũ ritum scilicet ecclesiæ, sacrosanctam consecrãdi & immolandi hostiam. Et secundum hanc significationẽ (quam omnes, cum de sacerdotibus & sacerdotio fit sermo: protinus animo concipiũt & cõplectuntur) astruimus cũ ecclesia sancta, sacerdotes à laicis esse discretos: & idipsum, duobus proximis capitibus multifariam comprobauimus. Nõnunq; vero etiam in sacris literis generaliori ratione ac ambitu dicũtur sacerdotes: qui quoduis deo offerunt spirituale sacrificium, siue cõpũctionis cordis, siue castigationis corporis, siue orationis, aut alterius cuiuspiam boni operis. Et his respondens sacerdotium, cõmuni sua ratione etiam comprehendit quorũlibet operũ iustitiæ oblationem: deo à quouis Christiano factam. Quod quidẽ sacerdotiũ spirituale & mystícum: ipsi quoq; ingenue fatemur Christianis omnibus bona operantibus esse cõmune. & quosuis deo offerentes opera iustitiæ, etiam laicos, mulieres & pueros: esse hoc modo sacerdotes. Quo sane modo cõmuni: & sacerdotes & sacerdotium accipiũtur in locis illis sacræ scripturæ, per Lutherum in obiectione præsente citatis. Sed non tam generalem sacerdotum & sacerdotij acceptionem attendit ecclesia sancta, nec scriptores ecclesiastici: cum sacerdotes secernunt à laicis, & sacerdotium à populari turba dirimunt. Priorem enim illam tantum & contractiorem vtriusq; significationem modo positam tum animaduertunt: & ad eam solã, mẽtis suæ cõuertunt aciem atq; inflectũt. Quẽadmodũ tametsi Christiani omnes, subijcientes carnem spiritui & improbos affectus rationi: merito reges dici possint, & obtinere regnum spirituale intra seipsos, regnáq; super terram, atq; ita interdum appellentur in sacris codicibus: nõ tamen idcirco quis recte cẽsuerit, omnes Christianos esse dicẽdos reges, & regno potiri: vt ea nomina designant monarcham regioni gubernandæ præsidẽtem, & monarchiam ipsam principatũq; regium in ciuili administratione. Itaq; non debent indiscriminatim dici omnes Christiani

2

sacerdotes, sicut nec omnes denominari reges: secundũ propriam & consuetam in vsu publico vtrorũq; rationem. Et quemadmodum operatores iustitiæ Christiani omnes, dici possunt reges & regno potiri: ita & singuli eorum vere denominari queunt sacerdotes, secũdum generalem amborũ, & longe plura q̃ in priore acceptione, suo ambitu & sinu comprehendentem, significationẽ. ¶ Secũdo insurgit Lutherus ad comprobandã sacerdotij in omnes Christianos cõmunionẽ: hac ratiocinatione. Ad omnes baptismi lauacro ablutos fideles attinet sacrificiorũ oblatio: vtpote castigatio carnis, de qua: ad Romanos cuiusuis status atq; sortis, scribit Paulus. Obsecro vos fratres per misericordiam dei: vt exhibeatis corpora vestra, hostiam viuentem, sanctam, deo placentem, rationabile obsequium vestrum. Similiter compunctio cordis afflicti & contriti: ob admissa in deum peccata, de qua: propheta in psalmo. Sacrificiũ deo spíritus cõtribulatus: cor contritum & humiliatũ deus non despicies. Præterea orationis deuotæ ad deum effusio: de qua, etiam propheta in psalmo. Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo: eleuatio manuum mearum sacrificium vespertinum. Deniq; erogatio eleemosynæ in pauperes, ad laicos etiam spectans: sacrificium & hostia dicitur apud Paulum, ita scribentem ad Hebræos. Beneficentiæ & cõmunionis nolite obliuisci: talibus enim hostijs promeretur deus. Quorum autem munus est & opus, sacrificiorum oblatio: hi & sunt & dicuntur sacerdotes. quandoquidem propriæ sacerdotum partes habentur: offerre deo victimas & hostias. Sunt igitur omnes Christiani: sacerdotes. ¶ Sed & hic ridẽda est Lutheri dialectica: qui haud minus in hac sua argutia quàm prius, æquiuoco fallitur. Nempe sacrificium secundũ particularem & propriam rationem suam, euãgelicæ legi accõmodam: est sanctissimi sacramenti eucharistiæ in missa oblatio. quoniam ea, vnicum est & verum nouæ legis sacrificiũ: vt sequens apertius indicabit sermo. Et huiusmodi sacrificij immolatio, ad solos pertinet Christianę professionis sacerdotes: secundum ecclesiasticam sanctionem institutos. At vero secundũ generalem & diffusam in plurima acceptionẽ: sacrificium dicitur cuiusq; boni operis executio, in dei honorem facta. vt emaceratio corporis, contritio cordis, feruens oratio, bonorum externorum in pauperes cõmunicatio: & cætera id genus opera iustitiæ. Talis autem sacrificij tam cõmuni ratione dicti oblatio, generatim ad quosuis spectat Christiani nominis titulo insignitos: & non tantũ ad sacerdotes ecclesiasticos. quẽadmodũ beatus Petrus ad fideles cuiuslibet gradus atq; professionis scribit, exhortans: q; sint offerentes spirituales hostias, acceptabiles deo per IESVM CHRISTVM. Quo quidem modo tam generali atq; in plura extenso: sumitur sacrificij nomen in omnibus illis scripturæ locis, in hac obiectione adductis. Itaq; ecclesia sancta cum de nouæ legis agit mysterijs atque ministris: sacerdotes & respondens eis sacrificium accipit

Roma. 12

Psalmo. 50

Psal. 140

Hebræ. 13

1. Petri. 2

ſecundum propriam & particularem vtriuſq; rationem. Lutherus vero cum ſuis aſſeclis, vtrunq; ſumit nomen: ſecundũ generalem & pene communem Chriſtianis omnibus ſignificationem. Et ergo à ſententia eccleſiaſtica, tota deerrat via, incaſſumq; illi contranititur.

¶ Non ad omnes Chriſtianos pertinere miniſterium publice prædicãdi verbũ dei: ſed ad eos tantũ, qui ad munus illud exercendũ, poteſtatẽ à ſuperioribus ſuis acceperũt. Ca. VII

TErtio deinde loco hac ratione, prædictam ſuam aſſertionem, quòd Chriſtiani omnes ſint ſacerdotes: fulcire conatur Lutherus. Ad ſacerdotes eccleſiaſticos & nouæ legis, potiſſimũ ſpectat miniſteriũ docendi verbum
Mala. 2 dei: teſte Malachia propheta, cum ait. Labia ſacerdotis cuſtodiunt ſcientiã, & legem requirent ex ore eius: quia angelus domini exercituũ eſt. Atqui officiũ docendi verbũ dei: ad omnes promiſcue ſpectat, etiam laicos & mulieres. Siquidem apoſtolus
1. Corin. 3 de omnibus loquens Chriſtianis: ſcribit ad Corinthios. Fiduciam autẽ talem habemus per CHRISTVM ad deũ: non q̃ ſufficiẽtes ſimus cogitare aliquid à nobis quaſi ex nobis, ſed ſufficiẽtia noſtra ex deo eſt. Qui & idoneos nos fecit miniſtros noui teſtamenti: non litera ſed ſpiritu. Et beatus Petrus ad omnes in CHRISTVM credẽtes, quibus ſuã dirigit
1. Petri. 2 primã epiſtolã, verba faciẽs: ait. Vt virtutes annũcietis eius: qui de tenebris vos vocauit in admirabile lumen ſuũ. Rurſum & Paulus ad fide-
1. Cori. 14 les Corinthios verba dirigẽs: inquit. Poteſtis enim omnes, per ſingulos prophetare: vt omnes diſcant & omnes exhortentur. Ad hæc. In euãge-
Ioan. 6 lio dictum legimus. Eſt ſcriptum in prophetis. Erunt omnes docibiles dei: ſiue docti à deo. & id per ſpiritũ: & verbum dei. Poſſunt igitur omnes: verbum dei docere. Deniq; leguntur mulieres multæ claruiſſe ſpiritu prophetico: & ergo authoritatem docendi habuiſſe, eamq; plærunq; exercuiſſe prouinciam. Et quamuis ſecundum ſententiam beati Pauli
1. Cori. 14 (inquit) vbi viri ſunt, loquendi officio fungentes: non debent mulieres loqui, attamen nullis loquentibus viris: neceſſe eſt vt mulieres loquantur. Sunt igitur & mulieres, ſacerdotes euangelici: ſimiliter & laici, & in vniuerſum omnes Chriſtiani. Hæc Lutherus. ¶ Verum adhibenda 2
huic cauillationi eſt reſponſio: admiſſa propoſitione primo aſſumpta loco, reijciendam eſſe eam quæ ſecundo ponitur ordine, ad omnes ſcilicet Chriſtianos, etiam mulieres & plebeios: ſpectare miniſterium docendi in propatulo atq; publica concione verbum dei. Fuit enim ea aſſertio erronea & improba: in concilio Conſtantienſi, inter deliramenta
Viclefus. Viclefi, & Ioannis Hus (quorum praua dogmata Lutherus hac noſtra tempeſtate pro viribus exuſcitat: tanquam in ipſum tranſierit illo-
Euphorbus Pythagoras. rum ſpiritus, vt quondam Euphorbi anima in Pythagoræ corpus commigraſſe, à Naſone canitur) merito reprobata & damnata. quemadmo-

dum ſufficiens perhibet teſtimonium, Martini quinti decretum apoſtolicum: errorum vtriuſq; modo nominati, articulatim condemnatorium. Eſt enim ſupra dicta propoſito, ſcripturæ ſacræ penitus aduerſa: quæ beati Pauli oraculo perhibet, neminem prædicandi verbi dei officiũ ſibi vendicare debere: niſi mittatur ab habente authoritatem deſignãdi alijs eam prouinciam. Quomodo enim prædicabunt (inquit Paulus de an- Roma. 10
nunciatoribus verbi dei) niſi mittãtur? ſicut ſcriptum eſt. Quàm ſpecioſi pedes euangelizantium pacem: euangelizantiũ bona. Vnde & ſanctus Ioannes baptiſta, miſſus à deo eſſe affirmatur: ad perhibendum annun- Ioannis. 1
ciatione publica teſtimoniũ de lumine. Et CHRISTVS dominus noſter, oraculo prophetico ſe miſſum eſſe à ſpiritu domini conteſtatus eſt: Lucæ. 4
ad euangelizandum pauperibus & manſuetis corde. Ipſe quoq; apoſtolis committens prouinciam annunciandi mundo euangelium regni: Eſaiæ. 61
ait illis. Ecce ego mitto vos: ſicut oues in mundo luporum. Et iterum Matth. 10
ad eoſdem. Sicut miſit me pater: & ego mitto vos. Sed neq; Moyſes, populi Iſraëlitici dux fuit & legifer, diuinorúmq; explicator præceptorũ Exodi. 3
ad turbam: niſi prius à deo ad id muneris obeundum miſſus. Neque Eſaiæ. 6
prophetæ ſancti, Eſaias, Hieremias, Ezechiel & cæteri: ſuis vaticinijs Hiere. 1
& recte viuendi inſtitutis populum palàm formarunt: niſi ad idipſum Ezech. 2
diuino delectu miſſi. Proinde de pſeudoprophetis, qui proprio ſenſu ac nutu arrogarunt ſibi authoritatem vaticinandi, & annunciandi populo verbum dei: conqueritur dominus per Hieremiam dicens. Non mit- Hiere. 23
tebam prophetas: & ipſi currebant. non loquebar ad eos: & ipſi prophe-
3 tabant. ¶ Itaque id ex ſecunda ad Corinthios epiſtola adductum primo loco in obiectione: ad comprobationẽ refutatæ iam propoſitionis, vtpote, qui & idoneos nos fecit miniſtros noui teſtamenti. non omnes 2. Corin. 3
generatim Chriſtianos demonſtrat nec complectitur: ſed ipſum tantũ apoſtolum id ſcribentem, & coadiutores eius in miniſterio verbi dei ac prædicatione euangelij. Paulum autem à deo miſſum eſſe ad huiuſmodi officium: dubitauerit nemo, cum de illo dixerit dominus Ananiæ. Vas electionis eſt mihi iſte: vt portet nomen meum coram gentibus & Actuũ. 9
regibus & filijs Iſraël. De ipſo etiam & Barnaba: ſcribit Lucas in actis apoſtolicis. Et ipſi quidem miſſi à ſpiritu ſancto abierunt Seleuciam: Actuũ. 13
& inde nauigauerunt Cyprum. ¶ Beati vero Petri verbũ, ſecundo citatum loco: ſcilicet, vt virtutes annuncietis eius qui de tenebris vos voca- 1. Petri. 2
uit in admirabile lumen ſuum. non de annunciatione quæ per publicam fiat prædicationem, ſolum intelligitur: ſed & de ea quæ per priuatam fit ad alterum exhortationem, qua inducatur ad fidem. Atqui ſecreta illa ad fidem & virtutem admonitio atque inductio: nemini hominũ eſt denegata, quin eam facere poſſit. vt neque alicui vetita fraterna correctio: quin illã exerceat tempore & loco congruenti. Publica tamen delinquentium correptio: de qua Paulus ad Timotheum ſcribit.

1.Timo.5 Peccantes coram omnibus argue: vt & cæteri timorem habeant, ad eos dúntxat pertinet: qui authoritatẽ habẽt & iurisdictionẽ in eos quos velint corripere. Quòd si quis peruicaciter contendat beatũ Petrum inibi facere verba de annunciatione verbi dei in publico hominũ cœtu & consessu: pro illis tunc ibidẽ loquitur, & de illis, ad quos id munus ex officio designato spectat, & non in vniuersum de omnibus. cũ in nulla vnq̃ lege fuerit omnibus sine discrimine permissa potestas: propalam annunciandi verbum dei. ¶Porrò venerabilis Beda prædictum beati Petri locum exponens: annunciationẽ illam virtutum dei interpretatur magnificationem, laudationémq; diuinæ virtutis, in gratiarum actione pro susceptis beneficijs persoluenda. Ita enim ait. Populus acquisitionis facti sumus in sanguine nostri redẽptoris: quod erat quondã populus Israël
Beda. Exodi.14 redemptus sanguine agni de Ægypto. Vnde & in sequenti quoq; versiculo mystice veteris recordatus historiæ: & hanc etiam nouo dei populo spiritualiter docet implendã, dicens. Vt virtutes annuncietis eius: qui
1.Petri.2 de tenebris vos vocauit in admirabile lumen suũ. Sicut enim ij qui de Aegyptia seruitute liberati sunt per Moysem, carmen triumphale post
Exodi.15 transitũ maris rubri & demersum Pharaonis exercitum domino decãtarunt: ita & nos oportet post acceptam in baptismo remissionem peccatorum, dignas beneficijs cælestibus rependere gratias. Nanq; Aegyptij qui populum dei affligebant, quia tenebræ vel tribulationes interpretãtur: apte persequentia nos peccata sed in baptismate deleta, significant. Liberatio quoq; filiorum Israël, & ad promissam olim patriam perductio: congruit mysterio nostræ redemptionis, per quã ad lucem supernæ mansionis, illustrãte nos ac ducente CHRISTI gratia, tendimus.
Exodi.13 Cuius lucem gratiæ, etiam illa nubis & ignis columna mõstrauit: quæ eos & in toto itinere illo à tenebris defendit noctium, & ad promissas patriæ sedes inerrabili calle perduxit. Hæc Beda. Ex quo quidem datæ propositionis sensu, admodum accommodo rei propositæ, & à glossa ordinaria circa eundem epistolæ beati Petri locum etiam assignato: nequaq̃ conficere queat Lutherus, esse datam omnibus etiam laicis sine discrimine facultatem annunciandi in publica ad populum declamatione verbum dei, vt prætendit. ¶Porrò ex beati Pauli sententia, in pri 4
1.Corin.14 ma ad Corinthios epistola conscripta, quæ tertio affertur loco in hac obiectione: aliud nihil recte potest colligi, quàm omnes qui prophetiæ donum acceperunt: posse per singulum quenq; atque singulatim prophetare, sacrámq; scripturam interpretari. vt per huiusmodi explanationem diuinarum literarum, omnes qui assunt in ea corona & cœtu: discant intelligentiã sanam sanctæ scripturæ, & pia exhortatione incitentur ad studium pietatis ac virtutũ. Non ergo illic Paulus de prædicatoribus loquitur: sed prophetis, id est sacræ scripturæ interpretibus, & qui à deo gratiam & donũ interpretationis sermonum acceperunt.

Neq; ibidem prophetare, perinde valet atq; verbum dei in publico auditorio proferre: siue prædicare populo euangeliũ CHRISTI. sed tantum designat interpretari & exponere scripturã diuinam: per quam interpretationem & vniuersim & singulatim possunt omnes qui assistunt ædificari in sana doctrina & sacra admonitione. Quocirca ex eo Pauli verbo: non potest Lutherus apte suum conficere propositũ. Non enim si id datũ est & indultũ vt discant omnes & exhortentur, id est accipiãt ab alijs exhortationem ad bonum: collegerit ipse probe, & id concessum esse, quòd doceant omnes verbum dei publica euangelij annunciatione, atq; alios exhortẽtur in frequenti & numeroso auditorũ cœtu. Discere
5 enim, vel omniũ est: docere vero, paucorũ & ad id designatorũ. ¶Eun- Ioannis.6
dem in modũ ex illo verbo euangelico, erunt omnes docibiles dei, quar to loco in medium producto ab aduersario, nihil colligi potest aliud: nisi quòd omnes demũ à deo euadent docti, & sanctis fidei mysterijs instituti. quemadmodũ per Esaiam prophetam promiserat dominus: dí- Esaiæ.54
cens. Ponam omnes filios tuos: doctos à domino. Dicuntur enim docibiles dei: qui dociles sunt & suasibiles, atq; ita animo dispositi: vt facile doceantur à deo. & omnibus qui obstaculum non obiecerint, eo prophetico oraculo promittitur doctrina fidei: à deo tanq̃ præceptore & magistro percipienda. Hunc quidem dictæ propositionis sensum assignat Chrysostomus, homelia quadragesima quinta super Ioannem: his ver- Chrysosto-
bis. Vides fidei dignitatem: quòd non ab hominibus neq; per hominẽ, mus.
sed per ipsum deum ea imbuendi sunt. Idcirco vt fidem verbis suis comparet: eos ad prophetas relegat. Nã si erunt omnes docibiles dei: quare aliqui non credunt? Quoniam hoc: de pluribus dictum est. & præterea illud propheticum: omnes volentes significat. Magister enim omnibus proponitur: paratus ad docendum & communicandum doctrinam suã. Et paulo post eodem loco. Quid autem: qui antehac fuerunt? nunquid docibiles erant dei? quid hoc in loco eximium est? Quòd tunc per homines, res diuinas docebantur: nunc per vnigenitum & spiritum sanctum. Hæc Chrysostomus. Cui respondet, quantum ad cõformitatem intelligẽtiæ, & beatus Augustinus: ita super Ioannem, prædictum locum exponens, & in CHRISTI persona loquens. Quare hoc dixi? Augustinus
O Iudæi, pater vos non docuit: quomodo me potestis agnoscere? Omnes regni illius homines: docibiles erunt dei, non ab hominibus audiẽt. Et si ab hominibus audiunt: tamen quod intelligunt intus datur, intus coruscat, intus reuelatur. Quid faciunt homines: forinsecus annuncian-
tes? Quid facio ego modo: cum loquor? Strepitum verborum ingero auribus vestris. Nisi ergo reuelet ille qui intus est: quid dico vel quid loquor? Hæc Augustinus. Erunt itaque omnes docibiles dei: id est docebuntur à deo arcana fidei. Quod maxime completum est: quando per spiritum sanctũ totus mundus fidem edoctus est. Sed quis ex hoc recte

ſubintulerit:idcirco omnes poſſe exercere miniſteriũ annunciandi verbum dei in propatulo,& coram magna hominũ frequentia? is nimirũ ſolus:qui idem eſſe putat docere alios & ab alijs doceri,neq; perpendit haud magni eſſe negocij: precario doctrinam ab alio percipere, idq; ad omnes promiſcue pertinere. arduum vero & factu difficile opus eſſe:docere alios, & ijs ſolis id congruere, qui inſigni pollent doctrina pariter & docendi authoritate. ¶Deniq; quod de mulieribus affert poſtremo 6
Lutherus,ſpiritu prophetico illuſtratis,& ſuo tempore magna authoritate inſignitis:non cõuincit idipſum quod molitur aſtruere. Nam illę propter hanc claritudinem & prophetici doni præſtantiam:non habuerunt protinus publicam docendi verbum dei prouinciam. Neque enim
Iudicum.4 4.Regũ.22 Lucæ.2 Delbora nec Olda prophetiſſa, nec ſancta illa vidua Anna octogenariam ſupergreſſa ætatem, leguntur prædicaſſe populo verbum dei: ſed tantũ ea quæ ſuggeſſit illis ſpiritus domini,prædixiſſe. Et ſiquæ earum aut in veteri aut nouo teſtamento ex ſingulari prærogatiua id exercuerunt opus prædicandi toti multitudini verbum dei: illæ à ſpiritu ſancto loquente in ipſis & per ipſas,miſſæ ſunt ad illud munus exercendũ: ſpeciali quodam dono. Verum priuilegia paucorum:non ſunt in communem legem trahenda. Inſuper mulieres ipſas in publico cõſeſſu atq; conuentu multorum docere poſſe verbum dei,vt contendit deinde Lutherus: plane aduerſatur ſententiæ Pauli, dicentis in prima ad Corin-
1.Corin.14 thios epiſtola. Mulieres in eccleſijs taceant. non enim permittitur eis loqui:ſed ſubditas eſſe,ſicut & lex dicit. Siquid autem volunt diſcere:domi viros ſuos interrogent. Turpe eſt enim mulieri:loqui in eccleſia. Et
Gene.3 ne quis id tanq̃ humanum placitum paruifaciat aut aſpernetur: ſubiũgit eodem loco apoſtolus. Si quis videtur propheta eſſe aut ſpritualis: cognoſcat quæ ſcribo vobis,quia domini ſunt mãdata. Eandem quoq; comprobat ſententiam in prima ad Timotheum epiſtola: dicens. Mu-
1.Timo.2 lier in ſilentio diſcat:cum omni ſubiectione. Docere autem, mulieri nõ permitto:neq; dominari in virum,ſed eſſe in ſilentio. Suffragatur etiam eidem ſententiæ decretũ illud concilij Carthaginẽſis: quod viceſimatertia diſtinctione,cap.mulier,ſic adducitur. Mulier quãuis docta & ſancta:viros in conuentu docere non præſumat. Laicus autem pręſentibus clericis,niſi ipſis rogãtibus:docere non audeat. Et illud itidẽ Leonis papæ verbũ: quod decimaſexta quæſtione prima,cap.adijcimus.affertur.
Leo papa Præter domini ſacerdotes nullus audeat prædicare:ſiue monachus ſiue laicus ille ſit,qui cuiuſcunq; ſcientię nomine glorietur. Demum & illud
Ambroſius verbũ Ambroſij, quod triceſimatertia quæſtione quinta,cap.mulierẽ. citatur: eandẽ corroborat apoſtolicã aſſertionẽ. Mulierẽ(inquit)conſtat ſubiectã dominio viri ſui eſſe.nec docere poteſt nec teſtis eſſe,nec fidem dare nec iudicare. Ex quibus omnibus conſtat: q̃ inualida eſt hæc tota Lutheri obiectio. Demum ex ijs quæ à quarto præſentis libri capite in

hunc vſq; locũ ſunt adducta,dilucidũ euadit:q̃ inepta ſit & impia Lutheri aſſertio,ſecũdo eius dicto ſupra annotato circa huius libri principiũ,cõprehẽſa:atq; pluriſariã in proximis quatuor capitibus cõfutata.

¶Non eſſe abrogandam miſſam priuatam:nec ſolis diebus dominicis celebrandum eſſe myſteriũ miſſæ, vt contendit Lutherus contra eccleſiaſticum inſtitutum. Cap.VIII.

¶Einceps aperiendũ hoc loco occurrit: q̃ abſurda & irrationabilis ſit illa celebrandæ miſſæ lex & ratio, quã Lutherus ſua ipſius authoritate(ne dicam temeritate) toti pręſcribere tentat eccleſiæ: in tertio eiuſdem dicto, circa libri huius exordium explicato. Quo quidẽ cenſet abrogandam eſſe omnem miſſam priuatam:& ſolis diebus dominicis celebrandam miſſam publicam,ad quam conueniant fideles,ſacramq; dominici corporis cõmunionem percipiant:iuxta imi-
1 tationem(vt ait)primitiuæ eccleſiæ,ordinationiſq; apoſtolicæ. ¶Enimuero ſi ſuſtollatur prorſus miſſa priuata : nullo vnq̃ tempore liceret ſacerdotibus ſecularibus priuatis & paſtoralem curam minime gerentibus,ſed nec viris religioſis in domibus monaſticis offerre deo ſacrificiũ in miſſæ celebratione. quòd non habeant alicuius eccleſiæ parochialis adminiſtrationem:cuius populo publicam celebrent miſſam, & euchariſtiæ ſanctæ tradant participationem. Quocirca quãtauis ferueat deuotione aut ſyncæro in deum affectu ſacerdos priuatus in ſeculo ſubſiſtens:quantacũq; etiam vitę puritate,abſtinẽtia,ſobrietate emineat regularis diſciplinæ obſeruãtiſſimus religioſus in auſteritate monaſtica: nullo vnq̃ anni die liceret huic & illi ſacrificare hoſtiam laudis,& ſacroſanctã euchariſtiam conſecrare,nec in ipſo quidem die feſto paſchæ nec pentecoſtes nec natiuitatis dominicæ:q; materiam nec ille nec hic habeat celebrãdæ miſſæ publicę. Sed quis has æquo perferet animo meras inſanias? Quid oro prodeſſet illis collatus ordo ſacerdotij: cuius nunquã poſſent munus præcipuum exequi? Quid deniq; extruerentur altaria in cœnobijs,monachorũmq; tẽplis:ſuper quę nunq̃ poſſet à quopiã monaſticæ profeſſionis cultore imponi hoſtia ſalutaris immolanda deo?
2 ¶Sed neq; ſacerdotes parochialem eccleſiam regendã ſortiti,in celeberrimis totius anni ſolennitatibus: vt natalis dominici, circũciſionis,epiphaniæ,omnium ſanctorum, celebritatibuſq; ſacratiſſimæ virgini MARIAE dicatis,poſſent publicã celebrare miſſam:niſi prædictæ ſolẽnitates die dominico obuenirent.quandoquidẽ ſecundũ Lutheri placitũ:ſolis diebus dominicis eſſet illa miſſa publica celebrãda. Quocirca neq; in ſabbatis quatuor temporũ conferens ordines epiſcopus,neq; feria quinta ante feſtum paſchale conſecrans ſanctũ chriſma: poſſet miſſarũ ſolennia celebrare. quinimmo in diebus ipſis rogationum, die etiam feſto aſcenſionis dominicæ & ſanctiſſimi ſacramẽti euchariſtiæ,nulla poſſent

ab epiſcopis & ſacerdotibus etiam paſtoralem gerentibus curam, miſſarum peragi myſteria: ꝙ diebus dominicis illæ celebritates nunq̃ obtingant. Illud autem aſtruere: extremæ eſt dementiæ. ¶ Rurſum, complures ſunt eccleſiæ parochiales tantam ſuo ambitu complectentes populi multitudinem: vt non poſſit ſimul tota, intra ipſius templi ſepta contineri ſine grauiſſima & periculoſa preſſura. Et quando in ipſa ſolennitate paſchali ſecundū probatiſſimam eccleſiæ conſtitutionē laici ſunt recepturi ſacram euchariſtiæ cōmunionem: non omnes eiuſdem eccleſiæ parochiani vno eodémq; die illam recipiūt, aut in vna eadémq; diei miſſa, ad euitandum periculum: quod ob turbam copioſam ſe comprimentem accidere poſſet. Sed nonnulli laicorum, feria quinta ante paſcha in quibuſdā locis menſam accedunt dominicā: & inde panem vitæ æternæ ſumunt. Alij autē in ipſo ſabbato paſchæ: alij vero in die ſancto paſchæ ſacram percipiunt cōmunionem, quiſq; pro ſua oportunitate. Et horum qui in die paſchali participationē ſacri myſterij ſuſcipiunt: aliqui matutino tempore poſt audita miſſarum ſolennia ſumunt à manu ſacerdotis id viuificum ſacramentū. Alij autem circa medium matutini temporis decurſum: alij demū circa poſtremam antemeridiani temporis partem, menſam adeunt dominicā, etiam audita miſſæ celebratione, quiſq; ſcilicet pro commodiore ſibi tempore. neq; hac in re aliqui eorum: vlli ſunt reprehenſioni obnoxij. Quomodo igitur omnes tam numeroſæ multitudinis parochiani, ſingulis diebus dominicis conuenire cōmode poterunt ad vnicam miſſam publicā: ſacram in ea cōmunionem percepturi, ſecundū ipſius Lutheri ſentētiam? ¶ Præterea, q̃ antiqua ſit celebratio- 4
nis miſſarum traditio: in libro decretorum, de conſecratione diſtinctione prima, cap. Iacobus. ex ſexta quidem ſynodo, his verbis adaperitur. Iacobus frater domini ſecundū carnem: cui primum credita eſt Hieroſolymitana eccleſia: & Baſilius Cæſarienſis epiſcopus, cuius claritas per totum orbem refulſit: in ſcripturis addiderūt nobis miſſæ celebrationē. Hæc ibi. Eandem quoq; miſſæ celebrandæ antiquitatem comprobat venerabilis pater Thomas Vualden (de quo: circa finem primi libri habitus eſt ſermo) in ſuo libro de ſacramentalibus: per totum quartum illius operis titulum, à viceſimoſeptimo capite vſq; ad quadrageſimū quartū: contra Viclefum agens, annitentē ſuis ſcriptis ſuſtollere penitus miſſarū ſolennia, vt & nunc aſtipulator eius facit Lutherus. Enimuero diffuſa determinatione & præclara, idem grauiſſimus author, ritus omnes & cærimonias miſſæ à capite ad calcem vſq; declarat: ſingularum aſſignās rationem myſticam, & dicta ſua ſanctorum patrum potiſſimum antiquorum authoritate ſententijſq; copioſe cōmuniens. non vno quidē aut altero loco: ſed per vniuerſum quarti illius tituli & capitū illo comprehenſorum contextū. In quorum poſtremo, propriam quoq; facit pertractationem de miſſæ inſtitutione: & à quibus inſtituta fuerit. perhibens

Thomas Vualden.

inter cætera, beatum Paulum Timotheo & Dionyſio hanc celebrandæ miſſæ formā dediſſe: quam ex apoſtolorū (inquit) traditione cunctis eccleſijs diſpenſandam traduxit. Quam ideo cum tanta vniformitate: remotiſſimæ gentes ſine notanda ſingularitate ſequuntur & colunt. Hæc ibi. Et planū eſt beatum Dionyſium Areopagitam apoſtolis coætaneū, primæuaq; eccleſiæ alumnū, in tertio capite ſui libri de eccleſiaſtica hierarchia: ritum celebrandæ miſſæ qui tum habebatur ex traditione apoſtolorum, particulatim deſcripſiſſe: myſticūq; illarū cęrimoniarū & ſpiritualē ſenſum, egregie ibidē explicuiſſe. cuius authoritati propter antiquitatē, inter cęteros prędictus innititur in loco iam citato. Tanta igitur temporis antiquitate roboratā, & continuo in toto orbe Chriſtiano approbatā vſu oblationē auguſtiſſimi ſacramenti euchariſtię in officio miſſæ, quibuſuis permiſſam ſacerdotibus: qua frōte, qua fiducia, qua deniq; authoritate, audet hic ſacrorū prophanator Lutherus & cōtaminator ſanctuarij dei, euertere, abrogādāmq; aſſeuerare? Sane Antiochus Epiphanes rex Syriæ, cū Iudæorū ſanctam legē abolere vellet, & ritum illis gentilitium indicere: inter cætera, prohibuit ſacrificia fieri in templo ſecundū Moſaicę legis inſtitutū. Lutherus vero vt alter Antiochus, immo Antiocho veræ fidei & agnitionis dei experte magis impius: prohibet nouæ legis fieri ſacrificium, cum ſacram miſſæ celebrationem abrogare toto ſtudio annititur. ¶ Sed & illud nō 5
minus in hoc tertio dicto eius abſurdū: ꝙ proponit in illa ſua publica miſſa duntaxat die dominico celebranda, vnicam debere conſecrari euchariſtiam, ſicut (inquit) nūc fit in die paſchæ. quæ expleto miſſæ myſterio diſpartiatur ſingulis: illuc è populo conuenientibus. Nempe ſi vnica (vt contendit) conſecretur euchariſtia: quid hæc inter tantos, vt vnuſquiſq; modicum quid illius accipiat? Quo modo poterit illa vnica euchariſtia in tam numeroſum (quātus eſt vnius totius parochiæ) populū diſtribui? Certe ſi in minutulas vna illa euchariſtia diſſecetur particulas: vix toti ſufficiet populo, vt quiſq; ex ea portiūculam ſumat. aut prodigioſæ molis & inſuetæ erit illa ſua vnica euchariſtia: vt ex ea tot ſumi poſſint partes, quæ ſingulatim in totum populum vnius eccleſiæ queāt diſtribui. Me præterea fugit: quonam in loco apud Chriſtianos viderit Lutherus, in die ſancto paſchæ vnicam conſecrari euchariſtiam. Neſcio profecto, an apud ſuum album montē (ita enim vocare licet Vuittēbergenſem vrbem, Lutheri patriam: ob ſignificationis vernaculę conformitatem) hic mos obſeruetur in eccleſia: fortaſſe ab eo tanq̃ primo authore, inductus. Id vnū ſcio, in eccleſia Gallicana hunc morem nequaq̃ obſeruari: ſed totidē inibi hoſtias in feſto paſchali conſecrari, quot ſunt ſanctam euchariſtiæ cōmunionem percepturi, vt cuiq; ſua diſpartiatur hoſtia: quēadmodum par eſt. Cæterum hoc in loco pene ridiculus videor, ſtultóq; intentus labori: ꝙ tantopere annitor hanc improbare Luthera-

Antiochus Epiphanes

1 Macha. 1

nam veſaniam,quæ ſua ipſius abſurditate ſeipſam ſatis ſupérq; refellit: ſuámq; aperte prodit impietatẽ. Non tamen pigebit ad manifeſtandam amplius huiuſce aſſertionis ineptiam:pauca adhuc adijcere. ¶ Ex anti- 6
quiſſima quidem eccleſiæ ordinatione:ſuper eos qui pie in domino obdormierunt,fiunt preces ſolennes à choro ſacerdotũ & cœtu eccleſiaſtico:delato intra templum funere. Ita ſiquidem beatus Dionyſius,eccleſiæ primæuæ ritum deſcribens: ait in capite ſeptimo de eccleſiaſtica hie-
Dionyſius rarchia. Accedens deinde venerandus antiſtes:precem ſuam ſuper mortuum peragit.poſtq; precem & ipſe prę ſul eum ſalutat:& ſuo deinceps ordine qui aſtant omnes. Precatur oratio illa diuinã clementiã:vt cũcta dimittat per infirmitatem humanã admiſſa peccata defuncto.eúmq; in luce ſtatuat & regione viuorũ:in ſinibus Abraæ,Iſaac & Iacob,in loco vnde effugit dolor,triſtitia & gemitus. Hęc Dionyſius. Ex quibus euadit perſpicuũ,vetuſtum eſſe morem eccleſiæ ſanctæ:pro defunctis in ec-
cleſia pias effundere preces ad dominũ,cõtra eos qui negãt ſuffragia vi-
Cap.27 uentium mortuis prodeſſe(de qua quidem materia:in ſequentibus huius libri locis ſermo fiet amplior)cũ dinoſcatur ea obſeruatio:in ipſius euangelicæ legis exordio(in quo,hæc modo citata ſcripſit Dionyſius) in frequẽti vſu fuiſſe. Atqui inter ea admincula quæ defunctis poſſunt à viuis exhiberi:primũ obtinet locũ,ſalutare ſacrificiũ corporis & ſanguinis dominici,in miſſæ celebratione ad expiationem peccatorum atq; refrigeriũ defunctorũ oblatum ei,qui viuorum dominatur &mortuorum:ſecundũ approbatiſſimas ſanctorum patrum traditiones. Nõ poterit autem ea oblatio euchariſtiæ in miſſa fieri pro quopiam defuncto: ſecundũ Lutheri conſtitutionem,qua,ſolo die dominico cenſet vnicam fieri debere miſſam publicam:niſi ipſo die dominico deferatur exanime corpus ad templũ. Et tunc quoq; minus conueniẽter miſſa celebraretur pro defunctis: cũ potius ob diei ſolẽnitatem,de officio temporis occurrentis peragi tum deberet. Et ita vix vnq; poſſent defuncti ſacrificio aliquo miſſarum releuari & adiuuari:ſi locum haberet in eccleſia celebratio miſſæ Lutherana,modis omnibus merito repudianda.

¶ Non expedire, in hoc eccleſiæ tempore aſtringi laicos ad ſumendam ſingulis diebus dominicis ſanctam euchariſtiam:vt vult Lutherus. Cap.IX.

SVpereſt adhuc & vna ratio, ad improbandam illam miſſæ celebrandæ traditionẽ & modum, in ſuperiore capite confutatum:atq; ex Lutherana officina prodeuntem,quæ ſit huiuſmodi. Secundum illum celebrã- 1
di publicã miſſam ritum,quẽ definit Lutherus in tertio ſuo dicto ſupra poſito: aſtringerentur fideles laici ſingulis quibuſq; diebus dominicis,ad percipiendam ſacroſanctam euchariſtiam in illa miſſa,quam vnicam & publicam celebrari debere cõ-

tendit. Quod quidem obligationis iugum imponere Chriſtiano populo:hoc tempore nequaq̃ expedit.quo elanguit ille deuotionis feruor, & ardor affectus in deum obtepuit:qui circa principium naſcentis eccleſiæ & tempora proxime conſequentia,fidelium animos inflãmauerat. Debilis nanq; ſtomachus,natiuóq; propemodũ deſtitutus calore:ſolidum
2 cibum vix admittit,nec acceptũ ſalubriter & recte concoquit. ¶ Enimuero quadruplex in diuerſis noui teſtamenti tẽporibus inuenitur fuiſſe ordinatio & obſeruatio eccleſiæ:circa ſumptionem ſacratiſſimæ euchariſtiæ,à laicis faciendam. Nempe in primo eius exordio cum maximus eſſet fidei & deuotionis in credentibus feruor:ſolebant fideles ex cõſtitutione eccleſiaſtica quotidie ſanctã accipere cõmunionẽ.quẽadmodum ſatis innuũt hæc verba:in actibus apoſtolorum conſcripta. Erant autem Actuũ.2
perſeuerãtes in doctrina apoſtolorũ:& cõmunicatione fractionis panis & orationibus. Et paulo poſt,eodẽ in loco. Quotidie quoq; perdurantes vnanimiter in templo,& frangẽtes circa domos panem:ſumebant cibum cum exultatione,& ſimplicitate cordis. In huius autem conſuetudinis repreſentationem & ſignum,quotidie in ſacro miſſæ officio datur aſtantibus pax:per exoſculationem ſanctæ tabellæ,ſacram aliquã imaginẽ depictam continentis. Quę pacis in omnes qui interſunt miſſę myſterio,diſtributio:refert quotidianam illam fidelium cõmunionem,atq; in eius locum ſucceſſit. Deinde cum aliquantum tepefactus eſſet ardor ille deuotionis in populo Chriſtiano:conſtitutum eſt ſequente tempore & ſecundo quidem loco:vt ſingulis diebus dominicis laici fideles participationem ſanctæ cõmunionis acciperẽt. De quo tempore & pro quo: loqui videtur beatus Auguſtinus ſcribens ad Ianuariũ,id quod habe- Auguſtinus
tur duodecima diſtinctione,cap.illa autẽ.hoc modo. Alia autẽ(inquit) quæ per loca terrarum regionéſq; variantur:ſicut eſt q̃ alij ieiunãt ſabbatum,alij non.alij vero quotidie cõmunicant corpori & ſanguini domini:alij certis diebus accipiũt.& ſiquid aliud huiuſmodi animaduerti poteſt:totũ hoc genus rerũ,liberas habet obſeruationes. Idem quoq; Idem
in libro de diffinitionibus orthodoxę fidei,cap.~~quinquageſimo~~ tertio, hanc habet ſententiam:quæ etiam adducitur ab authore decretorũ cap. quotidie.de conſecratione,diſtinctione ſecunda. Quotidie euchariſtiæ cõmunionem accipere,nec laudo nec vitupero: omnibus tamen diebus dominicis cõmunicandum hortor. Et paulo poſt: eodem in loco. Si dixerit quiſpiam,non quotidie accipiẽdam euchariſtiam,alius autẽ affirmat quotidie: faciat vnuſquiſq; quod ſecundum fidem ſuam pie credit eſſe faciendũ. Vbi ex ipſis verbis deprehenditur Auguſtinus:haud dubie pro tempore huius ſecundæ ordinationis eſſe locutus. In huius autem hebdomadariæ cõmunionis cõmemorationem & locũ: ſucceſſit diſtributio alicuius particulæ panis benedicti à ſacerdote,quæ fit ſingulis diebus dominicis in aliquibus eccleſijs potiſſimũ Gallicanis,ijs qui

ſacro interfuerint miſſæ celebrandæ myſterio. Eſt enim hæc diſpartitio panis benedicti in populũ: repræſentatio quædam ſuſceptionis euchariſtię, ſingulo quoq; die dominico quondam fieri ſolitę. Et multis in regionibus tanta reuerentia fideles hunc obſeruant ſumendi huiuſce panis benedicti morem: q̃ ante omnem cibum corporalem, ſtudioſe illum manducandum à ſe curant. Quinimmo & in ſolemnioribus anni feſtis & ſacratiſſimæ virginis MARIÆ, alio die q̃ dominico occurrentibus: apud nõnullos fit etiã huiuſmodi panis benedicti diſtributio. ¶ Poſtea 3
vero adhuc amplius refrigeſcẽte in hominibus ardore deuotionis & ſpíritus, fuit tertio conſtitutum loco: q̃ fideles laici ſaltẽ ter ſingulo quoq; anno acciperent ſacram euchariſtiæ communionem, vtpote in die feſto paſchæ, pentecoſtes, & natiuitatis dominicæ. quemadmodum de conſe-
Fabianus cratione, diſtinctione ſecunda cap. & ſi. dicit Fabianus papa: his verbis. Et ſi non frequentius: ſaltem in anno ter homines cõmunicent, niſi forte maioribus quis criminibus impediatur: in paſcha videlicet, & penteco-
ſte, & natali domini. Eadem quoq; ſentẽtia deinde in eadem diſtinctione exprimitur: cap. ſeculares. & cap. omnis homo. ¶ Poſtremũ cum tepiditas animorum & torpor deuotionis increſceret in populo dei vehemẽtius: quarto fuit ordinatum & poſtremo quidem tempore, q̃ ſaltem ſemel in anno ſcilicet in feſto paſchali, laici ſuſciperẽt corporis dominici participationem. Quę quidem ordinatio, per Innocẽtium tertium, ſummum pontificem eſt promulgata in epiſtolis decretalibus: titulo de pœnitentijs & remiſſionibus, capi. omnis vtriuſq; . hoc verborum tenore.
Innocẽtius tertius Omnis vtriuſq; ſexus fidelis, poſtquã ad annos diſcretionis peruenerit: omnia ſua ſolus peccata ſaltem ſemel in anno, fideliter confiteatur proprio ſacerdoti: & iniunctam ſibi pœnitentiam propriis viribus ſtudeat adimplere, recipiens reuerẽter ad minus in paſcha, euchariſtiæ ſacramẽtum. & cætera: in eandem ſubſequentia ſententiam. At vero noſipſi hac tempeſtate, verſamur in huius quartæ ac poſtremæ cõſtitutionis decurſu: tranſactis iampridem trium aliarũ ordinationũ temporibus. Quare non recte conſulere videntur animarũ ſaluti: qui ex hac quartæ ſanctionis conditione proſilire volunt atq; alios præcepto obligatorio traducere in ſecundæ ordinationis modum & formam, his noſtris temporibus importunã & intempeſtiuã. q̃ ex vnica quotannis ex præcepto faciẽda ſuſceptione euchariſtiæ: tranſeunt & ſimul alios tranſferũt vinculo pręceptorio, ad frequentem admodũ & crebriorem æquo (quantũ ad totã laicorum multitudinem) cõmunionem eiuſdẽ ſacramenti ſuſcipiẽdam: quaſi de vno extremo in alterũ, ſine medio aliquo progrediẽtes. ¶ Por- 4
rò ſufficere id laicis debet, pro hoc tempore in quo ſubſiſtimus: ſi vltra receptionẽ euchariſtiæ quotannis in feſto paſchæ faciẽdam ex præcepto eccleſiaſtico, in ſolennioribus aliis anni feſtis: vt aſcenſionis dominicæ, pentecoſtes, omnium ſanctorum, natalis domini, & celebritatibus ſa-

croſanctæ virginis MARIÆ: ex deuotione libera & arbitraria ſuſcipiãt idem ſacramentum. Nempe quẽadmodum quiſq; ſe debet accõmodare conſuetudini loci in quo vitam agit: ita & temporí, conditioníq; temporis quo degit, ſe debet conformare. modo & hæc & illa: ſit honeſtati conſona, diuinæq; legi nequaq̃ contraria. Scribit enim beatus Auguſtinus Auguſtinus
ad Ianuariũ, idipſum quod habetur duodecima diſtinctione, cap. illa autem. hoc pacto. Quod neq; contra fidem catholicã neq; contra bonos mores eſſe conuincitur: indifferenter eſt habendum, & pro eorum inter quos viuitur ſocietate, ſeruandũ eſt. Mater mea (inquit) Mediolanũ me ſecuta: inuenit eccleſiam ſabbato non ieiunantẽ, cœperat fluctuare quid Monica.
ageret. Tunc ego conſului de hac re, beatiſſimæ memoriæ Ambroſium epiſcopum. At ille ait. Cum Romam venio: ſabbatũ ieiuno. cum Me- Ambroſius
diolani ſum: non ieiuno. Sic & tu ad quãcunq; eccleſiã veneris: eius morem ſerua, ſi cuiq̃ non vis eſſe ſcandalum: nec quenq̃ tibi. Hoc cũ matri renũciaſſem: libenter amplexa eſt. hæc Auguſtinus. Atqui conſuetudo huius temporis diutius obſeruata, id habet: q̃ laici ex præcepto eccleſiæ ſemel in anno ſcilicet in feſto paſchæ, accipiant ſanctũ euchariſtiæ ſacramẽtum. Ex deuotione vero & libero ſyncęrioris animi affectu, ſine præcepti conſtrictione: in ſolẽnioribus aliis anni feſtis, cum placitũ ipſis fuerit, ſumant etiam ſacram communionem. Ergo huic pręſentis temporis conditioni & cõſuetudini ſe debent laici cõformare atq; coaptare: & nequaq̃ attentare ex præcepti obligatione tanti myſterij ſuſceptionem, ſingulis diebus dominicis iterandam. ¶ Sane monaſteria regularem diſciplinã exacte obſeruantia: nequaq̃ ſuos adigunt religioſos ſacerdotalem gradum necdum adeptos, ad illam arctitudinem præcepti: vt ſingulis diebus dominicis ſanctam accipiant cõmunionem. ſed plærũq; : vt ſemel intra menſem, aut ad ſummum vt intra quindecim dies, illam frequentent. Et tamen illi degunt in quietiore tranquillitate vitæ, à mundi ſtrepitu & tumultu amplius ſemoti: neq; tantã habentes malorum perpetrandorũ occaſionem ac materiam, quantã habent alij viuentes in ſeculo, & ſæuis illic tempeſtatibus iactati. Laici vero potiſſimum vxorio alligati vinculo, in maxima rerum fluctuatione obuerſantur: nunc opum cupiditate tentati, nunc libidine carnis impetiti, nunc iracundiæ ſtimulis exagitati, nunc vero, honorum appetitione infeſtati. At quomodo in tanta periculorum vndiq; irruentiũ turba & multitudine, ita ſibi conſtans & quietus erit laicorum animus: vt octauo quoq; die componat ſe ex præcepto eccleſiaſtico, digne & honeſte, ad ſublime euchariſtiæ myſterium ſumendum? Componat inquam, eo obligationis vinculo aſtrictus ad illam hebdomadariam ſuſceptionẽ euchariſtiæ, vt ſi eam vel ſemel prætermiſerit: protinus reatũ letalis criminis incurrat, efficiatúrq; ſanctionis eccleſiaſticæ præuaricator. Non igitur expedire videtur, toti laicorũ multitudini hanc indicere legem: q̃ ſingulis diebus dominicis

ſanctam ſuſcipiant euchariſtiã obligatione pręceptoria, hac potiſſimum
Matth.24 tempeſtate: in qua quoniã abũdauit iniquitas, refrigeſcit charitas multorum. Haud tamen improbare velim particularem aliquorũ etiam laicorũ deuotionẽ: qua libere & citra præceptũ, ſingulo quoq; die domínico ſacram cõmunionem ſuſcipere cũ ſingulari veneratione queãt, ſecundum internã vnctionẽ quã à deo acceperint. Ex illa vero ſpeciali quorũdam obſeruatione: generalem omnibus legem imponẽdam, non ſuaderem. ¶ Deniq; nec id vſquequaq; probandum quod ſubindicat in calce huius tertij dicti Lutherus: eccleſiam ſcilicet noſtri temporis ſe accommodare debere ad imitationem primitiuæ eccleſiæ, ordinationiſq; apoſtolicæ. Nam tametſi primæua illa eccleſia ob recens peractã myſteriorum noſtræ redemptionis conſummationem, exuberãtiorẽmq; ſpiritus ſancti in apoſtolos & credẽtes effuſionẽ: mirũ habuerit decorẽ, eximiam itidem in viris apoſtolicis ſanctitatem, ardentiſſimúmq; in ſanctis martyribus fidei feruorem. non tamen expedit præſenti tempori, omnino ſe cõferre ad imitationem illius eccleſiæ primordialis: neq; ijſdem omnino regulis quibus vtebatur inniti. q; nũc hic dies alios mores poſtulat: atq; alias viuendi leges adiectitias. Quippe in ipſo naſcẽtis eccleſiæ exordio: virorũ eccleſiaſticorum & ſpiritualium paupertas, abdicatio propriorũ bonorum & cõmunitas vitæ, erat in vſu & precio. quoniam id tempus: hoc efflagitabat virtutis ſtudium. Nunc vero mutato ob rationabiles cauſas & congruas, in alium viuendi ritum eccleſiaſtico ſtatu, dotatiſq; amplo rerum prouentu eccleſijs: q̃uis maxime operæprecium eſſet ambitionem eliminari à tota eccleſia, & radicem malorum auaritiam, pariter & luxum, tria teterrima mõſtra, poſt opulentiam pernicioſe ſuborta: q; hæc potiſſimum eccleſiæ nitidum ſplendorem offuſcent. attamen forſitan vt ſe iam res habet, non expediret ad illam priſci & primi temporis paupertatem apoſtolicam reflectere habenas, & ijſdem omnino legibus vti, quibus illa tunc ætas vtebatur. q; tranſacta ſit iam olim ea temporis cõditio: & diuerſę qualitatis alia ſucceſſerit, niſi priſtinus ille feruor animorum in fidelibus inſtauraretur: qui ſanguine CHRISTI recẽs effuſo in eis vigebat, & iam olim deferbuit. Enimuero in natura compertum habemus: alia ciborum genera, ſtudia & exercitia, diuerſis cõpetere ætatibus. Vt quæ pueritiæ accommoda ſunt: virili non conueniant grauitati. & quæ, adoleſcentiæ congruunt: haud quaq̃ decrepitæ condecere infirmitati. In ipſius itidẽ ſynagogæ decurſu depræhenduntur ab vno ſtatu in alium factæ plærũq; mutationes, modorũq; viuendi variationes. Primo nanq; ſub ſanctis patriarchis: illa adhuc tenella fouebatur. Deinde ſub Moyſe legiſlatore atq; Ioſue forti propugnatore: maius accepit robur & incrementum. Poſtea ſub illuſtribus educata eſt iudicibus: & aliquantam egit ætatem. Deinceps ſub generoſis regibus, & poſtremũ à relaxatione captiuitatis Babylonicæ ſub inclytis ducibus & ſum-

mis ſacerdotibus: ſuũ peregit curſum. diuerſoq; tempore varias habuit viuendi rationes: quantum ad ea quæ vltra pręcepta decalogi erant adiectitia. Quid mirum igitur aut abſurdum: ſi eccleſia ſancta primum ſub apoſtolis coaleſcens, deinde inuictorum martyrum vigore roborata: dehinc ſanctorum ſplendore confeſſorum & ſanctimonia illuſtrata, nunc vero inſignium præſulũ, & authoritate haud inferiore quàm priſci patres, pollentiũ, moderatione gubernata: alias & alias habeat pro temporum diuerſitate viuendi atq; agendi leges, vltra euangelica præcepta conſtitutas? Non igitur reducẽda eſt hodierni temporis eccleſia, ad omnimodam eccleſiæ primitiuæ imitationem: vt faciundum eſſe, importunis vocibus obſtrepere ſolent hæretici. ſed ſuis legibus, præſentiſq; temporis cõditioni accõmodis: viuere ſinenda. Verum id vnum hic Luthero obiectandum eſt: q; cum contendat, nũc mores & ſtatum eccleſiæ primitiuæ ſeruari ab omnibus debere: ipſe tamen cũ ſuis aſſeclis, eundẽ minime obſeruat aut ſequitur. Tũc etenim quotidiana fiebat ſacræ euchariſtiæ cõmunio, vendebãtur poſſeſſiones, & precium ad pedes apoſtolorum ponebatur: frequentibus emacerabantur ieiunijs, & in vna viuebãt cõmunitate, apoſtolicæ vitæ ſectatores. Deniq; ad vincula, carceres, flagella, & demum mortem pro CHRISTO perferendã: erant promptiſſimi. quemadmodum liber actuum apoſtolicorũ plane teſtatur. Hæc tamen: nequaq̃ opere adimplet Lutherus cum ſuis. Improbus igitur eſt doctor: qui id faciundum docet, quod ipſe non facit.

¶ Sacramentum altaris, in miſſa ſecundum ritum eccleſiæ oblatum: vere eſſe & dici debere ſacrificium nouæ legis, contra Lutheri ſententiam. Cap. X.

QVoniam autem non modo celebrationem miſſæ priuatæ ſuſtollit Lutherus: ſed ad maioris impietatis ſtudiũ progrediens, inficiatur miſſam quamlibet (ſiue priuata ſit ſiue publica) eſſe ſacrificiũ, in poſteriore tertij dicti ſui ante citati particula: certe refellenda eſt in præſentia & hæc improba abſurditas. ſcripturaq; ſacræ & ſanctorum patrum teſtimonijs, necnon rationibus inde petitis demonſtrandum: ſacroſanctam euchariſtiam quæ in miſſæ myſterio quotidie conſecratur, verũ eſſe ſacrificium, eóq; nomine ipſam appellari debere.

¶ Et primo quidem. Nam ab ipſo mundi exordio in lege naturæ, dei veri cultores ſua habuerunt ſacrificia: quibus deum honorarunt. eaq; tempeſtate viuentes ſancti patres Abel, Noe, Abraam, Iſaac, & Iacob: obtuliſſe leguntur hoſtias deo, quemadmodum diuinitus erant edocti. In noua igitur lege, ſplendore rutilo lucis euangelicæ clarius emicante: aſſignandum eſt & ſuum ſacrificium. cũ non poſſit eſſe lex perfecta, omníno q; completa: quę nullam habeat ad diuini cultus obſequium determinatam oblationẽ. Alioqui perfectius quiddam in lege illa primæua

Gene.3
Gene.8
Gene.22
Gene.26
Gene.35

& adhuc rudi comperies: q̃ in euangelica, quod eſt abſonum. Sed quam in noua lege dederis hoſtiam, per totum illius decurſum offerendã: niſi ſacroſanctam euchariſtiam, in miſſæ celebratione conſecrari ſolitam? Eſt igitur hæc ipſa: vere ſacrificium. ¶ Secunda, ad idem oſtendendum propoſitum: ratio. Lex Moſaica, multiformia habuit ſacrificiorum genera: illi peculiaria. quæ tandiu firmum habuerunt ſuę obſeruationis robur: q̃diu lex illa in ſuo permanſit vigore. Illi igitur ſuccedens lex euangelica: haudquaq̃ credi debet eſſe exors ſacrificij, ab illius initio frequentati: & ſemper frequentandi, dum legis ipſius vis & authoramentum permãſerit. Alias dignior eſſet & auguſtior lex illa vmbratica & figuralis, quantũ ad ſacrificij proprij rationem: q̃ euangelica, ſi nullũ hæc haberet ſacrificium: quod ſibi æqua durationis menſura coëxtenderetur & coaptaretur, ſecundum oblationis vſum. At nulla aſſignari queat oblatio in lege euãgelica, illi propria & peculiaris: q̃ euchariſtia ſancta, quæ in miſſæ officio conſecratur. Ea nempe vt vnica noui teſtamenti, ſingulariſq; hoſtia: totam illam veterum hoſtiarum multiformitatem ſua ambit virtute, circumplectitur, & admiranda dignitate tranſcendit. Eſt igitur ipſa ſacroſancta euchariſtia, in excellẽtiſſimo miſſæ myſterio conſecrata, ſacrificiũ: & ita vere denominatur. ¶ Tertia ratio. Sicut cuiq; legi ſuum eſt ſacerdotium: ita & cuiq; ſacerdotio ſuũ ſacrificium. vt hęc tria: lex, ſacerdotium, ſacrificium: mutuã adinuicem in quaq; lege habitudinem ſortiantur atq; proportionem, æquáq; duratione extendantur: nec vnum eorũ, ſine cæteris inueniri queat. In noua autem lege habetur ſacerdotium ſpeciale, vtpote CHRISTI: qui eſt conſtitutus à deo patre
Pſal.109 ſacerdos in æternum. Eſt igitur & aliquod ſacrificium illi ſacerdotio reſpondens: cuius oblationis ritus & vſus tandiu perduret, q̃diu lex ipſa noua & ſacerdotium eius protenditur. Huiuſmodi autem ſacrificium ſacerdotio euangelico peculiare, non eſt ſola immolatio CHRISTI in
Ephe.5 cruce pro noſtra ſalute: quando ſemetipſum tradidit pro nobis oblationem & hoſtiam deo in odorem ſuauitatis. Nam illa, ſemel tãtum eſt fa-
Roma.6 cta: neq; iterabitur vnq̃. quandoquidẽ CHRISTVS reſurgens ex mortuis, iã non moritur: mors illi vltra non dominabitur. Fuit & illa oblatio, facta omnino in nouæ legis exordio: & necdum inchoata ad omnes legis euangelicæ annunciatione. Sacrificium autem, legi alicui & ſacerdotio reſpondens: per totũ temporis illius legis decurſum debet frequẽtari, atq; in vſu haberi. Reliquum eſt igitur, vt ſanctiſſimum euchariſtię ſacramentum in miſſa oblatum: ſit vnicũ illud & verũ ſacrificiũ, CHRISTI ſacerdotio adaptatum, & nouæ legi accommodatum. Alioqui imperfectiſſima eſſet lex noſtra, & maxime ignobile CHRISTI ſacerdotium: vt quod pręter cęterarum legum morem nullum haberet ſibi proprium ac ſingulare ſacrificiũ. cum tamen nec ethnicorum nec barbarorũ vnq̃ repertæ ſint leges aliquæ: quæ non habuerint ſua ſacrificia à ſuis ſacerdotibus offerri ſolita. Quòd ſi id in ſuperſtitione gentilium tãtopere eſt obſeruatum: quoniã ad diuini cultus rationem admodum pertinere cenſebatur, non fuiſſe inquam legem vllam ſine ſacerdotio, nec ſacerdotium ſine ſacrificio, & vſu fere quotidiano ſacrificij: quid exiſtimandum eſt obſeruari debere in vera religione Chriſtiana? Nónne & hic, nouæ legis ſacerdotio aſſignandũ eſt & ſuum ſacrificiũ: cuius habeatur freqũs vſus atque quotidianus, quoad duret & ipſa lex & eius ſacerdotium?

4 ¶ Quarta. In pſalmo CHRISTVS perhibetur eſſe ſacerdos in æter- Pſal.109
num: ſecundũ ordinem Melchiſedech. qui cum eſſet ſacerdos dei altiſſi- Gene.14
mi: obtulit deo in gratiarum actionem pro victoria Abraæ conceſſa, panem & vinum in ſacrificiũ. Fuitq; illa oblatio Melchiſedech: figura oblationis à CHRISTO ſummo ſacerdote inſtituendæ. ſicut & ſacerdotium Melchiſedech: typus fuit & figura ſacerdotij CHRISTI. At vero CHRISTVS in cruce ſeipſum ſub panis & vini non obtulit ſpecie: ſed ſacratiſſimum corpus ſuum ſub corporali ac viſibili omniúmq; oculis conſpicua forma, clauis cõfixum, ſpinarum aculeis ſaucium, & ſanguinolentis plagis vulneratũ. Sanguinem etiam ſuum tunc effudit in preciũ noſtræ redemptionis, ſub vera ac nuda ſanguinis forma: non adoperta aliquo velamine. Quare in ipſa cruce & acerbiſſimæ ſuæ paſſionis hora, oblationem deo patri non fecit ſecundũ ordinem & ritum Melchiſedech, ſed paulo ante inſtituerat eam in nouiſſima cœna: ab apoſtolis & eorum poſteris frequentandã vſq; ad conſummationẽ ſeculi. quãdo ſanctiſſimũ ſuum corpus velamento panis obtectum & ſanguinem precioſum ſpecie vini obuelatum: diſcipulis ſuis tradidit. vtq; deinceps id peragerent in ſui memoriã myſteriũ: illis mandauit. Eſt itaq; in ipſa miſſæ celebratione, immolatio corporis & ſanguinis dominici ſub forma panis & vini: verũ ſacrificiũ & propriũ ſacerdotij ipſius CHRISTI ſecũdum ordinem Melchiſedech. quo ipſe per miniſtros eccleſię quotidie offertur deo patri: in expiationem peccatorũ noſtrorũ. Quod ſiquis pertinacius abnegauerit: vt etiã CHRISTVM eſſe ſacerdotẽ ſecũdum ordinẽ Melchiſedech, inficietur, neceſſe eſt. cum illius ſacerdotij ſecundũ ritũ Melchiſedech, nullum poſſet aſſignare ſacrificiũ: quod frequentetur in eccleſia catholica. Illud autem negare: quid aliud eſt, q̃ deum facere mendacem?

5 ¶ Quinta ratio. In lege Moſaica pręter agnũ paſchalẽ qui quotã- Exodi.12
nis in feſto paſchæ immolabatur: erat inter cętera oblationum genera & iuge ſacrificiũ, quo quotidie immolabatur agnus vnus mane & alter veſperi: ſecundũ diuinã conſtitutionẽ, ita in libro Numeri explicatã. Hæc Numeri.28
ſunt ſacrificia quę offerre debetis. Agnos anniculos immaculatos duos, quotidie in holocauſtũ ſempiternũ: vnũ offeretis mane, & alterũ ad veſperũ. Holocauſtũ iuge eſt, quod obtuliſtis in monte Sinai: in odorẽ ſuauiſſimũ incẽſi domini. Hæc ibi. In libro etiã Exodi, cap. viceſimo nono: Exodi.29
eiuſdẽ iugis ſacrificij fit mẽtio. Agnus autẽ ille, in phaſe Iudæorũ ſemel

tantũ ſingulis annis oblatus: CHRISTI oblationẽ in cruce factam ſemel in ſolennitate paſchali, repræſentabat. per quã liberati ſumus à principis tenebrarũ imperio: vt populus Iſraëliticus per agni typici immolationẽ ereptus fuerat à dura ſeruitute Pharaonis. Iuge vero illud antiquæ legis ſacrificiũ, quotidie offerri ſolitum: quid obſecro figurabat? an putandũ eſt, inanem fuiſſe illam obſeruationẽ: & nullius omnino veritatis ſignificatiuam? Nullus plane id ſentiret: cum neceſſe ſit figurã omnẽ alicui reſpondere rei figuratæ. Neq; quotidiana illa duorum agnorum immolatio, oblationem CHRISTI ſemel in cruce faciendam referebat: quoniã hęc, ſemel tãtum erat exhibenda, & non quotidiano vſu. Quin immo ſi omnia legis euangelicæ myſteria, inuolucris antiquarum figurarũ deſignata, percurrere voluerimus: nihil plane aſſignare poterimus aliud congruentius, quod per illum iugis ſacrificij ritũ ſignificari dicatur: quàm quotidianã immolationẽ panis viuifici & calicis benedictionis in miſſæ celebratione. Vt igitur aptum habeat reſponſum veritas ad figurã, & exemplar ad imaginem: huiuſmodi, ſanctæ euchariſtiæ in officio miſſæ cõſecratio & oblatio, reuera eſt ſacrificium, & veriore quidem ratione: quàm cuiuſuis hoſtiæ antiquæ legis immolatio. ℂ Sexta. Dominus deus per Malachiam prophetam, nouę legis tempus & gratiam adaperiẽs: ſe reprobaturũ perhibet veteris legis hoſtias, gratamq; habiturum oblationem vnam mundã, quæ in omni natione illi offeratur: cum
Mala. 1 ait. Non eſt mihi voluntas in vobis, dicit dominus exercituũ: & munus non ſuſcipiam de manu veſtra. Ab ortu enim ſolis vſq; ad occaſum, magnum eſt nomen meum in gentibus: & in omni loco ſacrificatur & offertur mihi oblatio munda. Vbi ſecundũ expoſitores dicti loci prophetici, per oblationem mundam in omni loco offerendam: intelligitur ſanctiſſimum euchariſtiæ ſacramentum, omni munditia atq; puritate pleniſſimum. quod in omni terrarum plaga immolandũ in ipſo miſſæ officio: prophetæ oraculo prænunciatur. Eſt igitur huiuſmodi ſacramentũ, ſecundum eccleſiæ ritum conſecratũ: haud dubie ſacrificium. ℂ Septima 7
ratio. Qui inficiãtur ſanctam euchariſtiam rite in miſſa conſecratã eſſe ſacrificium: dicant velim, quod ponunt eſſe ſacrificium nouæ legis proprium & peculiare. Non enim recte dixerint: nullum tale in lege euãgelica eſſe ſacrificium. quoniã eo dicto, & legem CHRISTI ſuſtollerent & eius ſacerdotium: quorũ neutrum (vt ante dictum eſt) ſine ſacrificio ſubſiſtere poteſt. Neq; itidẽ vere dixerint, caſtigationẽ corporis aut orationem vel eleemoſynã, aut bonam quãcunq; operationẽ: eſſe ſpeciale nouę legis ſacrificiũ. Quoniã ad ea bona opera facienda, non minus obſtringebantur ante CHRISTI in carnem aduentum obſeruatores veteris legis: q̃ nunc obligentur nouæ legis cultores. Quare quodq; eorũ non potius dici debet euangelicæ legis ſacrificiũ: q̃ Moſaicæ. Inſuper & laici & mulieres obligãtur æqua conſtrictione ad mortificationẽ carnis, oratio-

nem, pauperũ ſubleuationem, & reliqua iuſtitiæ opera: atq; ſacerdotes & viri eccleſiaſtici. Nihil igitur eorum, tale eſt ſacrificium: quod debeat per ſolos ſacerdotes euangelicæ conſtitutionis peculiariter offerri, diſtinctum à Moſaici ritus hoſtijs, quale tamen ſacrificium: in præſentia quęritur. Et cum per ſingula quis diſcurrerit bonorũ operum & hoſtiarum genera, nullum tandem inueniet nouæ legis ſingulare & vnicũ ſacrificium: quàm oblationem panis ſancti & calicis ſalutaris, in miſſa fieri ſolitam. Eſt igitur ſancta illa immolatio, verum ſacrificium: & huiuſmodi nomine honoranda. vt lex euãgelica ſicut ab antiqui ritus lege eſt diuerſa: ita quoq; diuerſum ab eius victimis habeat ſacrificium.

ℂ Eccleſiæ ſanctæ authoritate, & ſcriptorum eccleſiaſticorũ teſtimonio comprobari: miſſam eſſe ſacrificium. Cap. XI.

8 ATne ſolis agatur rationibus res propoſita, ſed & ſolida atq; irrefragabili authoritate: nunc reliquum eſt eã fulcire & totius eccleſiæ & ſanctorum patrum ſententijs, quas nec aduerſarij queant refellere. ℂ Seruata itaq; ordinis ad ſupra poſitas rationes denominatione, pro maiore memoriæ commoditate: ſit hæc octaua ratio. Vniuerſalis eccleſiæ authoritas, hanc quam aſtruimus etiam approbat ſententiam: panem ſcilicet vitalem & calicem ſalutiferũ in miſſæ celebratione, eſſe ſacrificium. quę in orationibus ſecretis officij miſſæ, prefationem ſacram proxime antecedẽtibus: panem & vinum altari ſuperpoſita, appellat nunc hoſtiam, nunc victimam, nunc ſacrificium, nunc vero oblationem, numero ſingularitatis: ob myſterij peragendi integritatem & vnitatem. Interdum autem multitudinis numero, hoſtias, oblationes & ſacrificia, materiam illam faciundæ conſecrationis nuncupat: ob gemінas ſacrorum ſignorum partes, panem & vinum. In vtraq; autem appellatione, tum attendit eccleſia non nudam conſecrationis poſtea peragendæ materiam: ſed & corporis & ſanguinis dominici oblationem, ſub illis ſignis facta conſecratione futurã. In orationibus quoq; officij eccleſiaſtici miſſam concernentis, poſt cõmunionem dicendis, ſacrum corpus dominicum & ſanguinem iam oblata deo & ſumpta à ſacerdote: appellat eadem eccleſia catholica ijſdem nominibus, aut vnitatis numero expreſſis: vt hoſtiam, victimam, ſacrificium, oblationem, propter identitatem & ſingularitatem eius qui oblatus eſt: domini ſcilicet noſtri IESV CHRISTI dei & hominis. aut pluralitatis numero deſignatis nominibus prædictis, idem ſacramẽtum vocat: vt hoſtias, victimas, oblationes, & ſacrificia, propter duas præcipuas integri ſacrificij partes, vtputa ſacratiſſimum domini noſtri corpus & precioſum eius ſanguinem: quorũ vtrunq;, in auguſtiſſimo miſſæ officio vere offertur. Quemadmodũ idem euchariſtiæ ſanctæ myſterium, nunc ſacramẽtum dicitur in eccleſiaſticis orationibus & canticis: ob ipſius ſacræ ſynaxeos

& communionis vnitatem atq; integritatem, nunc vero ſacramenta dicuntur: ob ſacrorum ſignorum, quibus id obuelatur arcanum & explet
tur, diuerſitatem. Quis igitur addubitet, ex ante dictis denominationibus eccleſiam ſanctam aperte innuere: corpus & ſanguinē dominicū
in miſſa oblatum, eſſe ſacrificium? ¶ Nona ratio. In ipſo quoq; canone 9
ſacro miſſæ, eccleſia ſancta antiquiſſimo vſu iam diutiſſime obſeruato:
veneranda illa ſigna excellentiſſimi myſterij, altari impoſita, ante conſe-
crationem vocat ſancta ſacrificia illibata, ſacrificium laudis, oblationē
quam ſe offerre conteſtatur: ſub habitudine quadam & relatione ad ea
auguſtiſſima ſignata, corpus domini & ſanguinem, quæ peracta conſe-
cratione, ſub illis ſignis veriſſime continentur. Poſt conſummatam vero
conſecrationē ſanctiſſimi ſacramenti: ipſa eccleſia in prædicti ſacri cano-
nis contextu perhibet ſe offerre diuinæ maieſtati (ad ſacratiſſimum cor-
pus & ſanguinem dominicū, venerabilibus illis ſignis ineffabiliter obte
cta, referens ſuam mentem: eaq; ſignaculo crucis obſignans) hoſtiam pu
ram, hoſtiam ſanctam, hoſtiam immaculatam: panem ſanctum vitæ ęter
næ, & calicem ſalutis perpetuę. In quibus ſane verbis, ſignificatur aper-
tiſſime ipſius panis ſupercæleſtis & calicis ſancti oblatio, ſummæ diui-
nitati facta: & proinde glorioſum CHRISTI corpus & ſanguis, tum
ſub velamine ſacrorum ſignorum mirabiliter in altari ſubſiſtens: eſſe ve-
rum ſacrificium, deo tunc per miniſterium ſacerdotis oblatum. Quā qui-
dem ſententiam, quicunq; ſacri canonis miſſæ verba diligentius atten-
dunt: indubitatam tenent, neq; hæſitant eandem eſſe, ſempérq; fuiſſe ec-
cleſiæ catholicæ ſolidam determinationem. Quā nunc trahere in du-
bium, adducéreq; in diſceptatiōnē aut impugnare debet nemo: qui cum
tota eccleſia de altiſſimo huius ſacramenti myſterio recte ac ſyncære vo-
luerit ſentire, ſeq; legitimum & nequaq̄ degenerem eccleſiæ filium pro-
dere. ¶ Decima. Eandem pręterea ſententiam comprobant ſuis ſcriptis 10
plurifariam ſancti patres: virtute & doctrina præſtātiſſimi. Ex quorum
numero nunc ante omnes prodeat beatus pater Auguſtinus: in decimo
Auguſti- libro de ciuitate dei, cap. viceſimo dicens. Per hoc, & ſacerdos eſt ipſe of
nus. ferens: ipſe & oblatio. Cuius rei ſacramentum: quotidianum eſſe voluit
eccleſiæ ſacrificium. cum ipſius corporis ipſe ſit caput: & ipſius capitis
ipſa ſit corpus. tam ipſa per ipſum: quàm ipſe per ipſam ſuetus offerri.
Hæc ibi. Sed quod obſecro eſt quotidianum eccleſiæ ſacrificium: niſi
ſanctiſſimum corporis & ſanguinis dominici ſacramentum: quotidie ab
eccleſia in miſſa offerri ſolitum? Quomodo etiam ipſe CHRISTVS
per eccleſiam conſuetus eſt offerri: niſi in ſacratiſſimo miſſæ myſterio,
vbi glorioſum eius corpus & ſanguis ſub panis & vini ſpeciebus offerū-
tur? Rurſus idem in viceſimoſecundo eiuſdē operis libro, cap. decimo
Idem. ait. Nos autē martyribus noſtris, non templa ſicut dijs: ſed memorias
ſicut hominibus mortuis, quorū apud deum viuunt ſpiritus, fabrica-

mus. Nec ibi erigimus altaria, in quibus ſacrificemus martyribus: ſed
vni deo & martyrum & noſtro, ſacrificiū immolamus. Ad quod ſacrifi-
cium, ſicut homines dei, qui mundū in eius confeſſione vicerunt: ſuo lo
co & ordine nominantur, non tamen à ſacerdōtē qui ſacrificat, inuocan-
tur. Deo quippe, non ipſis ſacrificat: quāuis in memoria ſacrificet eorū,
quia dei ſacerdos eſt: non illorum. Ipſum vero ſacrificium, corpus eſt
CHRISTI: quod non offertur ipſis, quia hoc ſunt & ipſi. Hæc Augu-
ſtinus. Quid autem hoc teſtimonio apertius haberi poteſt aut certius:
quo dicit eximius ille ſplendor eccleſiæ, corpus CHRISTI eſſe ipſum
ſacrificium: quod ſcilicet ſacerdos eccleſiaſticus deo ſacrificat & offert in
celebratiſſimo miſſæ myſterio? Potiúſne beato Auguſtino illud religio-
ſe & probe aſſerenti, habenda eſt fides: q̄ Luthero, idem impie atq; im-
11 probe diffitēti? ¶ Vndecima ratio. Accedit & cōſonat ſupra dictis eiuſ-
dem probatiſſimi authoris ſententia in Enchiridion: vbi ait. Neq; negā- Auguſti-
dum eſt, defunctorū animas pietate ſuorum viuentiū releuari: cum pro nus.
illis ſacrificiū mediatoris offertur, vel eleemoſynæ quæ in eccleſia fiunt.
Sed proſunt eis, qui cum viuerēt: hæc ſibi vt poſtea poſſint prodeſſe, me-
ruerunt. Et paulo poſt. Cum ergo ſacrificia ſiue altaris ſiue quarūcunq;
eleemoſynarum pro baptizatis defunctis offeruntur: pro valde bonis,
gratiarum actiones ſunt. pro non valde malis: propitiationes ſunt. pro
valde malis, etiam ſi nulla ſunt adiumenta mortuorum: qualeſcunq; vi-
uorum conſolationes ſunt. Hæc ille. Quod autem eſt ſacrificium me-
diatoris, aut quæ altaris ſunt ſacrificia, ſecundum mentem Auguſtini
in loco citato: niſi oblatio panis viuifici & ſacri calicis dominici in ipſo
miſſæ myſterio? Illud igitur ſacramentum: ex eiuſdem ſententia vere eſt
12 & dici debet ſacrificium. ¶ Duodecima. Cum dominus per prophetā
in pſalmo, legis euangelicæ gratiam amplíſſimam mundo manifeſtan-
dam referans: ſe repudiaturum veteris legis hoſtias perhibuiſſet, his
verbis. Non accipiam de domo tua vitulos: neq; de gregibus tuis hir- Pſal. 49
cos. & alijs tum præcedentibus tum ſequentibus: ſubiungit id oblatio-
nis genus, quod ſibi vult earum loco immolari, dicens. Immola deo ſa-
crificium laudis: & redde altiſſimo vota tua. Et iterum eodem in loco.
Sacrificium laudis honorificabit me: & illic iter, quo oſtendam illi ſa-
lutare dei. Per ſacrificium autem laudis, ibidem intellígunt graues &
eruditi illius loci expoſitores, & in primis Nicolaus Liranus, diligētiſ- Nicolaus
ſimus totius ſacræ ſcripturæ ad literam explanator, & non aſpernandæ liranus.
authoritatis: oblationem precioſi corporis & ſanguinis dominici in ip-
ſo miſſæ myſterio: in laudem, gloriam & honorem diuini nominis, ſa-
ctam. In cuius rei fidem ac robur: in ſacro canone miſſæ, ſanctiſſima il-
la immolatio ſacramenti euchariſtię, ſacrificium laudis appellatur: cum
poſt factam viuentium cōmemorationem, ſubiungit ſacerdos. Pro qui-
bus tibi offerimus, vel qui tibi offerunt, hoc ſacrificium laudis: pro ſe,

ſuiſq; omnibus. Eſt igitur ex ſcripturæ diuinæ teſtimonio, accedente ſacrorum eius interpretum ſententia, & totius eccleſiæ authoramento: ſancta illa hoſtia in miſſæ celebratione conſecrata, verum ſacrificium, & ita debet appellari. ¶Decimatertia ratio. Sanctus item Cyprianus, cū doctrina ſingulari tum martyrio inſignis: eandem comprobat aſſertionē. potiſſimum in epiſtola ad Cęcilium: quæ ſecundi ſuarum epiſtolarū libri eſt ordine tertia. vbi non ſemel ſed ſæpenumero: ipſum dominici corporis & ſanguinis ſacramentū appellat ſacrificiū. Ita enim circa ipſum prædictæ epiſtolæ exordium ſcribit. Quoniā quidā vel ignoranter vel ſimpliciter in calice dominico ſanctificādo & plebi miniſtrādo non hoc faciunt: quod IESVS CHRISTVS dominus & deus noſter, ſacrificij huius author & doctor, fecit & docuit. religioſum pariter ac neceſſariū duxi ad te literas facere. Vt ſiquis in iſto errore adhuc teneatur: veritatis luce perſpecta, ad radicem atq; originē traditionis dominicę reuertatur. Deinde paucis interiectis oſtendens in Melchiſedech, ſacrificij dominici præfiguratū eſſe ſacramētum: ait. Nam quis magis ſacerdos dei ſummi: q̄ dominus noſter IESVS CHRISTVS, qui ſacrificium deo patri obtulit? Et obtulit hoc idem quod Melchiſedech obtulerat, id eſt panem & vinum: ſuum ſcilicet corpus & ſanguinē. Rurſum paulo poſt idem. Sed & per Salomonem ſpiritus ſanctus typum dominici ſacrificij præmonſtrat immolatæ hoſtiæ & panis & vini: ſed & altaris & apoſtolorum faciens mentionem. Sapientia (inquit) ædificauit ſibi domum: & ſubdidit columnas ſeptem. Mactauit hoſtias ſuas, miſcuit in cratere vinum ſuū: & parauit menſam ſuam. Et miſit ſeruos ſuos: conuocans cum excelſa prædicatione ad craterem, dicens. Qui eſt inſipiens: declinet ad me, & indigentibus ſenſu dixit. Venite & edite de meis panibus: & bibite vinum quod miſcui vobis. Iterum nonnullis interpoſitis: eodem in loco ait. Vnde apparet ſanguinē CHRISTI non offerri: ſi deſit vinum calici. nec ſacrificium dominicum legitima ſanctificatione celebrari: niſi oblatio & ſacrificium noſtrum reſponderit paſſioni. Quomodo autem de creatura vitis nouum vinum cum CHRISTO in regno patris bibemus: ſi in ſacrificio dei patris & CHRISTI, vinum non offerimus, nec calicem domini dominica traditione miſcemus? Hæc Cyprianus. Ecce in ſingulis locis modo citatis, vocatur ab eximio illo authore ſacramentum corporis & ſanguinis domini, ſacrificium. necnon in compluſculis aliis ſequentibus locis eiuſdem epiſtolæ: quæ tota eſt ſucculenta, ſalutariſq; doctrinæ refertiſſima. ¶Prolixum certe foret & nimis operoſum: ſanctorū patrum Hieronymi, Gregorij, Chryſoſtomi, Bernardi & cæterorum teſtimonia idem comprobātia: hic in medium afferre. quæ ſtudioſo lectori, ſacra eorum opera ſedulo exercitio euoluēti: protinus obuia erunt, atque ad manum occurrent. Ab illis igitur citandis ſupерſedentes: alia adhuc via rem propoſitam fulciamus.

13 Cyprianus

Gene. 14

Prouer. 9

Matth. 26

¶Sanctionum etiam pontificiarū iuriſq; canonici teſtimonio oſtendi: q̄ ſacramentum euchariſtiæ in miſſæ celebratione oblatum, ſit verum & ſingulare ſacrificium. Cap. XII.

14 PRætereaut ſolidius accipiat robur & firmius, idipſum de quo diſſerimus negocium: iuris etiam pontificij authoritate, in præſentia corroborandum eſt, digeſtis in ordinē illius teſtimonijs. ¶Sit igitur hæc decimaquarta ratio. In epiſtolis decretalibus, titulo de ſumma trinitate & fide catholica, cap. firmiter credimus. ita dicit Innocentius tertius in concilio generali. Vna vero eſt fidelium vniuerſalis eccleſia, extra quam nullus omnino ſaluatur: in qua idem ipſe ſacerdos eſt ſacrificiū, IESVS CHRISTVS. Cuius corpus & ſanguis in ſacramento altaris, ſub ſpeciebus panis & vini veraciter continentur: trāſſubſtantiatis pane in corpus & vino in ſanguinē poteſtate diuina. Vt ad perficiendū vnitatis ſacramentū, accipiamus ipſi de ſuo: quod accepit ipſe de noſtro. Hæc ibi. Sed quonā pacto CHRISTVS ipſe, ſummus ſacerdos ſecundū ordinē Melchiſedech, nunc eſt ſacrificiū: niſi quoniam ipſe deo offertur in ſacroſancto miſſæ officio, panis & vini adopertus integumēto? Nempe non eſt ipſe nunc ſacrificiū, quoniā ſeipſum in cruce obtulerit pro nobis (quāuis in hora amariſſimæ ſuæ paſſionis fuerit ſecundū eā rationē & ſacerdos & ſacrificiū: at ſemel tantū oblatū, & nunq̄ eo modo iteratū) ſed quoniā ſacratiſſimū eius corpus & ſanguis offerun tur ſub myſticis ſignis in ſancto altari. Eſt igitur huiuſmodi oblatio: ve

15 re ſacrificiū. ¶Decimaquinta. In libro etiā decretorū, diſtinctione nonageſimatertia, cap. peruenit. hęc cōcilij Niceni affertur ſentētia atq; ſanctio. Peruenit ad ſanctū conciliū: q̄ in locis quibuſdā & ciuitatibus, preſbyteris ſacramēta diaconi porrigāt. Hoc neq; regula neq; cōſuetudo tradidit, vt ij qui offerēdi ſacrificij non habēt poteſtatē: ijs qui offerūt, corpus CHRISTI porrigant. Sed & illud innotuit: q̄ quidā diacones etiā ante epiſcopos ſacramēta ſumunt. Hæc ergo omnia amputētur & excidantur, & in ſua diaconi menſura permaneāt: ſciētes q̄ quia epiſcoporū miniſtri ſunt, inferiores preſbyteris habētur. Per ordinē ergo, poſt preſbyteros ſacræ gratiā cōmunionis accipiāt: aut epiſcopo aut preſbytero porrigēte eis. Sed nec ſedere in medio preſbyterorū, diacono liceat: quia ſi fiat hoc, præter regulā probatur exiſtere. Si quis autē poſt has definitiones obedire noluerit: à miniſterio ceſſare debebit. Hęc ibi. Et eadē ferme ſentētia, ſed aliis verbis longe contractioribus: exprimitur in decimi libri eccleſiaſticæ hiſtoriæ capite ſexto. vbi inter viginti canones magni concilij Niceni ibidē explicatos: hic reponitur ordine decimuſquartus. Atqui in prædicto Nicenę ſynodi decreto, hic iam citato: diaconi dicūtur offerendi ſacrificij non habere poteſtatē, quoniā ſacroſanctā euchariſtiam in miſſæ officio cōſecrādi nō ſunt facultatē ſortiti: q̄ ſacerdotali

Innocētius tertius.

Pſal. 109

Niceni concilij decretum.

munere non fungãtur. Presbyteri vero, in eodẽ modo adducto canone dicũtur offerre sacrificiũ: quoniã in sacro missæ mysterio consecrant sanctã eucharistiã, deóq; offerũt. Authoritate igitur celeberrimi illius cõcilij manifeste liquet, dignissimũ corporis & sanguinis dominici sacramẽtum in missa consecratũ ac oblatum: esse verũ sacrificiũ. ¶ Decimasexta. 16
In eodem quoq; decretorũ libro: de cõsecratione, distinctione secunda, cap. in CHRISTO. adducitur ex Ambrosio in expositione epistolę ad
Ambrosius Hebræos hæc sentẽtia. Semel oblata est hostia: ad salutẽ sempiternã potens. quid ergo nos? nonne per singulos dies offerimus? sed ad recordationem mortis eius. & vna est hostia: non multæ. Quomodo est vna: nõ multæ? quia semel oblatus est CHRISTVS. Hoc autem sacrificium: exemplum est illius. idipsum, semper idipsum: proinde hoc idem est sacrificium. Alioquin dicetur, quoniã in multis locis offertur: multi sunt CHRISTI. nequaq̃: sed vnus vbiq; CHRISTVS. & hic plenus existens: & illic plenus. Sicut enim quod vbiq; offertur, vnum est corpus & non multa corpora: ita & vnũ sacrificiũ. Pontifex autẽ ille est: qui hostiã obtulit nos mundantẽ. Item ipsam offerimus etiã nunc: quæ tunc oblata
Lucæ. 22 est, consumi non potest. Quod nos facimus: in cõmemorationẽ fit eius quod factũ est. Hoc enim facite (ait) in meã cõmemorationẽ. Hæc ibi. Quibus verbis sacer antistes Ambrosius, non modo sacramentũ altaris quod in missa offertur, hostiã esse testatur & sacrificiũ: sed & eandem hostiam & idẽ sacrificiũ, quod in ara crucis pro mũdi salute semel oblatũ est. Quod vtiq; verissimũ est, quandoquidẽ idem secundũ substantiam CHRISTI corpus hic offertur: & illic oblatũ est. licet alterũ sit secundũ qualitates: & alio modo hic offeratur, & illic fuerit oblatum. Illic enim mortale fuit atq; passibile: hic vero glorioſum, immortale & impassibile. Illic itidẽ in forma corporis propria & visibili oblatũ est: hic vero tegmine panis ineffabiliter adopertum. Idem quoq; secundũ substantiam sanguis precioſus, illic in cruce oblatus est & effusus: & hic in altari offertur, licet diuerso modo. Deniq; idem dominus noster IESVS CHRISTVS deus & homo, totus in cruce oblatus est: & totus secundũ substãtiam etiam hic offertur. aliter tamen hic immolatur, quàm fuerit ibi immolatus: & alter est secundum qualitates & accidentarias proprietates. Quippe hic, immortalis & incorruptibilis est: illic vero adhuc mortalis fuit, & corruptioni dissolutioniq; animæ à corpore obnoxius. Porrò hanc sancti Ambrosij sententiam, quòd eandem nunc in altari offerimus hostiam, quæ tunc oblata est in cruce: sancta quoq; approbat ecclesia catholica, hanc in oratione secreta missæ de sancta cruce, deprecationem deo effundens. Hæc oblatio domine ab omnibus nos mundet offensis: quæ in ara crucis etiã totius mundi tulit delicta. Quid hac prece religioſius? Quid item his verbis significãtius dici potest aut expressius? quę plane asseuerant, eam oblationẽ & hostiã quæ immolatur

in altari: etiam in cruce totius mundi peccata sustulisse. & proinde eandem re ipsa esse hostiam: hanc, & illam. 17 ¶ Decimaseptima ratio. In eodem libro decretorum: de cõsecratione, distinctione secunda, cap. panis est. affertur & hæc sancti Ambrosij sententia: ex libro eius de sacramentis. Quomodo autẽ potest quod panis est: esse corpus CHRISTI? cõsecratio autem quibus verbis & quibus sermonibus est? domini IESV. Ambrosius
Nam per reliqua omnia quæ in superioribus à sacerdote dicuntur: laus deo defertur. oratione petitur pro populo: pro regibus, pro cęteris. Vbi autem sacrificium conficitur: iam non suis sermonibus sacerdos, sed vtitur sermonibus CHRISTI. Ergo sermone CHRISTI: hoc sacramẽtum conficitur. Hæc ibi. Ecce & hic Ambrosius sacramentum eucharistiæ quod in altari consecratur, vocat sacrificium: & ita appellandũ esse, manifeste testificatur. 18 ¶ Decimaoctaua. In eodem etiam decretorũ volumine: de consecratione, distinctione prima, cap. sicut non alij. citatur Felix papa: ita scribens omnibus orthodoxis. Sicut nõ alij q̃ sacrati deo Felix papa
sacerdotes debent missas celebrare, nec sacrificia nisi super altare offerre: sic non in alijs quám in domino consecratis locis. id est in tabernaculis, diuinis precibus à pontificibus delibutis, missas cantare aut sacrificia offerre licet: nisi summa coëgerit necessitas. Hæc ibi. Quæ autem sacrificia super altare offeruntur à sacerdotibus: nisi sacrosanctum CHRISTI corpus & precioſus eius sanguis in missarum celebratione, sub venerãdis panis & vini signis? Ea igitur oblatio: rectissime dicitur sacrifi-
19 cium. ¶ Decimanona. Eodẽ quoq; in libro: de cõsecratione, distinctione secunda, cap. in sacramentorum. Alexander papa hunc in modũ scribit omnibus orthodoxis. In sacramentorũ oblationibus quæ inter missarum solẽnia domino offeruntur: panis & vinum aqua permixtum, in Alexander papa.
sacrificium offerantur. Et paulo post eodem loco, cap. in sacramento. ex concilio Carthaginensi quarto: depromitur hæc sanctio. In sacramento corporis & sanguinis domini nichil amplius offeratur: q̃ quod ipse dominus tradidit, hoc est panis & vinum aqua mixtum. nec amplius in sacrificijs offeratur: q̃ de vuis & frumentis. Hæc ibi. Ex quibus planum est, sacramentum corporis & sanguinis dominici quod in missæ celebratione consecratur & offertur: verum esse sacrificium, & tali nomenclatura denominari debere. 20 ¶ Vicesima & vltima ratio. Demum in eodẽ sanctionum canonicarũ codice, de consecratione, distinctione secunda, cap. nichil. Alexander papa, primus huius nominis: ita inquit. Nichil in sa- Idem.
crificijs maius esse potest: q̃ corpus & sanguis CHRISTI. nec vlla oblatio, hac potior est: sed omnes hæc præcellit. Quæ pura conscientia domino offerenda est: & pura mente sumenda, atq; ab omnibus venerãda. & sicut potior est cæteris: ita potius excoli & venerari debet. Hæc ibi. Sed quid sanctus ille pontifex corpus & sanguinem CHRISTI reponit & numerat inter sacrificia: si illius in missa oblatio non est dicenda nec ha-

benda ſacrificium? Nónne eo ipſo q̄ hoc altaris ſacramentum in numero ſacrificiorum per verba modo citata collocat: clare inſinuat, id venerabile miſſæ myſterium eſſe ſacrificium? De præcellentia autem & perfectione huiuſce ſacrificij altaris ſupra veteris legis hoſtias, quam recte aſtruit ſupra dicta ſententia: non nichil à nobis annotatum eſt ſuperioribus annis, in opuſculo de vita & moribus ſacerdotum. Cæterum quid multis moror lectorem? Si locos omnes & capita in prædicto volumine decretorum, de cōſecratione, diſtinctione prima & ſecunda, ordine certo digeſta percurrere, cuiq̄ cordi fuerit: inueniet non ſemel aut bis, ſed amplius q̄ quinquagies, ſanctiſſimum euchariſtiæ ſacramentū in miſſæ celebratione ſub panis & vini forma conſecratum: dici ſacrificiū, eóq; prędicari nomine à ſacroſanctis concilijs & orthodoxis patribus. vt amplius ea de re hæſitandi: nullus cuipiam (modo nō proteruiat) relinquatur locus. neq; cuiuſq̄ mentē debeat poſt hac occupare impia Lutheri aſſertio, negantis id ſublime myſterium dominici ſacramenti eſſe ſacrificiū. Qua quidem improba poſitione totam labefactat euangelicam legē: deſtituens eam ſacrificij ſui dignitate & gratia. Ipſum etiam CHRISTI ſacerdotium deſtruit ac euertit Lutherus: nullū illi relinquens propriū atq; ſingulare ſacrificium. Quinimmo & totam pro viribus demolitur eccleſiam catholicam: cuius firmamentum, robur & petra eſt hoc ſaluta re ſacrificium, quod quotidie in miſſæ officio frequentatur. Quo cōuulſo: quid reliquū eſt nobis, cui velut anchoræ & baſi ſolidæ innitamur?

¶ Verū obiectabit hic quiſpiam fortaſſe, me hoc in loco nequicq̄ in Lutheri confutationem citaſſe iuris pontificij ſanctiones & epiſtolarum decretalium ſententias: q̄ omnes eas ipſe floccifaciat, aſpernetur & exibilet. appellans ſtatuta priſcorum patrum, frigida decreta: contendénſq; illis nichil authoritatis ineſſe, nec fidem habendam. Cui paucis ſatisfaciam: id nequaq̄ me latere, Lutherum (quæ ſua eſt arrogantia & inſolens impudentia) probatiſſimas illas pontificiorum canonū conſtitutiones cō-

Viclefus temptui habere & paruipendere. Didicit enim illud à ſuo magiſtro Viclefo: qui inter peſtiferos articulos ſuos in ſacroſancta ſynodo Cōſtantienſi optimo iure dānatos, & hūc euomuit ordine triceſimū octauū. Decretales epiſtolæ ſunt apocryphæ, & ſeducunt à fide CHRISTI: & clerici ſunt ſtulti, qui ſtudent eas. Cæterū quid iuſtius eſt & æquitati magis conſonū: q̄ eum, qui doctores omnes eccleſiaſticos, omnia ſacra concilia, ſanctiones etiam omnes iuris canonici arrogātiſſime contemnit: ab omnibus etiam ſyncęræ fidei cultoribus contēni, explodi & expui? Cōtemnat quidē Lutherus iura omnia pontificalia: ſubſannet orthodoxorum patrum decreta, & nichili faciat. Sed eo faſtidioſo cōtemptu ſibi iuſtum parat iudiciū, quo feriatur & damnetur: ſcilicet vt ab omnibus literarū ſtudio addictis ipſe etiam contēnatur, & inglorius abijciatur. Neq; enim lex iuſtior vlla eſt: q̄ quę quis fecerit, hæc eadem patiatur & ipſe.

¶ Rationum Lutheranarum, ſacramentum altaris non eſſe ſacrificium contendentium: diſſolutio. Cap. XIII.

1 AT vero pręſens locus nunc etiā exigit: vt rationes Lutheri & aſſectatorum eius, contēdentes dominicū corpus & ſanguinem in altari conſecratum non eſſe ſacrificium, pro noſtra facultate diluamus. quo apertius conſtet, reiectis aduerſariorū cauillis, ſyncæra rei propoſitæ veritas. ¶ Et primo quidē obijciunt illud beati
2 Pauli verbum quod ad Hebræos ſcribitur. Hic autem (CHRISTVS Hebræ. 10
3 ſcilicet) vnā pro peccatis offerens hoſtiam: in ſempiternū ſedet in dextra
4 dei. Et rurſum ibidem de eodem. Vna enim oblatione: conſummauit in
5 ſempiternum ſanctificatos. Iterum in eodem loco. Voluntarie enim pec-
6 cantibus nobis poſt acceptā notitiam veritatis: iam non relinquitur pro
7 peccatis hoſtia. Ecce Paulus (inquiūt) vnam hic ponit hoſtiam, vnámq;
8 oblationem: & peccantibus poſt agnitam veritatē, dicit non relinqui ho-
9 ſtiam. Non eſt igitur dominicum corpus in miſſa conſecratum cum ca-
10 lice ſancto: nuncupandū ſacrificium. Alioqui nō vnica eſſet hoſtia & ſe-
11 mel oblata: ſed plures & frequentius oblatæ. peccantibuſq; nobis relin-
12 queretur pro peccatis hoſtia: contra beati Pauli ſentētiam. ¶ Verū ipſis reddenda eſt reſponſio, deiferum Paulum ibidē verba facere de vna hoſtia: in ara crucis pro peccatis noſtris oblata in die paſſionis dominicæ. quæ quidem oblatio neq; poſtea iterata eſt, neq; iterabitur vnq̄, ſecundū illam rationem & modum: q̄ ad immortalitatis gloriam intra triduum CHRISTVS poſt crucis perpeſſionem vere ſurrexit. Non autem eundem apoſtolū illic loqui de immolatione eiuſdem hoſtiæ ſub forma panis & vini: inſtituta in cōmemorationem primæ oblationis. q̄ ea & frequenter fiat ex CHRISTI cōſtitutione (qui dixit. Hoc facite in meam Lucæ. 22
cōmemorationem. &, Hæc quotienſcunq; feceritis: in mei memoriam fa- 1. Corin. 11
cietis) & pro peccatis noſtris expiandis quotidie deo exhibeatur. Quocirca Lutherus & eius aſtipulatores, hos tres ſcripturæ locos, applicantes ad oſtendendum oblationem ſacramenti altaris in ſacro miſſæ miniſterio, non eſſe ſacrificiū, de qua tamen ſacer Paulus inibi non loquitur: pſeudographiam incurrūt, & ineptam ſacrarum literarum ad alienum
13 ſenſum accōmodationem. ¶ Secundo inſurgit Lutherus: in eandē pene
14 cum priore obiectione ſententiam. CHRISTVS poſtq̄ ſemel ſeipſum
15 obtulit: non voluit denuo ab vllis offerri, ſed memoriam ſui ſacrificij vo-
16 luit fieri. Et vobis (inquit) vnde hæc audacia: vt ſacrificium ex ea memo-
17 ria faceretis? Vere veſtrum reſacrificare: eſt impijſſime crucifigere. Hęc
18 ille. ¶ Cui reſpondendū eſt, q̄ poſt ſui in cruce oblationem non voluit CHRISTVS rurſum ab vllis offerri, eodē quo prius ſchemate & modo: vtpote in propria corporis forma viſibili & paſſibili. Voluit tamen alio modo offerri poſtea, etiam vſq; ad conſummationem ſeculi: ſub ſpe-

ciebus ſcilicet panis & vini, continẽtibus vere ſuũ corpus & ſanguinem inuiſibiliter & impaſſibiliter. Nam illum offerendi modum in vltima cœna ipſe inſtituit: & frequẽtari debere in eccleſia catholica ſanxit. Porrò q̃uis hic ſecundus CHRISTVM offerendi ritus ſit memoria prioris ſacrificij CHRISTI, in cruce facti: haud tamen ex eo recte colligas, q̃ nõ ſit is ſacrificium. cũ hæc duo nequaq̃ adinuicem pugnẽt, eſſe ſacrificiũ & eſſe memoriã ſacrificij: ſed ratione habita ad diuerſa, magno inter ſe conſenſu cõueniant. Eſt enim auguſtiſſimũ dominici corporis & ſanguinis ſacramentum, quod in miſſa conficitur & conſecratur: memoria ſiue commemoratio ſacrificij per CHRISTVM in cruce ſemel facti, cũ
Ephe. 5 tradidit ſemetipſum pro nobis oblationem & hoſtiã deo: in odorẽ ſuauitatis. Et ſimul idem ſacramentum eſt ſacrificium legis euangelicæ: ad ſacerdotiũ CHRISTI ſecundũ ritum Melchiſedech pertinens. Quare ſecundũ aliam & aliam conſiderationẽ, ipſum ſacramentũ altaris eſt in memoriam ſacrificij & ſacrificium: longéq̃ diuerſa ratione. q̃uis vna ſit & ſecundum ſubſtantiam eadem hoſtia, quæ prius eſt oblata in cruce & nunc offertur in altari: altera tamen ſecundum qualitatem & offerendi modum, vt in capite præcedente dictum eſt. Nulla igitur eſt temeraria audacia, ſed pia religio cultuſq̃ dei ſyncærus: q̃ ex memoria ſacrificij prioris, fiat ſacrificium ſecundum ordinem Melchiſedech tempore poſterius. Neq̃ illud (vt vocat Lutherus) reſacrificare: eſt impijſſime recrucifigere. quoniã in ſancto altaris myſterio non iterũ ſacrificatur CHRISTVS vt in cruce ſancta oblatus eſt: & ergo non recrucifigitur. ſed ſub myſticis panis & vini ſignis: ipſe glorioſus & immortalis in altari offertur. ¶ Tertio inſiſtit Lutherus: amarulenta increpitatione nobis inſultans. Cur (inquit) cũ memoriam natiuitatis CHRISTI celebratis: non eum denuo naſci facitis? & cum reſurrectionis eius aut aſcenſionis celebratis cõmemorationem: parate ei nouam reſurrectionem & aſcenſionẽ. & omnia opera eius renouate: cum eorũ memoriam facitis. Ex quibus molitur conficere ſimili ratiocinio, q̃ cũ oblationis CHRISTI in cruce cõmemorationem agimus: nullo pacto ipſum offerri à nobis dicere debeamus, neq̃ aſſerere, ſacrificij eius memoriã eſſe ſacrificium. ¶ Cæterũ illi paucis ſatiſfaciendum eſt, q̃ quemadmodum natiuitatis dominicæ, reſurrectionis aut aſcenſionis celebrantes memoriã: non facimus vt denuò naſcatur, reſurgat, aut cælos cõſcendat. quia ſemel tantum pro nobis natus eſt: reſurrexit & aſcendit in cælum. ſed illorum myſteriorũ cõmemorationem tantum religioſa pietate recolimus, in gratiarum actionem de tanta dei in nos benignitate: per hæc noſtræ redemptionis ſacramenta, mũdo exhibita. Ita quoq̃ paſſionis domini in cruce toleratæ memoriam facientes: nequaq̃ rurſus eundẽ crucifigimus, aut paſſione crucis afficimus, cum ſit ipſe nunc impaſſibilis. nec oblationis eiuſdem domini noſtri in ara crucis, recolentes myſterium: eũdem in cruce extentũ

aut ſaucium (vti prius erat) denuò offerimus. Sed illius oblationis memoriam: ſacrificio alterius generis, vtpote panis & vini conſecrati ſecundum ritum Melchiſedech, repræſentamus. Verum magnum eſt inter illud & hoc ſacrificiũ, diſcrimen: tametſi vnus & idem ſit CHRISTVS qui tunc fuerit oblatus, & qui nũc offeratur. Illic enim oblatus eſt, morti & paſſioni adhuc obnoxius: hic vero, omnis iam infirmitatis & paſſibilitatis immunis. Illic inſuper oblatus eſt in propria corporis forma, omniũ obiecta oculis: hic vero in myſticis ſacri panis & vini ſignis. Denicq̃ illic ſemel tantum: hic vero ſæpenumero oblatus eſt, & deinceps ad finem vſq̃ mundi crebrius offeretur. Sed hæc paulo ante dicta repetiſſe: pene ſuperuacuũ videri poſſit. Non ergo rationabiliter nobis obiectat Lutherus, q̃ memoriã dominicæ paſſionis agentes in noſtro ſacrificio: rurſus eundẽ ad crucis paſſionem adigimus, aut oblationẽ eius in cru-
7 ce factam iteramus. cum id: à veritate ſit prorſus alienũ. ¶ Quarto, Lutherus hanc texit ratiocinationẽ. atq̃ in nos contorquet. CHRISTVS
, non ſacrificauit panem & vinum in cœna nouiſſima. Igitur miſſa ipſa,
, panisq̃ & vini in illo miniſterio conſecratio: nõ eſt ſacrificiũ. Debemus
, enim (inquit) in illo myſterio factum & exemplum CHRISTI imitari.
¶ Cui reſponſionem adhibemus: refutandum eſſe id ipſum atq̃ abnegandum, quod aſſumit: CHRISTVM ſcilicet in cœna nouiſſima nõ ſacrificaſſe panem & vinum. Quippe omnium confeſſione, tunc conſecrauit ipſe panem & vinũ in ſuum corpus & ſanguinẽ. Huiuſmodi autem conſecratio, eleuatis oculis in cœlũ facta, & adhibita cæleſti benedictio- Matth. 26
ne: nõnne ſacrificatio fuit, & ſalutaris illius ſacrificij oblatio? Concinit ſiquidem eccleſia catholica in officio ſolennitatis ſanctiſſimi ſacramenti euchariſtiq̃: de eodem domino noſtro. Sacerdos in eternũ CHRISTVS dominus, ſecundũ ordinem Melchiſedech: panẽ & vinum obtulit. Quod quidem præconium, de oblatione per ipſum facta: & non per ſacerdotes eius miniſtros poſt eius ad immortalem vitam reditum, eſt accipiẽdum. quemadmodum & Melchiſedech typum CHRISTI gerẽs: per ſeipſum Gene. 14
& non alterius miniſterio obtulit panem & vinũ deo, in occurſu Abraq̃. At vero quo tempore obtulit CHRISTVS verus ſacerdos in æternũ, panem & vinũ ſecundũ ritum Melchiſedech: niſi in vltima cœna, quãdo inſtituit hoc ſublime myſterium? Non enim in cruce panem & vinũ obtulit: ſed ſeipſum in propria atq̃ materiali corporis & ſanguinis ſui forma. Neq̃ poſtea legitur ipſe ante ſuam aſcẽſionem: panem & vinum obtuliſſe. vt omnino conſpicuũ ſit laudatoriã illam antiphonã quæ in primis prędictæ ſolẽnitatis decantatur veſperis: intelligi debere de oblatione panis & vini facta per ipſum in vltima cœna. Atqui oblatio panis & vini: nõnne ſacrificatio eſt? & offerre: idémne deſignat quod ſacrificare?
8 ¶ Adde q̃ circa naſcentis eccleſiæ exordiũ, à probatiſſimis authoribus traditur primum miſſæ officium conflatũ fuiſſe dũtaxat ex verbis: cõ-

ſecratione corporis & ſanguinis CHRISTI continẽtibus, adiecta oratione dominica. Attamen in huiuſmodi ſacro miniſterio erat vera & integra oblatio, q̃uis nulla adijcerentur verba ſacerdotum deprecatoria: oblationem tum fieri conteſtantia, ſicut nunc adijciuntur. Ipſius igitur ſacrificationis ſubſtantia & integritas, tum ſubſiſtebat in conſecratione ſacroſanctæ euchariſtiæ: per verba conſecratoria ad imitationem noſtri ſaluatoris, facta. Ergo & CHRISTVS in cœna nouiſſima cum conſecrauit panem & vinũ, ijſdem vtens conſimilibúſq; verbis: vere tunc ſacrificauit. licet nulla legatur verba explicuiſſe: quæ ipſum deo patri oblationem illã ſacramenti exhibere ſignarent. ¶Præterea, in antiquæ legis 9
ſacrificijs ſacerdotes cum obtulerunt hoſtias deo: integrum confecerunt ſacrificium, cum eos obſeruarent ritus, quibus immolationes illæ ſecũdum diuinã ſanctionem fieri debuerũt. q̃uis nulla proferrent verba: ſacrificationis illius ſignificatoria. q; huiuſmodi oblatio, in rerum potius exhibitione: q̃ verborum ſacrificij opus ſignantium expreſſione, cõſiſtebat. Quis igitur non videt conſimiliter & CHRISTVM ſummũ ſacerdotem obtuliſſe in prima tanti myſterij inſtitutione ſacratiſſimũ ſuum corpus & ſanguinem deo patri: quando panem & vinum corã diſcipulis ſuis conſecrauit? tametſi nulla ab euangeliſtis narrẽtur eſſe dicta per eum verba: quibus ipſe oblationem illam ſe facere ſignificaret. Rerum nanq; exhibitione potius q̃ elocutione vocis, immolationem illam deo fieri ſignantis: facta eſt huiuſmodi tunc ſacrificatio. ¶Verũtamen q̃uis 10
ipſi Luthero admitteretur aſſumpta in præſenti obiectione propoſitio ad ipſius intelligentiam, CHRISTVM ſcilicet non ſacrificaſſe panẽ & vinum in cœna extrema, eo ritu & modo: quo nũc in eccleſia ſancta frequẽtatur ea oblatio, in templo ſcilicet: dei cultui conſecrato, & ſuper altare pontificali benedictione ſanctificatum, nec non cum indumentis ſacris illi ſacrificio altaris peculiariter addictis, quoniam hunc datæ propoſitionis ſenſum ex verbis ſuis prætendere videtur: attamen illatio ipſa totius ratiocinationis propoſitæ & conſecutio, clauda eſt ac manca, & quod ſubinfertur: falſum. Nõ enim ſemper facta CHRISTI debemus in omnibus adamuſſim imitari: ſed ea potiſſimũ exequi quę nobis faciẽda mandauit. quoniã ipſe regulã agendorũ nobis per ſe & ſuos diſcipulos eorũq; ſucceſſores prę ſcripſit: quã ad vnguem ſequi debeamus. Inter ea vero quæ fieri debere in lege noua inſtituit CHRISTVS: id vnũ eſt, oblatio ſacri corporis & ſanguinis eius in altaris officio, ſecundum illud
Lucæ.22 eiuſdem verbum ad apoſtolos ſuos. Hoc facite in meam cõmemorationem. Quare viri eccleſiaſtici gradum ſacerdotalem adepti: debent ſecundum inſtitutionem illam CHRISTI hoc in miſſæ celebratione ſacrificium libare deo. Porrò ſummo ſtudio ſibi quiſq; cauere debet à duabus iſtis hæreticorum argutijs, captioſiſq; nodis: quibus ſæpiuſcule Lutherus vtitur. Primus eſt. CHRISTVS hoc fecit, & tali modo: vt exempli

gratia, diſcipulis ſuis poſt cœnam dedit ſacram cõmunionem. Nos igitur, vt operũ eius ſimus æmuli: idem facere debemus, & cœnatis ſacramentum euchariſtiæ tradere. Secundus vero ita nectitur. CHRISTVS id non fecit, tali modo, tempore, & loco. vt (verbi gratia, ne ab exemplo Lutherano diſcedam) non celebrauit miſſam ſacris indutus veſtibus: & ſuper altare conſecratum. Igitur nec ipſi debemus idem conſimili modo agere: nec celebrare miſſam in altari, & ſacrarum veſtiũ ornatu. Vtrũq; ſiquidẽ argumentandi genus, infirmo nititur conſequio: & prorſus eſt inualidum. cum vtrobiq; conſpiciatur, quod aſſumitur eſſe verum: & quod colligitur, falſum atq; abſurdum.

¶In ſacramenti euchariſtiæ prima inſtitutione, non ſolum verba contineri promiſſionem ſignificantia: ſed & ea quæ deſignant offerendi actum & miniſterium. Cap. XIIII.

1 QVinta Lutheri ratio: qua molitur interimere ac conuellere ſacrificiũ altaris. Verba ipſius miſſæ quibus
2 vſus eſt CHRISTVS in prima ſacramẽti inſtitutione: ſunt verba promiſſionis, ſcilicet hæc ipſa. Hoc eſt Mathei.26
3 corpus meum: quod pro vobis tradetur. &, hic eſt ca- Marci.14
4 lix ſanguinis mei: qui pro vobis fundetur in remiſſionem peccatorũ. Nõ igitur miſſa eſt ſacrificium, cũ in verbis CHRISTI
5 prolatis in ipſa primaria huius myſterij cõſtitutione, nulla fiat mẽtio de
6 ſacrificio. ¶Reſponſio. Admittendum quidem eſt, in primæua illa auguſtiſſimi ſacramenti euchariſtię inſtitutione à CHRISTO facta: contineri verba illa promiſſionis in obiectione propoſita. Sed nõ ſolum illa ibidem continẽtur: quinimmo & alia inſuper, quę ad frequentationem illius ſancti myſterij & oblationẽ eiuſdem ſacramenti pertinent. vtputa hæc CHRISTI verba. Hoc facite in meam cõmemorationem. Et, hæc Lucæ.22
quotienſcũq; feceritis: in mei memoriam facietis. Quæ ſane verba, non 1.Corin.11
tantum ad ſumptionem ſacroſanctæ euchariſtię referenda ſunt: ſed & ad eius conſecrationem, ab apoſtolis & eorũ ſucceſſoribus faciendam. Ipſa vero conſecratio, nunq; ſine oblatione eiuſdem muneris conficitur: ex inſtitutione CHRISTI tum facta, ſicut & ſancta confitetur eccleſia: ita in hymno ſacroſanctæ euchariſtiæ de CHRISTO cõcinens. Sic ſacrificiũ iſtud inſtituit: cuius officium cõmitti voluit ſolis preſbyteris, quibus ſic congruit: vt ſumant & dent cæteris. Modum vero & ritum peculiarem offerendi huius ſacrificij: magiſterio ſpiritus ſancti in apoſtolos effundendo reliquit determinandũ. Et is deinceps certis regulis & legibus, vt nũc agitur & exercetur, demũ definitus eſt: per varia temporum curricula acceſſione partium miſſæ facta, & per diuerſos patres orthodoxos.
7 ¶Proinde nullius roboris eſt hæc ratiocinationis Lutheranæ ſtructura. In verbis CHRISTI exprimentibus inſtitutionem ſacramenti euchariſtiæ: nulla fit mẽtio de ſacrificio. Igitur ipſius in ſancto miſſæ offi-

cio oblatio:nō eſt ſacrificium. Primo quidem,quia licet vocabulum ſacrificij nominatim illic non exprimatur:alia tamen ponūtur verba tantundem ſignificantia, ſcilicet,hoc facite:&,hæc quotienſcunq; feceritis. Quippe verbum facere,etiam apud ſecularis literaturæ authores:ſacrificare ſignificat,vt apud Maronem in illo Bucolico carmine (ſi piaculū
Virgilius non putetur:prophana in ſacrorum cōfirmationem adducere)Cum faciam vitula pro frugibus:ipſe venito. Quid enim ſacrificare: q̄ facere ſacra ſignat? & qui ſacrificí dicuntur : niſi qui ſacra faciunt? vt cognoſcat Lutherus(quod hactenus aut ignorauit:aut ignoraſſe viſus eſt)prædictam dictionem,facere inquam,ſecundum propriam grāmaticæ rationem,acceptionémq; non infrequentem apud probatos authores: tantūdem ſignificare,atq; offerre & libare ſacra. neq; incongruū id eſſe aut abſurdum:q̄ in ea ſignificatione ſumatur in ſupra dictis CHRISTI verbis. Quod ſi(vt debet)admiſerit Lutherus:nōne protinus cōſequēs eſt, & ipſum id nobis tribuere debere,q̄ in prædictis CHRISTI verbis de ſacrificio fit mētio? quódq; per ea verba ordinauerit CHRISTVS:excellentiſſimū eucharíſtię ſacramentū,quod tum primo inſtituit,ab apoſtolis & eorū poſteris offerrí debere in ſacrificiū ? Certe ea ipſa CHRISTI verba:id omnino prætēdere & deſignare cenſentur. ¶Secundo cō- 4
uincitur prædicta conſecutio Lutherana:eſſe infirma ac inualida. quia q̄uis illud admirabile myſteriū non inſtituiſſet in vltima cœna CHRISTVS:vt vnicum & perpetuū nouæ legis ſacrificiū(quod tamen haudquaq̄ admiſerim:neq; ab aliquo eſt meo iudicio admittendum)attamen inſpiratione ſancti ſpiritus directioneq; ſpeciali , apoſtoli ſancti poſtea ordinaſſent illud ſacramentum debere offerri in ſacrificiū. ſicut in eccleſia ſancta hactenus ſemper eſt obſeruatū:& non ſine primaria aliqua ſolenniq; inſtitutione.quinimmo ipſe ſpiritus ſanctus per apoſtolos id faciundū ſanxiſſet:cuius non minor eſt aut inferior in conſtituendis eccleſiæ ſanctæ legibus,q̄ filij dei authoritas, immo par & eadē vtriuſq; poteſtas ſicut & voluntas. Enímuero cum ſacrificia veteris legis multiformia,vmbratilia & typica,deo authore ex ſacrarum literarū monumentis dinoſcantur fuiſſe ſancita:quæ tamen temporaria tantū erant,& ſuccedente figuris veritate deſitura.quis non libenter credat,ſibiq; vt indubitatum perſuadeat: ſacrificium illud ſingulare & vnicum nouæ legis, omnium conſummationem oblationum , omnium veritatem & exemplar,perfectiſſimum & æternum:etiam à deo primum eſſe inſtitutum? vtpote à CHRISTO, qui legem ſuam & ſacerdotium ſtabilire integre voluit,atq; fulcire ſuo ipſius ſacrificio:à ſe primū ordinato,& illius ſanctione per ſacerdotes euangelicæ legis,ad hæc vſq; tempora continuato: & donec ad iudicium venerit,ſecundum ipſius promiſſionem continuando. Vnde liquet erroneum eſſe & merito condemnatum inter cęteros
Vicleſus. ordine quintum,hunc Vicleſi articulū:quem & ſubolet hoc in loco Lutherus. Non eſt fundatum in euangelio:q̄ CHRISTVS miſſam ordinauerit. Nempe tres euāgeliſtę,Matthęus,Marcus & Lucas:huius ordinationis fide digni ſunt teſtes. ¶Sexta aduerſarij ratio.CHRISTVS 5
inſtituens ſacramentū euchariſtiæ:dixit.Accipite.eo verbo ſignificans, Matth.26
eucharíſtiam non eſſe ſacrificium deo exhibendum: ſed donum nobis à deo traditū,quod iubet à nobis accipi. Neq; dixit ibidē CHRISTVS, offerte & ſacrificate: ſed comedite & bibite. Hoc eſt(inquit)vniuerſum opus: quod in euchariſtia facere iubemur. Similiter & apoſtolus verba CHRISTI reperēs in prima ad Corinthios epiſtola: nullū aliud opus 1.Corin.11
q̄ manducationē & ſumptionem in euchariſtia nouit.nihil ibi offerre,nihil operari inſtituit: ſed ſolum domini mortē annūciare. Non eſt igitur 6
euchariſtia ſancta: in miſſæ celebratione ſacrificiū. ¶Reſponſio. In hac captioſa cauillatione aduerſarius conſuetudinariū ſibi atq; familiarem obſeruat morem:quo ſolet propoſitiones ſcripturę ſacræ ſine excluſione prolatas,adiecta excludendi particula conſtrictiores reddere & contractiores. Nempe ex eo q̄ CHRISTVS in vltima cœna inſtituens excellentiſſimū illud euchariſtiæ myſterium dixerit diſcipulis,q̄ acciperent, manducarent & biberēt:colligere ſatagit,ipſum illa tantū verba dixiſſe. cum planū omnino ſit,CHRISTVM tunc& alia dixiſſe verba:ad ſacrificij rationē pertinentia (vt præcedētis rationis diſſolutio palàm cōmonſtrat)quæ & beatus Paulus cōmemorat in citato ſuæ epiſtolæ ad Corinthios loco,vbi ipſam ſacramenti euchariſtiæ inſtitutionē à CHRISTO factā enarrat:referens ipſum apoſtolis & hæc protuliſſe verba, hoc facite in meam cōmemorationē. Neq; id mirū cuiq̄ videri debet,ſanctū apoſtolū ibidē poſt deſcriptā ſacramēti ſacrę cōmunionis inſtitutionē:nullā de ſacrificio altaris facere dilucidā & apertā mentionē. Quoniā ipſe ad totā Corinthiorū eccleſiā,viros & mulieres complectentē,necnon & laicos & ſacerdotes,tum verba faciebat:& nō ad ſolos ſacerdotes, ad quos
7 ſpectat ſacrificij illius oblatio. ¶Quāuis itē diuinus apoſtolus his verbis inibi poſitis.quotiēſcunq; māducabitis panē hunc & calicē bibetis: 1.Corin.11
mortē domini annūciabitis donec veniat.inſinuauerit in hoc ſuperçeleſti ſacramēto mortē domini annūciarí,memoriāq; mortis eius trāſactæ repreſentarí:haud tamē idcirco negat illud eſſe ſacrificiū. Nā vt in ſecūdæ Cap.13
rationis aduerſariorū dilutione iam eſt dictū:& hic repetere idipſum nō piget, idē ſacramentū euchariſtiæ eſt cōmemoratio mortis dominicæ,& ſacrificiū:ob diuerſas rationes,nullo pacto repugnantes.quēadmodū in Leuiti.23
veteri lege,eadem oblatio vt hirci pro peccato in feſto expiationis,& im- Exodi.12
molatio agni paſchalis in phaſe Iudæorū:erat ſacrificiū,& figura futuræ tunc mortis CHRISTI. Si igitur in antiquo teſtamento permultæ oblationes,& ſacrificia erant,& figuræ paſſionis dominicæ necdū tunc exhibitæ:cur in nouo & euangelicæ legis teſtamento,non poterit idem ſacramentum eſſe memoria mortis CHRISTI & eſſe ſacrificium? cum

nulla inter has denominationes assignari possit discrepantia: ob quam non valeant ambæ,vni & eidem secundum diuersas rationes cõuenire. ¶Porrò in hac Lutherana ratione quã nunc excutimus: adhuc aliud 3
quiddã est quod claudicat,ista scilicet cõsecutio quã nectit. Sacramentũ eucharistiæ est donũ nobis à deo datum: quod iussit nos accipere. ergo non est sacrificium: quod deo offerimus. tanq̃ inter se pugnarent & eidẽ conuenire non possent, donum & sacrificiũ: collatione facta ad diuersa. Quod q̃ sit alienũ à veritate: manifestant omnia veteris ritus sacrificia, quæ haud dubie dona erãt dei: indulta mortalibus ex summę bonitatis affluẽtia. Quid enim rerũ etiam corporaliũ,agnorũ,frugum aut volu-
Psal.49 crum habent homines: quod non à deo acceperunt? Meæ(inquit dominus per prophetam)sunt omnes feræ syluarum: iumenta in montibus &
Psal.23 boues. &, Domini est terra: & plenitudo eius. Vnde & Dauid rex exhilaratus spiritu ob promptã oblationem populi,donaria cumulatissime conferentis in futurã templi extructionẽ: & gratias deo exoluens de tan-
1.Paral.29 ta beneficiorũ largitate,inter cætera pie & vere professus est. Tua sunt omnia domine: & quæ de manu tua accepimus,dedimus tibi. Vbi eadẽ innuit & dona dei in nos esse: & sacrificia quæ deo offerimus. Quod & sancta protestatur ecclesia: post cõsecrationem panis sancti & calicis, hanc ad deũ pia confessione profundens orationẽ, in sacro canone contẽtam. Offerimus præclaræ maiestati tuæ de tuis donis ac datis: hostiã purã, hostiam sanctã, hostiam immaculatã, panẽ sanctũ vitæ æternæ, & calicẽ salutis perpetuæ. Quid oro his verbis apertius dici possit: quod nobis insinuet, eadẽ & dona dei esse posse & sacrificia nostra? Dona inquã: quoniã à deo nobis sunt collata. sacrificia vero: quoniã à nobis deo rursum offerũtur. dona itidem: quoniã à deo ad nos profecta. sacrificia vero: quoniã à nobis reciproce ad deum, pro votorũ affectu regrediũtur. vt cõpleta circulatione mystica ad id redeãt punctũ: à quo suũ sumpserunt exordiũ. Si ergo quæ dei in nos sunt dona, vetamur eidẽ offerre in sacrificiũ: interdictus erit nobis omnis vsus sacrificij, cũ nihil rerũ nisi ex dei
2.Corin.4 dono habeamus. Quid enim habes(clamat Paulus)quod non accepisti?

¶Ipsius sacramenti manducationẽ & sumptionem: nequaq̃ repugnare rationi sacrificij prius deo oblati. Cap. XV.

SEptima aduersarij ratio. Natura sacrificij est præser- 1
tim perfectissimi, quod holocaustum vocãt: totũ deo offerri, nihilq; ex eo hominibus relinqui. Si autẽ victima, aut pro peccato fuerit: saltem aliquã partẽ deo relinqui, non totã absumi. Cur ergo nos(inquit)panem & vinũ totũ comedimus: nihil relinquẽtes deo? Cur non totum ei relinquimus: cum velimus id esse perfectissimũ sacrificium? sicut corpora nostra & orationes: deo relinquimus. Neq; quod comedimus(ait)& bibimus: offerre possumus deo. cũ potius ei illud au-

feramus,& nobis demus: & intra nos recipiamus. Et nõ pudet(inquit) aduersus tam euidentia & certa verba,sacrificium facere & offerre deo:
2 quod comedimus & bibimus. Hæc Lutherus. ¶Cui paucis ita satisfaciendũ est, non oportere quosuis antiquorũ sacrificiorũ ritus inueniri & locũ habere in hoc nouæ legis sacrificio. quoniã cum illis hostijs,& cerimonię oblationis earũ sunt ablatæ: & cũ nouo sacrificio, nouus offerẽdi ritus institutus. Vt quia in veteri lege, holocaustũ igni absumebatur totum: quis tam impius erit & mẽte captus, vt dicat nostrũ sacrificiũ igne materiali cremandum esse? quod in ara crucis vere totum igne charitatis conflagrauit,& factũ est spirituale holocaustũ: non ibi in esum hominũ sub ea forma accõmodatũ, sed totum deo oblatũ & illi omnino cedens. Q̃ igitur veteris legis holocaustũ non cesserit in humanũ edulium: id in causa fuit, quia ex ritu oblationis eius reddebatur ineptum cibo humano, nõ autem ex eo: q̃ ratio sacrificij repugnet cibo, vt non possit idẽ esse prius quidem sacrificium,& postea cibus. Consimiliter quia in aliquibus sacrificijs antiquæ legis vna pars deo relinquebatur,& altera in vsum cessit offerentiũ: non trahitur inde validum argumentũ, & in nouæ legis sacrificio vnam partem deo relinqui debere,& alterã à sacerdote sumi, aut sacramento altaris in missa oblato veram deesse sacrificij rationem. quoniã idipsum, vnam inquã sacrificij partem aut ipsum totũ deo relinqui: rationi generali sacrificij est accidentarium, non essentiale. Neq; oportet proprietates omnes & qualitates quæ in figura deprehenduntur atq; imagine: easdem omnino & consimili modo comperiri in veritate & exemplari. quãdoquidẽ vt deiloquus inquit Paulus. Vetera 2.Corin.5
transierunt: ecce facta sunt omnia noua. Quin potius ex eo q̃ totum eucharistiæ sacramẽtum sub panis & vini signis deo in missa celebratione offerimus: recte colligimus, ipsum esse sacrificiũ, secundum veram & integram sacrificij rationem. Neq; quod de nostris orationibus & corporibus(quę tota deo relinquimus)adducit aduersarius: hic quippiam affert momenti. tum q̃ illa solum sacrificia sunt mystica & spiritualia: vt supra est dictum. tum etiam: q̃ illa ad vsum cibi nequaq̃ accommodari queant. 3 ¶Cæterum huius rationis Lutheranæ tota vis in eo cõsistit nodo, q̃ arbitretur id quod in vsum nostrum sumimus, manducamúsq; & bibimus: non posse dici sacrificium, quod vtiq; procul distat à vero. Quid enim obstat aliquid deo offerri: & secundũ illam rationem dici sacrificium. & idem sanctificatũ deóq; oblatũ postea in cibum sumi & mãducari: atq; secundum eam considerationem ipsum esse & dici cibum? Nónne in veteri lege immolabatur agnus paschalis & typicus: & postea Exodi.12
totus mãducabatur? Nónne & primitię & multa hostiarũ genera & pa Leuiti.6
nes propositionis primũ offerebantur deo: & postea conuertebantur in Nume.24
vsum sacerdotũ, vt illis vesci eis licuerit, & aliqua interdũ pars: in vsum Leuiti.24
cessit laicorũ offerentiũ? Quod quidẽ ex quatuor postremis pentatheuci

libris,& potissimũ ex Leuitico:apertissime liquet. Dilucidũ est igitur: q̃ inualida sit & infirma hæc Lutheri ratiocinatio. Sacramentũ eucharistiæ:à sacerdotibus missam celebrãtibus manducatur & sumitur. igitur ipsum non est sacrificiũ. cum rationi sacrificij nullo modo repugnet: q̃ postea accõmodetur in cibum. ¶Octaua Lutheri obiectio. Corpus & 4
sanguis CHRISTI in eucharistia:sunt signa data in confirmationẽ diuinæ promissionis,nobis factę de habenda remissione peccatorũ. Igitur non sunt sacrificiũ. Quomodo enim sacrificiũ & opus nostrũ facere possumus ex pignore,& signo nobis dato à deo? Huic accedit,q̃ deus omnino placatus est nobis: neq̃ iratus amplius,nec sacrificio placãdus. Eucharistia igitur solum est promissio nobis à deo facta:non sacrificiũ. Hęc Lutherus. ¶Respõsio. Non est id admittendũ:quod primo assumitur 5
loco. Nam signũ repræsentat solum id cuius est signũ:non autem efficit,
Gene.9 quatenus signũ. Quẽadmodũ arcus cælestis signat nobis vniuersale diluuiũ aquarũ non esse venturũ super terrã,ex promissione diuina:haud tamen efficit cataclysmi atq̃ inundationis in totã terrã,immunitatẽ. Sacramentũ autem eucharistiæ,sua virtute abolet ac detergit peccata: potissimũ venialia. & partem aliquã pœnæ,pro peccatis mortiferis antidoto sacramẽti pœnitẽtiæ dimissis debitæ:etiã relaxat. Nomine autẽ peccati:sępenumero pœna pro cõmissis peccatis perferẽda signatur. vt vere & pie id profiteri possimus: q̃ admirabile illud sacramẽtum etiã in fidelibus operatur remissionẽ peccatorũ,nam in eo vere cõtinetur agnus dei: qui tollit peccata mũdi. Nõ est igitur ipsum,dũntaxat signũ cõfirmatiuum diuinę promissionis de obtinẽda peccatorũ remissione:sed etiã antidotũ salutare,diuinumq̃ medicamentũ,illius remissionis operatoriũ. Insuper inualida est ea aduersarij illatio & manca: quæ sanctissimũ eucharistię mysteriũ colligit nõ esse sacrificiũ,eo ipso q̃ sit pignus alicuius doni spiritualis. quasi adinuicẽ omnino dissiderẽt:esse pignus doni diuini,& esse sacrificiũ. quod nequaq̃ ita se habet: cũ ea duo simul eidẽ ratione diuersorũ conuenire queãt. Siquidẽ admirabile illud mysterium, æternæ vitæ pignus est:vt sancta testatur ecclesia in hoc sacro cantico. O sacrũ conuiuiũ: in quo CHRISTVS sumitur. recolitur memoria passionis eius,mens impletur gratia:& futuræ gloriæ nobis pignus datur. Attamen idem augustissimũ sacramentũ,quatenus in sancto missæ ministerio offertur:recte dicitur sacrificiũ. Neq̃ ista rationũ diuersitas,efficere sufficit rerum diuersitatẽ:cum vni & eidẽ secundũ substantiã, multimodæ rationes conuenire possint. ¶Porrò quãuis placatus sit nobis 6
deus,neq̃ amplius indignetur ob peccatum primi parentis,toti mundo quondã exitiale:cuius reatum diluit satisfactoria CHRISTI passio & mors. attamen ob peccata particularia quæ quotidie in eũ cõmittimus: merito nobis est infẽsus,& indigemus sacrificio salutari,pro peccatis nostris expiãdis quotidie offerẽdo: quo mitigetur eius in nos indignatio,

& ira illius auertatur à nobis. Ad hæc,non solum ad placandũ deum, offertur hoc cæleste sacrificiũ:vt insinuare videtur hæc obiectio Lutherana,sed & ob multas alias pias causas. vt in gratiarũ actionem pro acceptis beneficijs,ad ampliorem etiam diuinorum donorũ consecutionẽ: præterea ad animæ corporisq̃ salutem assequendam,demũ ad obtinendam liberationem ab imminente malo:vt bello,fame aut peste,& ita de cæteris id genus causis,cõmendatione dignis & rationabilibus. Quocirca etsi amplius nobis iratus non esset deus:haud tamen recte exinde colligere quis posset, non esse illi posthac offerendam in sacrificium,in ipso missæ officio eucharistiam. cum multæ aliæ supersint causæ legitimæ, præter studium placandi iram diuinã:quæ sanctam ecclesiam debeant ad frequentandum illud nouæ legis vnicum sacrificium,impellere.

¶Diuersis rationibus, sanctum eucharistiæ sacramentum: & testamentum nonnunq̃ recte dici,& sacrificium. Cap. XVI.

1 NOna aduersarij ratio. Eucharistia vocatur à CHRISTO testamentum:cum ait. Hoc est nouum testamen Lucæ.22
tum in meo sanguine. Igitur ipsa non est sacrificium. Omnino enim inter se pugnant:testamentum & sacrificium. Nam testamentũ accipitur ab alio:scilicet à testatore. sacrificiũ vero:alteri offertur. Est enim testamẽtum,nuncupatio morituri: qua disponit suã hæreditatẽ certis hæredibus. id est,explicatio voluntatis extremæ alicuius morituri:confirmata
2 per mortẽ testatoris,& verbum legis latæ. Hæc Lutherus. ¶Respõsio. Non est recipiẽdum:quod in huius obiectionis fronte proponitur,eucharistiã scilicet totam & integrã quantũ ad vtrunq̃ eius signũ quo nobis est tradita:denominari à CHRISTO testamentũ. Nã ea quæ citantur verba in hac ratione:à CHRISTO dicta sunt in ipsa tantũ calicis benedictione,& non panis. quẽadmodũ testatur Lucas: hæc domini verba in calicis consecratione referens. Hic est calix, nouum testamentum Lucæ.22
in meo sanguine: qui pro vobis fundetur. Et beatus Paulus in prima ad Corinthios epistola: eadẽ CHRISTI narrat verba, hoc pacto. Hic 1.Corin.11
calix:nouum testamentũ est in meo sanguine. hoc facite,quotienscũq̃ bibetis: in meam cõmemorationẽ. Accipiendaq̃ sunt eadẽ verba secundũ eam intelligentiã: quã alij euãgelistæ explicant, dicẽtes. Hic est sanguis Matth.26
meus noui testamenti,quod tantũdem valet atq̃,hic est calix noui testa- Marci.14
mẽti in meo sanguine. id est,calix benedictionis ad nouũ attinens testamentũ:meo sanguine confirmandũ & stabiliẽdũ. Sicut enim sanguis fœ- Exodi.24
deris veteris testamenti,quod pepigit dominus cum populo Hebraico: respersus est à Moyse in totum populum, facto prius sacrificio, in robur & confirmationem ipsius antiqui ritus: in volumine fœderis lecto coram omni populo,contenti. Haud aliter effusione sanguinis CHRISTI in cruce,& cõmunicatione ipsius facta ecclesiæ sub forma vini:sta-

bilitum est nouum CHRISTI testamentum,tanto quidem dignius, sublimius & perfectius altero:quãto preciosus CHRISTI sanguis,no strę redemptionis precium, nobilior est & præstantior sanguine hircorum,vitulorum & taurorum. quanto itidem vnicum istud sacrificium CHRISTVS dominus noster: excellentius est sacrificijs multiformibus veteris instituti. denique quanto ipse legifer noster CHRISTVS: Moyse decalogi legislatore est superior. ¶Porrò hanc verborũ domini à beatis Luca & Paulo commemoratorũ intelligentiam modo assignatã: subindicat venerabilis Beda in suis super Lucam cõmentarijs, ita eum
Beda. locum prædicta verba continẽtem exponens. Quod autem dicit. Hic est
calix nouum testamentũ in sanguine meo,ad distinctionem veteris testa
menti respicit:quod hircorum & vitulorum est sanguine dedicatum, di
Exodi.24 cente inter aspergendũ legislatore. Hic est sanguis testamenti:quod mã-
Hebræ.9 dauit ad vos deus. Necesse est enim exemplaria quidem cælestium: his
mũdari.ipsa autem cælestia:melioribus hostijs quàm istis. iuxta quod
apostolus per totam ad Hebræos epistolam,inter legem distinguens &
euangelium:pulcherrima expositione & plenaria ratione declarat. Hæc
Beda. ¶Cæterum haud magno negocio monstrari poterit, ipsum eu- 3
charistię sacramentũ non esse testamentum:secundũ illam testamenti ra-
tionem atq; diffinitionem, quã assignat Lutherus in præsenti obiectio-
ne,vt exinde dinoscatur hæc cauillatio nihil habere roboris. Nempe te-
stamentũ(vt ait)est explicatio voluntatis extremæ alicuius morituri: cõ
firmata per mortem testatoris. Sanctissimum autem eucharistiæ sacra-
mentum,non est ipsa expressio vltimæ volũtatis domini nostri: per mor
tem eius subsequentem stabilita.sed est idipsum:quod per extremæ vo-
luntatis suæ explicationem morte ipsius sequente corroboratã, ipse no-
bis reliquit & legauit. Non est igitur huiusmodi sacramentũ: secũdum
prædictam Lutheri descriptionem,testamentum. Secundo,iuxta alterã
in hac obiectione positam testamenti rationem: testamentũ est verbum
legis latæ. Et ita ipsius dei duo sunt tantũ testamenta: vetus & nouum.
quorum vtrunq; cõtinet dei verba:legem ab eo latam, primo antiquam
deinde euangelicam,latius ediffe rentia. Atqui dignissimum eucharistię
sacramentum,non est verbum legis latæ:neq; documentũ à deo datum,
quod legem aliquã viuendiq; regulam expromat. Igitur iuxta hanc se-
cundam testamenti descriptionem à Luthero hic positam: non est hoc
admirabile sacramentũ, testamenti nomine appellandum. Quinimmo
Quid testa mentum. quoniam testamentũ proprie dictum(vt testatur Gabriel lectione quin-
quagesimatertia suæ expositionis de canone missæ: explicans hæc ver-
ba consecrationis ipsius calicis, noui & æterni testamenti)est vltima di-
stributio bonorum:morte testatoris firmata.seu constitutio vel traditio
de ordinandis bonis: attestatione legitima firmata. Ipsum autem do-
minici corporis & sanguinis sacramẽtum, non est nouissima bonorum

dispartitio confirmata per mortem testatoris: sed idipsum est bonum,
quod nobis à testatore CHRISTO est distributum. Idem quoq; sacra-
mentum non est constitutio vel ordinatio de bonis dispartiẽdis, per at-
testationem legitimam confirmata: sed illud est singulare bonum quod
nobis est designatum,constat vtiq; tale sacramentum,non propríe & se-
cundum datam testamenti significationem,dici debere nec esse testamẽ-
4 tum. ¶Verũtamen quia testamenti nomen interdum transfertur ad id
significandum:quod testamento est legatum,& bonum aliquod à testa-
tore cuiq; per testamenti ordinationem designatũ:secundum hanc trans-
sumptionem comperitur etiam interdum dici testamentum. quẽadmo-
dum pacem nonnunq; appellant aliqui translatitie testamentum domi-
ni nostri:quòd à suis discipulis per mortem discessurus,eam ipsis dede-
rit atq; reliquerit,his vsus verbis. Pacem relinquo vobis: pacem meam Ioan.14
do vobis.posset quidem per huiusmodi loquendi formam,sublimæ eu-
charistiæ sacramentũ dici non absurde testamentum:quoniam à CHRI-
STO per mortem hinc transituro nobis legatum est,suæq; dilectæ spon-
sæ ecclesiæ in singulare munus,designatũ. Proinde tribuamus id nunc
Luthero,& admittamus sacrosanctã eucharistiam,secundũ sensum mo
do datum,esse testamentum regis æterni: nobis in monumentum & pi-
gnus amoris, cum transiturus esset ex hoc mundo ad patrem,pro sua
summa benignitate relictum.quandoquidem idipsum haudquaq; dissi-
det à sacris literis: quinimmo admodum conspirat illi loco psalmi cen-
tesimi decimi(qui ad literam à probatissimis authoribus exponitur de
sacrosancto eucharistiæ mysterio)memor erit in seculum testamenti sui: Psal.110
virtutem operum suorum annunciabit populo suo. Et rursum eodem
loco. Redemptionem misit dominus populo suo: mãdauit in æternum
testamentum suum. Vbi nomine testamenti, secundum illorum inter-
pretum sentẽtiam(& potissimum Nicolai Lirani:totius sacræ scripturæ Nicolaus liranus.
expositoris accuratissimi) accipitur sanctissimum eucharistiæ sacramen
tum:nobis diuina bonitate indultum. Nunquid tamen ex illo sibi con-
cesso probe concluserit Lutherus: idipsum idem sacramentum non esse
sacrificium? Esto nanq;,secundum diuersas pugnent rationes & inter se
ratione multum distent, testamentũ & sacrificium: nunquid etiam pro-
pterea re ipsa discrepant? vt non possit vnum & idem secundũ substan-
tiam denominari,vna quidem ratione testamentũ,& altera sacrificium?
Quisnã hoc vnq; censuerit esse dicẽdum: nisi dialectica & philosophia
Lutherana imbutus(quæ omnino à recta differẽdi lege & philosophi-
cis elementis est aliena) existimet, quæcunque ratione diuersa sunt,ea-
dem quoque re ipsa differre? Illa siquidem Lutheri videtur esse senten-
tia (vt ex multis rationibus eius ante adductis & dilutis: promptum
est perpendere)quicquid ratione ab aliquo est diuersum: ab eodem etiã
secundum substantiam dissidere. quæ nimirum à vero prorsus abhor-

ret: cum deus, ſubſtantia maxime vnus, plurimas etiam inter ſe diuerſas ſubeat rationes: quando omnipotens, ſapiens, ſuperbonus, æternus, perfectúſq; dicitur. Ita & excelſum domínici corporis & ſanguínis myſterium, ſacrificium quidem dicitur: quoniã ab eccleſia ſancta deo per ſacerdotum miníſterium in ípſius miſſæ officio ſacrificatur & offertur. Teſtamentum vero denominatur: quia à CHRISTO ín memoriã ſuæ paſſionis & eximíj in nos amoris argumentum, paulo ante mortẽ ſuam nobis eſt legatum. Sed de hoc ſatís. ¶ Decima & poſtrema aduerſaríj ratío. Apoſtoli (vt actuum caput ſecundum refert) panem frangebant, nõ ín templo, ſed círca domos: ad denotandum, quòd illud non erat ſacrificiũ. Et CHRISTVS non in tẽplo aut altarí: ſed ín cœnaculo & ſuper menſam inſtituit hoc ſacramentũ. Et laící ſumentes euchariſtiã aut ínfirmí, non dicuntur ſacrificare: ſed ſolũ ſumere cõmunionẽ. Ergo neq; ſacerdos conficiens & ſumens euchariſtiã: dícitur ſacrificare. ¶ Reſponſío. Illa ſancti panis fractío quam circa domos faciebant ín eccleſiæ exordío apoſtolí: erat quídem ſacræ euchariſtię cõmunicatio atq; traditío, quam alíjs credentibus ín CHRISTVM faciebant, non ípſius ſacrificatío. Negandum eſt tamen, íllam diſtributionẽ ſacramentí hanc ob cauſam eſſe factam: vt inſinuetur huiuſmodí ſacramentũ non eſſe ſacrificiũ. Imbecílla nempe & inutílis eſt hęc íllatio. Ea fractío ſacri panis círca domos: non erat ſacrificium. igítur nulla apoſtolorum actío círca ſanctum íllum panem: erat ſacrificiũ. Quoniã præter íllam círca domos fractionem panís: ipſí apoſtoli ín ſacrís locís ad íd dedicatís, fecerunt ſecundũ CHRISTI inſtitutionem & ſpíritus ſancti inſtructionẽ, ipſius ſacrí panis & calícis conſecratíonem & oblationem in miſſæ celebratione: & ílla erat ſacrificium. ¶ Conſímilí quoq; ratione ceſpitat & ſecũda præſentis obiectionís conſecutío: hoc modo contexta. CHRISTVS non ín templo aut altarí, ſed ín cœnaculo inſtituit hoc eucharíſtiæ ſacramentũ: ergo ípſum non eſt ſacrificium. Nam etſí CHRISTVS myſterium admirãdí huius ſacramentí ínſtituens, non ſacrificauerit íllud eo tempore neq; obtulerit ín tẽplo deo conſecrato, aut ín altarí, benedictione ſacerdotalí applícato ad míſſæ celebrationẽ: haud tamen ex eo recte quís confecerit, q; illud ípſum tunc non ſacrificauerit aut obtulerit deo. quãdoquídem eo ípſo tempore íllud viuificum ſacramentũ ſub gemino ſuo ſígno conſecrauit coram díſcipulís ſuís: in ílla príma ínſtitutione tantí myſteríj. Huiuſmodí autem conſecratío: fuit vera eíuſdem ſacramentí oblatío. vt in cap. decímotertío huius líbrí: diffuſíus eſt dictum. Præterea, & templo & altarí opus fuit ad offerendum hoc ſanctiſſimũ ſacrificium: quando ex ordinatione eccleſiæ à ſpíritu ſancto ad íd directæ, & modus & locus & ritus offerendí íllíus ſacrificíj erat determinatus. Tempore autẽ nouiſſimæ cœnæ, necdum ritus ílle celebrandí hoc ſacrificiũ erat definítus: ſed poſtea ſancti ſpíritus magíſterio definiendus, Quòd ígitur in

5

6

Actuũ. 2

cœnaculo CHRISTVS non ín templo aut altarí hoc confecerít ſalutare ſacramẽtum: nullatenus cõuíncit aut arguit, ípſum tunc íllud non ſacrificaſſe, aut ídem non eſſe ſacrificium. ¶ Deníq; ex eo q; laící ſumẽtes ſanctæ euchariſtiæ cõmunionem & ínfirmí, non dícuntur ſacrificare, ſed ſolum cõmunicatíonem domínicí corporís percípere: haud recte colligit Lutherus ín hac obiectíone poſtremo loco, q; ſimíliter nec ſacerdotes cõſecrantes ſanctam euchariſtíam ín altarí: dícendí ſunt eam deo ſacrificare. Nam non omnis ſumens ſacram euchariſtiã: eſt eam ſacrificans. ſicut & in veterí lege multís erat permíſſus vſus pariter & eſus eorum quæ domíno fuerant ſanctificata atq; oblata ín ſacrificium: qui non erant ſacerdotes. E díuerſo autem omnis ſacrificans & offerens hoſtíam ſalutarem in altarí: eſt etíam ſecũdum ínſtitutum eccleſiaſticum eam ſumens. Itaq; laící dúntaxat percípiunt ſacroſanctam euchariſtíam: non autem eam offerunt tanq; miníſtri altarís, nec conſecrant, quoníam ſacerdotalí ordíne non ſunt inſigníti: qui ad exercendũ ſacrificandí munus expoſcí tur. Sacerdotes vero & ſacrificant ſíngularem íllam hoſtíam: & ſumunt eandem. quoníam ſacerdotíj functionem habent: ad íd ſacrificíj genus offerendum neceſſaríam. Porrò quæcunq; ab octauo huius líbrí capite ad hunc vſq; locum dícta ſunt: ad confutatíonem tertíj dícti Lutherani ín ípſa líbrí præſentis fronte poſití magnopere faciũt, & ad omnímodã íllíus deſtructíonem adducta putentur.

7

¶ Sacrum miſſæ canonem, pie & recte compoſítum eſſe: eundemq; ín magna veneratíone habendum. Cap. XVII.

1

ÆTerum quoniam hic aduerſaríj noſtrí Lutherí mos eſt, reíjcere cũ ſupercílio & aſpernarí omnía quãtumuís ſacra ac ſancta: quæ eíus aduerſantur aſſertioní. edmq; potíſſimũ ob cauſam ſugíllat ímpía reprehenſione, ín quarto ſuo dícto ſupra poſito círca líbrí huíus príncípium, & ſacrũ miſſæ canonẽ: plane aſtruẽtem ſanctiſſimũ euchariſtíæ ſacramẽtum in míſſæ officio conſecratũ, eſſe ſacrificium, quod ílle peruicaciter negat. expoſcit profecto hic locus & ſuo quídẽ ordíne: vt oſtendamus eundẽ canonẽ recte & ſanctæ cõtextũ eſſe, atq; magno habendũ ín precio. Quod nobís factu nõ erít difficile: ſí prímum attendamus à quíbus authorĩbus ſit cõpactus. deprehendemuſq; ípſos fuiſſe víros ſanctítate atq; doctrína cõſpícuos: & authorítate ſumma ínſignes. vt qui ſedís apoſtolícæ círca príma eccleſíæ tẽpora moderatíonem geſſerint: & complures eorũ ſancto pro fídeí cõfeſſíone martyrío, vítæ præſentís curſum cõſummauerint. Quíbus in ſummí pontificatus dignitate ſucceſſerunt alíj: præclara etiã eruditíone & vítæ ſanctímonía eximíj patres. quí partíbus ſacrí canonís ſam conflatis à ſuis maioríbus nonnichil adiecerunt: ad píetatem, religionem, & tantí myſteríj (vtpote míſſæ) dignam celebrationẽ maxime cõducens. Neq; enim vno eodémq;

temporis articulo & à solo vno authore, totus ipse canon fuit ex omnibus suis partibus integratus: sed per interualla temporum & à diuersis accepit paulatim incrementum, & demum suũ complementum, nonnullis per posteriores summos pontifices ad priorum contextum sensim superadditis. ¶ Neq; id authoritatem detrahit aut põdus illi sancto operi: q; à diuersis fuerit opificibus pedetentim compactum. Tum q; in illis omnibus, vnus & idẽ erat supremus architectus & author totius fabricæ, spiritus sanctus: suggerens singulorum cordibus ea quæ ad celebrationem mysterij sacratissimæ eucharistiæ in illa præcipua missæ parte forent adijciũda. Tum etiam, q; posteriores summi pontifices sua authoritate approbarũt: quæ à præcessoribus suis fuerant in huius operis structura collocata atq; apposita. Et ita qui extremã illi opificio imposuit manum: approbauit, ratáq; habuit omnia, quæ à præcedentibus ecclesiæ catholicæ præsidibus fuerãt ea in re elaborata. Vnde quasi ab vno authore, vt illo postremo totius operis cõsummatore: pulcherrimũ illud opificium videri possit extructum atq; compositum. Tum deniq;, quia tam concinna est singularum partium vnius ad aliam in toto illo opere cohærentia, tam apta compago atq; iunctura: vt nichil in eo hiulcum, nichil interhians, subsultánsve deprehendatur: nichil deniq; ad proximas partes male concinnatũ. sed omnia congrue, appositè & affabre suis locis accommodata: atq; proximis altrinsecus particulis decentissime connexa. Vt qui non accepisset ex auditu aut librorum lectione, totũ ipsum canonẽ à diuersis authoribus esse per varias temporum successiones integratum: ex ipsa totius contextus qualitate & facie in eam facile adduceretur sententiam, q; vnus & idem fuisset ipsius totius operis author, continua compositione sine temporis interpolatione id integre molitus.

Nõnulli canonis missę authores.

¶ Traditur quidem Gelasius, huius nominis primus summus pontifex, ipsum canonem præsertim ordinasse atq; coadunasse ad quotidianũ missæ vsum. Leo vero primus, adiecisse ad eũ qui prius erat in vsu: hãc deprecatoriam particulam. Hanc igitur oblationẽ seruitutis nostræ, sed & cunctæ familiæ tuæ: quesumus domine vt placatus accipias. Gregorius autem primus: adiunxisse tres illas continue subsequentes petitiones, vtpote. diésq; nostros in tua pace disponas: atq; ab æterna dãnatione nos eripi, & in electorum tuorum iubeas grege numerari. Leo itidẽ primus illi sententiæ, & quod tibi obtulit summus sacerdos tuus Melchisedech, superaddidisse legitur hæc sacra verba, sanctum sacrificium, immaculatã hostiam. Et alij summi pontifices diuerso tempore alias sacri canonis particulas adiecisse prius compactis traduntur: instituisseq; cærimonias in ipso missæ canone à sacerdote sacra faciente obseruandas. Quinimmo ex diuersis locis luculẽtæ expositionis ipsius Gabrielis de canone missæ, necnon ex præclaro opere Platinæ viri doctissimi: quod conscripsit de singulorum summorum pontificum vita, promptum erit

cuiq; deprehendere, nominatimq; dinoscere quosq; summos pontifices, à quibus singulę partes missæ, à principio ad eius vsq; finem, fuerint institutæ, itidem & singuli eius ritus, ordinati. ¶ Verum tanta authorum diuersitas nichil cõcinnitatis aut gratię detrahit toti operi sacri canonis: nichilq; illi adimit ponderis aut decoris. Tantus nãq; ipsi orationis sacræ contextui adest splendor & ornatus: atq; si ab vno eodémq; authore prodijsset, cõtinuo progressu compositus. Qz siquis pergat ea repudiare opera in vnum congesta corpus, quæ à varijs cõfecta sunt artificibus, reijcienda nobis erit tota veteris testamenti scriptura: q; diuersi eius libri à varijs ædití sunt scriptoribus. Abijcienda quoque erit simili ratione & sacra noui organi & instrumẽti pagina: q; multiplices eius libri multos etiam habeãt authores, à quibus sunt conscripti. Deniq; & repudiandũ nobis erit symbolum apostolorum: vniuersos orthodoxæ fidei complectens articulos. q; non ab vno authore sed diuersis est compactũ: vtpote à duodecim apostolis, quorum singuli suum confecerunt articulum: & ita collectos in vnum contulerunt. Sed quis tantam ferat rei indignitatem: & extremas hasce ineptias? ¶ Deinde si ipsam sacri canonis sententiam lubet attendere: tota sancta est, pia & religiosa: nichil complectens quod aspernandum sit, diuinaq; maiestate indignum, aut quod merito quẽpiam offendere debeat. Siquidẽ partim deprecatoria est oratio: pro omni viuentium gradu & defunctorum subleuatione. partim sanctorũ in cęlesti regione perpetuo viuentium commemoratiua: ad impetranda illorum suffragia. partim vero narratoria primæ institutionis sacratissimi mysterij eucharistiæ: secundum euãgelicam sententiam. Quid oro in omnibus his partibus occurrit: quod nõ ad pietatem, deiq; honorem & cultũ probe attineat? quod item legentis animũ ad reuerentiã in deum, ad syncæriorem deuotionis affectum, ad maiorem etiam excellentissimi illius mysterij veneratione: non excitet, erigat, & prouocet? ¶ Sed nũc quid sacro missæ canoni Lutherus inter cętera obiectet: audiamus. Cur canonem (inquit) vehamus tam sublimiter? cum superius monstratũ sit: sacrifices istos non vno modo circa eucharistiam delirare, vt non mirum sit: si & canon eorũ alicubi deliret. Quis etiam non videat: eum esse compositum ab aliquo verboso & parum spirituali? Quid enim attinet: verbis ita superfluere? Hæc dona, hęc munera, hæc sacrificia. Item, Hostiã puram, hostiam immaculatam. Et multa alia: in eo iuste possunt redargui. Hæc Lutherus. Cui acriter occurrendũ est, non sacrificos secundũ ecclesię ritum sacerdotes neq; canonem delirare: sed ipsum potius extremo agi delirio, quo in totam debacchatur ecclesiam. Verbosum itidem, eundem videri, parúmq; spiritualem virum: qui talem de sacro canone profert, totiq; mundo inuulgat sententiam, qua prodit se destitutum interno & spirituali gustu: quo succum deuotionis & pij in deũ affectus exugat ex sacri canonis lectione, percipiátq; introrsum latentẽ spiritua-

Lutherus.

1.Corin.2 lis ſenſus dulcedinem. Neq; id mirum. Animalis enim homo: nõ percipit ea quæ ſunt ſpiritus dei. Q ui autem zelum habet & contentionem, qui ſacra diuinarum rerum contẽnit myſteria: nónne animalis eſt & carnalis? Et quomodo (ſcire velim) poteſt is ſacerdos cum debita animi deuotione & reuerentia in deum, officium miſſę celebrare: qui talia ſentit, profert ac prodit de ſacro canone, qualia euomit Lutherus? quẽ legens is qui ſacra facit: intẽtiſſimo debet animo in deum ferri & tendere. Qui autem fieri poſſit, vt mentem ſupplicem erigat in deum: qui hoc ipſum quod legit, paruifacit, faſtidit & intra ſe cõtemptui habet? Neq; in ipſo canone eſt eiuſdem rei per verba ſuperflua inculcatio: vt oblatrat aduerſarius. ſed ardentior pij affectus in deum excitatio, vberiorq; eiuſdẽ declaratio per diuerſa verba: vnius pene rei deſignatiua. Quemadmodum nulla verborũ ſuperfluitas in pſalmis hymnidicis eſſe putanda eſt: vbi ſæpenumero eadem ſententia repetitis verbis iiſdem, aut pene conſimilibus orationibus explicatur, ad maiorem ſynceri affectus expreſſionem.

Pſal.17 vt eo in loco. Diligam te domine fortitudo mea: dominus firmamentũ meum, & refugium meũ, & liberator meus. Deus meus, adiutor meus: & ſperabo in eũ. Protector meus & cornu ſalutis meę: & ſuſceptor meus. Et in alijs plęriſq; aliorũ pſalmorum locis. Q̃uis & verba illa (quæ ſuperflua cauſatur aduerſarius) diuerſas contineant & deſignent rationes: ob quarum varietatem, eidẽ rei exprimendæ, non ſuperuacanee ſed legitime & decenter accõmodantur. Enimuero quæ offerenda in ſacro miſſæ myſterio proponũtur: vna quidẽ ratione, dona dicũtur. alia ratione, munera: & alia, ſancta ſacrificia illibata. Ipſa quoq; ſalutaris hoſtia iam à ſacerdote conſecrata: ob vnã quidem rationẽ pura dicitur, ob aliã hoſtia ſancta, & adhuc ob aliã hoſtia immaculata. quemadmodũ ipſius ſacri canonis expoſitores & interpretes: dilucide ſuis literarijs monumẽtis declararunt. ¶ Cæterum non eſt ſilentio hic prætereunda grauis illa 6
calũnia & falſa crimínatio: quam impingit circa hunc libri ſui (quẽ improbamus) locũ de canone miſſæ, Lutherus, viris eccleſiaſticis: quando cõminiſcitur eos eũdem canonẽ euangelio præferre, quod tamen nullus antiquorum patrum aut recentiorum: factitaſſe legitur. Siquidem poſt multa ampulloſa & ſeſquipedalia verba: ipſe Lutherus quaſi claſſicum victoriæ canens, celebréſq; ex hoſte buccinãs triumphos ſuos, ita profatur. Quare hic vicimus: & dicimus. Cede canon euangelio, & da locum ſpiritui ſancto: cum ſis verbũ humanum. Deinde paucis interiectis, de eodẽ canone verba faciens ſubnectit. Dicámq; ei iuxta parabolam. Domine canon, vos eſtis inuitatus ad nuptias: & ſediſtis primo loco. Sed ecce honoratior eſt inuitatus: immo ipſe dominus inuitator adeſt. Date ergo huic locũ: & ſedeatis nouiſſimo loco cũ rubore. Cur nõ in eo ſediſtis ab initio? Si habetis aliquẽ pium ſenſum, quẽ violenter emũctis literis exprimere quis poſſit: habeatis. Sed vos aperte contra euangelium

ſonatis: ideo vos dãnamus & contemnimus authoritate euangelij. Hęc ſunt Lutheri ad canonem miſſæ verba: magis excipienda riſu, quinimmo potius explodenda & exibilanda: q̃ ſerio cõfutanda. Q ua enim cõiectura ducitur Lutherus in hanc ſententiam: q̃ canon ſe voluerit euãgelio præponere, admonenduſq; veniat q̃ euangelio cedat? Eſt certe ſuo gradu & loco contentus canon: quẽ inferiore q̃ euangelium ſtatione ex ſanctorum patrum definitione eſt ſortitus. Idcirco parabola illa euãgelica, idem canon inepte, inſulſéq; cõpellatur à Luthero: vt relicto primo accubitu, ad poſtremum ſe tranſferat. Neq; quippiam in toto ſacri canonis ambitu offendere quis poſſit: quod aperte aut etiam clãculum ſonet contra euangeliũ, vt ſuperiora dicta diffuſius monſtrarunt. Q uo fit, vt mẽdaciſſime hic Lutherus aſtruat: ipſum canonem cũ euãgelio pugnare. perperam etiam vocet eundẽ, verbum humanũ: cum non tam ex hominibus q̃ ex deo ſit, multáſq; ſacræ ſcripturæ ſententias complectatur. Deinde in ipſos domini ſacerdotes virulentam exacuens linguã: in hæc verba prorũpit. Et multa alia in eo (canone inquã) iuſte poſſunt redargui: licet ab iſtis ſacerdotibus ſuis eleuatus ſit ſupra omnes articulos fidei. Nichil enim ſanctius habent hoc canone: adeo vt & ipſum euangelium ei collatum ſordeat coram eis. In quo tamen nichil à moribus ſuis alienum faciunt: cum aliud non ſtudeant q̃ vt iactent humana, contemnant diuina: obſeruẽt quæ nullius precij ſunt, negligãt quæ ſummi precij ſunt. Negamus itaq; & dãnamus canonem in hac parte: tanq̃ aduerſarium euangelij. Hæc Lutherus. Q uæ quoniam contumelijs ſcatent apertiſq; calumnijs: nequaq̃ digna vidẽtur, quibus aduerſa adhibeatur reſponſio. Id vnum dixiſſe ſufficiat, neminem eſſe (vt reor) ſacerdotum, qui canonem ipſum aut articulis fidei pręferat aut pluris faciat q̃ euangelium. Q̃z ſi talem quẽpiam deprehenderit Lutherus: proferat eundẽ
7 in medium, vt ab eo errore in rectam veritatis viam reducatur. ¶ Porrò q̃uis canonem inferiore conſtituendum loco fateamur q̃ ſacrum euãgeliũ: non tamen vſqueadeo deprimere eundẽ debemus, vt dicamus quęcũq; in eo ex ſacris literis ſunt deprompta, magnifacienda quidem eſſe: reliqua vero omnia in ipſo contenta, modici admodum eſſe momenti & parui põderis: quemadmodũ nonnulli, Lutherano fortaſſe ſucco incautius hauſto, docuiſſe feruntur. Nempe etſi ad eximiam euangelij dignitatem non accedat ipſe ſacer canon: haud tamen idcirco floccipendẽdus eſt, aut tanq̃ futile quippiam abijciendus: ſed pro ſuæ qualitatis & conditionis ratione, magna veneratione obſeruandus. Perinde atq; argentũ non eſt tanq̃ lutum habendum, aut aſpernãdum penitus: quanq̃ ad rutilum auri fulgorem & precium nõ pertingit. Neq; menſtrua luna neq; ſubluſtres aſtrorũ ignes, parui à nobis debent fieri: q̃uis coruſcũ phœbeæ lampadis non præferant ſplendorem. Eſt enim & argento ſuũ precium: licet auro inferius. Eſt etiam lunæ & nocturnis ſideribus ſua cla-

ritas:tametſi iubare ſolari longe ſit minor. ¶ At vero cum in profundũ 8
malorum proruens aduerſarius noſter,ſubiungit in quarto ſuo dicto,
quod præſenti capite excribramus:priſcos ipſos patres etiã ſanctos pec-
caſſe,qui ipſo ſacro canone ad peragẽdum miſſæ myſterium ſunt vſi: in
diram illam & terribilem domini comminationẽ,Eſaiæ organo annun-
Eſaie.5 ciatam videtur incidere. Ve qui dicitis malum bonũ, & bonũ malum:
ponentes tenebras lucem,& lucem tenebras: ponẽtes amarum in dulce,
& dulce in amarum. Haud multũ profecto diſſimilis eſſe videtur in hoc
negocio, ſcribis & Phariſæis,peſtiferis diuinorũ operũ calũniatoribus.
Lucæ.11 qui CHRISTVM eijcientem ſpiritus immundos in virtute dei: obla-
trarunt in principe dæmoniorum eijcere dęmonia. dimittentémq; homi
Matth.9 nibus peccata pro ſua dulciſſima benignitate: dixerunt in deũ eſſe blaſ-
Ioan.5 phemum. & curantem ſabbato languidos incuſarunt: vt violatorẽ ſab-
bati & trãſgreſſorem legis. omniáq; candida,atro animi liuore verterũt
in nigrũ. quos ea in re ſummopere deteſtanda: iiſdem veſtigiis conſecta-
tur Lutherus. Sed mirum id cuiq; videri non debet: q; cenſeat orthodo-
xos patres & ſanctos,in ipſo ſacri canonis vſu cõtraxiſſe peccati labem.
vt qui ea teneatur opinione,immo pertinaci aſſertione,q; omnia opera
noſtra,quantumuis bona & recta,ſint peccata: & optimũ quodq; opus
humanum quantũlibet recte factum,ſit peccatum. Verum abſurda illa
& irrationabilis poſitio: ſatis à nobis reprobata eſt in libri præcedentis
capite viceſimoſeptimo.

¶ Officium eccleſiaſticum de ſancto euchariſtiæ ſacramento:
luculenter & præclare eſſe compoſitum. Cap. XVIII.

PRæterea fugillat Lutherus in eo quem improbamus 1
libro ſuo(quẽadmodum ex quinto eius dicto, ſupra
annotato: & in hoc capite,penitus euertẽdo, plane cõ-
ſtat)officium eccleſiaſticum: quod in annua celebrita-
te ſanctiſſimi euchariſtiæ ſacramenti à tota eccleſia cũ
ingẽti veneratione quotannis decantari ſolet. vt nichil
relinquat ipſe non reprehenſum aut vituperatum: quod ad tanti myſte-
rij dignam celebrationem & cultum attineat. quaſi dedita opera bellũ
indixerit huic ſacratiſſimo & omniũ digniſſimo ſacramento: animóq;
conſtituerit,id omne quod ad ipſius ſpectat honorationẽ,ſuſtollere atq;
demoliri. Sed operæprecium fuerit, hoc in loco verba eiuſdem referre:
quæ fidem faciant irreligioſitatis ipſius,& ſubſannationis in dictũ offi-
» cium eccleſiaſticum,& eius authorẽ. Extat(inquit Lutherus in eo,quẽ
» nũc conuellimus,libro) hiſtoria corporis CHRISTI, ſic tortis depra-
» uatiſq; ſcripturis conſuta: vt videatur à ſummo dei hoſte cõflata,niſi ſint
» alicuius phrenetici aut arreptitij ſomnia. Ibi Melchiſedech producitur:
» panem & vinum offerens. producitur hedus filiorum Iſraël immolatus,
» panis ſubcineritius Heliæ: carnes Iob,manna patrum,Iſaac immolatus.

» Et quid nõ? Hæc omnia ſunt bello iſti authori: figuræ euchariſtiæ. Mi-
» rum,q; & aſinam Balaam,& mulam Dauid non intexuerit: cũ non mi-
» nus apte potuerint figurare,quod ille aſinus & mulus prædictis hiſto-
» rijs figuratum voluit. Hæc ille. Quæ vero ſequũtur continuo ad eãdem
pertinentia materiã: ſilentio potius ſupprimẽda ſunt & perpetuis dam-
nanda tenebris,q; in vulgum efferenda,ob acerba atq; irriſoria in ſum-
mum pontificem ſcommata,indigníq; diuinis rebus verba: quę phana-
tico correptus ſpiritu deinde effutit. Sed nec ipſa quæ modo citauimus
eiuſdem dicta,protuliſſemus in publicum: niſi quædam nos ad id per-
puliſſet neceſſitas,ad fidem ſcilicet faciendam eorum impiorũ dogmatũ
quæ Luthero impingimus,ne falſò eidem à nobis aſcripta putẽtur. Sũt
enim prædicta verba: penitus contumelioſa,probrorũq; plena in autho-
rem celebratiſſimi illius officij: quem ſummum dei hoſtẽ mendaciſſime
vocat,cuius item ſanctas & religioſas ſententias prædicto intextas offi-
cio: dicit eſſe alicuius phreneticí aut arreptitij ſomnia. quem deniq; acer-
biſſimo cõuitio aſinum & mulum cognominat Lutherus: in omnes vi-
ros doctos & ſanctos rabidus oblatrator,maledictiſq; inceſſens vniuer-
ſos. Vt igitur tantæ illius occurramus improbitati,hoc loco aperiẽdum
eſt & cõmonſtrandum: prædictum officiũ nichil in ſe cõtinere,quod iu-
re queat reprehendi, quinimmo ipſum egregia cõmendatione dignum
eſſe,ſummiſq; efferendum laudibus. Et quoniã artificis induſtria & ex-
cellentia,magnam ſolet afferre laudem ſuo operi: non deeſt ea ex parte
commendandi illius officij(quod in celeberrimæ ſolennitatis ſacramen-
ti euchariſtiæ horis canonicis & myſterio miſſæ: ex inſtituto eccleſiaſti-
co,ſingulo quoq; anno concinitur)ampla materia. Siquidem author il-
lius fuit ſanctus Thomas Aquinas,ſacri ordinis prædicatorij iubar il- Thomas
luſtre & decus eximium: nõ minus inſigni vitæ ſanctitate,q; omnimodæ Aquinas
doctrinę præſertim theologicæ ſplẽdore præfulgens. Qui incitatus hor-
tatu Vrbani quarti ſummi pontificis, ſingulari deuotione ad ſacroſan-
ctum euchariſtiæ myſterium affecti: id totum (vt in catholica lectitatur
& frequentatur eccleſia)officium contexuit. quemadmodum aperto de-
monſtrat argumento,inter opuſcula eiuſdem authoris inſertũ atq; nu-
meratum vnũ opuſculum: quod totum id officium tanq; à beato Tho-
2 ma compoſitum complectitur. ¶ Commendandus quidẽ eſt maiorem Vrbanus
in modum prædictus apoſtolicæ ſedis moderator: q; ſolennitatem illam quartus
annuam in veneratione ſacratiſſimæ euchariſtiæ celebrandam publice
ſanxerit. illiuſq; ſanctionis perpetuum monumentũ poſteris reliquerit:
quod Clemẽtinis conſtitutionibus inſertum legitur, titulo de reliquijs
& veneratione ſanctorum,cap. ſi dominũ. legiq; digniſſimũ merito cen-
ſetur: ob admirãda excellẽtiáq; præconia altiſſimi illius myſterij (quod
omni laude ſuperius eſt & eminentius) in eo cumulatiſſime ſyncæróq;
deuotionis affectu cõmemorata. Nec minus itidẽ cõmendandus, idem

ſummus totius eccleſiæ præſes:q; tantum & talem delegerit virum(ſanctum Thomam dico)cui prouinciam commiſerit conficiẽdi pro rei dignitate illius officij,eúmq; ad obeundum id munus pontificia authoritate excitauerit & induxerit.In quo quidem delectu,falſus non eſt nec eluſus Vrbanus:q; alium quemuis ea tempeſtate nanciſci virũ vix bene potuiſſet,cui illam credidiſſet curam,tam feliciter & accurate expediendam.vt res ipſa,tacentibus etiam linguis:ſatis ſuperq; loquitur.Nempe ſicut operis cuiuſq; excellentia & magnificentia ſuũ prodit artificẽ, artiſq; ipſius eminẽtiam apertis teſtatur indicijs:quin etiam ipſos opificij ſpectatores rapit in cõmendationem authoris,quem tamen ignorãt: ſic totum illud officium(ad quãcunq; eius partẽ contuendam te cõuertas) ſui authoris declarat ſingularem doctrinam,& mentem in ſacris literis exercitatiſſimã. ¶Si enim antiphonas ipſas ſpectes : ſingulæ ex aliquo 3
ſibi reſpondente pſalmo ſunt depromptæ , & tanti ſacramenti myſterio aptiſſime accommodatæ.Sin vero ad reſponſoria prædicti officij vertas obtutum:ea omnia hac arte contexta offendes,vt quodq; eorum ex vno ſacræ ſcripturæ teſtamento deſumptum ſit:verſus vero illi reſpõdens & annexus,ex altero diuinarũ literarum inſtrumento. Enimuero ſi reſpõſorium ex veteris organi pagina decerptum eſt:verſus illi ſubiũctus ex nouę legis codice depromitur. Et contrà ſi reſponſoriũ ex noui inſtituti corpore deſumitur:verſus illius,ex antiquæ legis ſcriptura deprõptus cernitur. Exempli gratia.id reſponſorium:in primis tantæ ſolennitatis
Lucæ.14 veſperis decantari ſolitum. Homo quidam fecit cœnam magnã : & miſit ſeruum ſuũ hora cœnæ dicere inuitatis vt venirent,quia parata ſunt omnia . ex noui teſtamenti pagina accipitur : vtpote ex decimoquarto
Prouer.9 euangelij ſecundum Lucam capite. Eius autem verſus. Venite,comedite panem meum:& bibite vinum quod miſcui vobis.ex veteris legis accipitur codice:vtputa ex nono prouerbiorũ capite. E diuerſo id reſponſorium: quod in officio matutino prædictæ ſolennitatis eſt ordine ter-
3.Regũ.19 tium. Reſpexit Helias ad caput ſuum, ſubcineritium panem . qui ſurgẽs comedit & bibit:& ambulauit in fortitudine cibi illius vſq; ad mõtem dei.ex antiquæ legis promptuario eſt acceptũ:ſcilicet ex tertij libri
Ioan.6 regum capite decimonono. Verſus vero illi continuo ſubiectus. Si quis mãducauerit ex hoc pane:viuet in ęternũ.ex nouæ legis pagina deſumptus eſt:videlicet ex ſexto euangelij ſecundũ Ioannẽ capite. Idem quoq; in cæteris omnibus illius ſolennitatis reſponſorijs exactiſſime obſeruatum comperitur:& eo quidem artificio atq; ingenio,vt in vnoquoq; eorum aut figura aliqua exprimatur antiquæ legis:tanti myſterij repræſentatiua, aut nouæ legis ſententia : exhibitam tanti doni cæleſtis gratiam nobis indicans. ¶Sed quid hymnos diei illius ſolẽnis commemo- 4
rem:q; ſuaui decurrant modulatione,quanto ſententiarũ pondere abũdent,quãtáq; myſteriorum exuberent plenitudine? Quid ſucculentius

(vt interim cętera taceam)hoc verſu hymnico:quadrifida CHRISTI in nos beneficia paucis verbis complectente? Se naſcens dedit ſocium,conuerſcens in edulium: ſe moriens in precium,ſe regnans dat in præmium. Quid item ſyncęrius hoc verſu:inuocatoriam orationem ad ſanctam euchariſtiam continente? O ſalutaris hoſtia,quæ cæli pandis oſtium: bella premunt hoſtilia,da robur,fer auxiliũ. Q ui hoc tempore calamitoſo,grauiq; & diuturno bellorum turbine exagitato:à toto clero ſæpius decantandus eſt.vt à deo pacis & dilectionis,populo Chriſtiano placidæ pacis munera tandem impartiantur:& turbulẽta præliorum rabies
5 conquieſcat. ¶Poſtremum ſi proſam ipſam,in ſolenni miſſæ officio concini ſolitam attẽdas: nihil illa cõcinnius aut ſuauius inuenias. Gratiſſima quippe in ea rythmorum ſonoritas: & dulciſſima percipitur vocalitas. Myſteriorum vero ſacroſanctam euchariſtiam concernentium tãta inibi exprimitur altitudo,pariter & multitudo:vt ipſam quidem,doctiſſimi viri theologi opus eſſe,ex ipſo rei aſpectu liquido conſtet. Et vt cætera præteream:vnicus ille verſus. In figuris pręſignatur,cum Iſaac immolatur: agnus paſchæ deputatur,datur manna patribus. tres complectitur antiquæ legis figuras vmbratiles: hoc ſacramentum admirabile præſignificãtes. Siquidem Iſaac ad immolandũ ductus à patre: CHRI Gene.22
STVM præfigurauit,traditum pro nobis omnibus à deo patre in mor Roma.8
tem, immo & qui ſeipſum tradidit oblationem & hoſtiam deo in odo- Ephe.5
rem ſuauitatis. Neque fuit hic opus adducere,in figuram huius myſte-
rij euchariſtiæ: & aſinam Balaam(quæ,domino aperiente os eius: hu- Nume.2
mana verba perſonuit) & ipſius Dauid regis mulam : cui inſidens Sa- 3.Regum.1
lomon iuſſu patris,vt vngeretur in regem eſt deuectus. quemadmodũ de rebus ſacris cachinnum mouens impius Lutherus:ſcurriliter & more nebulonis proponit, inquirens per ludibrium : cur & illius aſinæ & mulæ non meminerit author prædicti officij eccleſiaſtici,eáſq; inter cæteras myſterij ſanctæ euchariſtiæ figuras non adduxerit aut recenſuerit. In promptu nanq; eſt ratio(etſi ſtulto iuxta ſtultitiam ſuam reſpon- Prouer.26
dendum non eſſe: ſcite admoneat Sapiẽs)quoniam aſina illa & mula nihil habuere cognationis atq; habitudinis ad tam ſublime myſterium : neque in aliquo referebant eius imaginem & figuram . idcirco non eſt inter cæteras tanti ſacramenti figuras:facta illarum mentio. Non enim debet quicq; tanq; figura afferri:quod nullam rei figuratæ gerit ſignifi-
6 cationem. ¶Reliquæ autem figuræ omnes quæ afferuntur in illius officij eccleſiaſtici contextu: aliquem habent aptum reſponſum atque affinitatem quandam ad proprietates & conditiones eximias ſacramenti euchariſtiæ,ſenſibiliq; forma & materiali: inſinuant ſpiritualem ipſius dignitatem. Vt agnus paſchæ typicus (quæ ſecunda eſt figura : prædicto, proſæ de venerabili ſacramẽto,verſu comprehenſa) repræſentabat hanc ſalutarem hoſtiã,pro nobis in cruce immolatã:cuius virtute,à principis

Exodi.12 tenebrarum ímperío ſumus líberati, quemadmodũ populus Iſraëlíticus per ſuum agnũ paſchalem: à iugo duriſſímo Pharaonís. Manna vero Iſraëliticum (cuius tertío loco memínit prędictus verſus: ex proſa ſolennitatis ſacramentalís adductus) ín deſerto ſubmíníſtratũ cęlitus He-

Exodi.16

Ioannis.6 bræís: panem hunc verum & víuum quí de cælo deſcendit, cõgrua proportione ſignificat. Demũ ſubcínerítius ille panis, quem reſpexit He-

3.Regũ.19 lías ad caput ſuum: comeditq;, & in fortitudíne cíbi illíus ambulauit vſq; ad montem dei Oreb, vt reſponſorium prius adductum refert: eundem ínſinuat panem víuificũ, ſub cínere noſtræ mortalitatis excoctum ígne acerbíſſimæ paſſionís & feruẽtíſſimæ charitatis. qui factus etiã eſt víatícum noſtræ peregrínationis: vt eíus ductu & vírtute tandem perue níamus in montem illum dei excelſum: vbí vídebitur deus deorum in Sion. Et hunc ín modum cæteræ figuræ omnes: ín illo officio celeberrimo adductæ: præclarum alíquod & ſublíme deſignant myſteriũ, quod ín ſancta euchariſtía vt veritate & exemplarí eminenter elucere conſpícitur. Non ergo contemnat quiſq; alto ſupercílio írrelígioſoq; ſpíritu, celebratiſſímum íllud & íngentís excellentíæ atque dignitatís officium: de ſanctiſſímo euchariſtiæ ſacramento compoſitum. ne illo contemptu, & deum & ſuperçeleſte ſacramentum (quod, per illud decentíſſime laudatur) aſpernarí & ſubſannare conuíncatur. ne deníque ín ſuæ impietatis pœnam, illorum aſcríbatur numero: de quíbus aít propheta in pſalPſalmo.2 mo. Quí habítat ín cælis, írridebíteos: & dominus ſubſannabit eos. Tunc loquetur ad eos ín íra ſua: & ín furore ſuo conturbabít eos. aut

1.Regũ.2 eorum: de quíbus aít dominus. Q uí contemnunt me: erunt ígnobíles.

¶ Q7 recte conſtitutum ſit: verba conſecratíonís panís & calícís, debere eſſe ſecreta. íllorúmq; formã, à quopíam mutarí non poſſe: citra propríæ ſalutis iacturam. Cap. XIX.

VNum certe vídetur Lutherí fuiſſe ſtudiũ ac molímen: quícquíd ad eccleſiæ honeſtatẽ & ornamẽtum attínet, quícquíd ítem ín ea rite decenter & probe ordínatum eſt: conuellere, reſcíndere, atq; ſubuertere. Q uod cum ex præcedentíbus, tum ex íjs quæ ex eo proponenda ſuperſunt: cõſpícuũ omnibus eſſe facile poterit. Enímuero in ſexto ſuo dícto, ín primo huíus libri capite poſíto (quod omníno, & quantum ad tres eíus partes: in hoc capite conabímur elídere) cõſtitutionem íllam etíam ímprobat ímpudens: qua rectíſſime cautum eſt ín ſancto míſſæ míníſterio verba conſecratíonís debere eſſe ſecreta, vocéq; ſubmíſſa à ſacerdote proferenda. contendens, vt eccleſiaſticís aduerſetur ínſtitutís (nam rectís maíorum legíbus contradícendí ſtudio: totus geſtiens agítur, fertur & rapítur) illa omnibus eſſe debere vulgata. ¶ Sed parum conſíderauit Lutherus, hoc dícens: ín quanta reuerentía ac veneratione, verba illa ſacratíſſima ſunt habenda, quantíq; facienda.

quæ ſí palàm & alta voce proferrentur coram populo aſtante: víleſcerẽt tam frequentí auditione, atq; ſordeſcerent talí díuulgatione. Immo eadem ſacra verba ædita ín publícum, poſſent à laícis ad vſum ínconceſſum accõmodarí: & temerario auſu ſuper ípſíus ſacramentí materiã ab eís præter ípſorum officium proferrí. Q uod nonnulli quondam ſuperba præſumptione tentaſſe leguntur: & præſentes vltríce dei dextra dedíſſe pœnas. Ne ígitur ínuulgata ea verba ſanctíſſíma, habeantur contemptuí & floccípendantur à vulgo, néue ad illícítum conuertantur vſum à plebe: prudentíſſime ſancítum eſt à príſcis patríbus eccleſiæ ſanctæ prímorıbus, non modo verba ſancta conſecratíonís, ſed & totum ſacrũ canonem, demíſſa voce à ſacerdote ſacra faciente legí debere: vt ſílentio honoretur magís, & ſecreta lectione habeatur auguſtíor. Quod etiã ſymbolo quodã & ſígno myſtíco ſignificatũ eſt ín veterí teſtamento: vbí per Moyſem præcepit dominus ípſi Aaron & filíjs eius, vt ſolí ingredíẽtes Nume.4 tabernaculum: omnía eíus vaſa ínuoluerent. & cum mouenda eſſent caſtra: illa portãda ſingulis filíjs Caath díſtríbuerẽt. Ipſí vero filíj Caath ac cæterí: nulla curioſitate víderent quæ ſunt ín ſanctuarío, príuſq; ínuoluerentur, alíoquí morerentur. Q uod quídem præceptũ ſub fígurarum ínuolucro nobís ſubíndícat: ín noua lege (quæ veritas eſt & exemplar veteris) verba illa quæ ad offerendum ſingulare íllud ſacrificiũ ſunt ſanctíſſíme ordínata & peculiariter adaptata: cũ magna reuerentía con-

3 tegí debere, ímperuíaq; & ínacceſſa vulgo fíerí. ¶ Conſonat huíc ſacro inſtítuto & beatus pater Dionyſíus: círca príncípíũ líbrí de cæleſtí hie- Dionyſius rarchía, hís verbís Tímotheum (ad quem: opus íllud ſcríbit) cõpellans. Tu autem ò fílí, íuxta quod ſancit noſtra píjſſíma ac ſacroſancta tradítío: & ípſe quæ ſancte dicũtur, congrua ſuſcípe pietate, ac díuína díſcendo, díuínus efficere. & ſancta mentis receſſibus condens: ea vt exímía & coníungendí nos deo vím habentia ſíngularem, à prophana multitudíne ínuíolata cuſtodí. Nefas enim eſt (vt ſacra teſtantur eloquía) ſpírítua Matth.7 líum margarítarũ puríſſímum íllum ac permíxtionís ígnarũ, perlucídúmq; decorem & ornatũ, totíus venuſtatís authorem: ín porcos abíjcere. Idem quoq; círca fínem líbrí de eccleſíaſtica hierarchía: eandem confírmat ſententíam dícens. At vero efficientes conſecratíonís preces, fas non eſt ſcripto ínterpretarí: neq; ípſarum arcanum, ſíue íllas quæ ín hís ex deo fíunt vírtutes, è ſecreto ín publícum efferre. Hæc ílle. Quæ autẽ preces: ſunt efficiẽtes cõſecrationis? nónne ſanctæ íllæ oratíones, quæ ín ſacro míſſæ canone & ante conſecratíonẽ ſalutarís hoſtíæ & poſt cõſecratíonẽ ponuntur: coníunctę ſanctíſſímís CHRISTI verbís, quíbus cõſecratío cõfícítur? Fas ígitur non fuerít, íuxta díuíní patrís Dionyſíj ſententíam: verba íllа conſecratoría cum antecedentíbus & ſubſequẽtíbus orationíbus, proferre ín propatulũ, ſed ſuppreſſa manere debẽt & tací-

4 ta. ¶ Pręterea ſugillat aduerſarius noſter ín eodẽ ſexto ſuo dícto, príus

citato:& hanc ſententiam veritati maxime conſentaneam,quòd mutantes formam verborum conſecrationis ab eccleſia præſcriptã:peccati mortalis labem contrahant.cum tamen euangeliſtæ(inquit)& Paulus: nullam certam & eandem formam deſcripſerint. Sed dicat (oro) Lutherus, nónne graui culpæ obnoxius eſt miniſter: qui præſcriptã à domino ſuo regulam & obſeruari quidem facilem,aut inerti negligentia tranſgrediatur,aut ex electione & certa malitia infringit? Q uiſq; autem ſacerdotũ ſacra faciens,in altiſſimo illo miſſæ myſterio eſt miniſter eccleſiæ ſanctę: à qua accepit certam verborũ formã,ad conſecrationem ſacroſanctæ eucharíſtiæ perficiendã. Ergo eam formam non obſeruans,vel propter incuriam & minus exactam attentionẽ, vel propter animi nequitiam volentis nouitatem aliquã inducere,vel ſuo ſenſu,alia quàm definierit eccleſia,vti verborum forma: haud dubie reus efficitur mortiferi delicti. Neq; ad culpæ illius excuſationem aut extenuationem, quippiam facit idipſum: quod pro ſua ratione de euangeliſtis & beato Paulo adducit Lutherus.eos ſcilicet nullam certam verborum formã attinentẽ ad conſecrationem,conſcripſiſſe. Q uoniã ſinguli eorum narrationẽ inſtitutionis altiſſimi ſacramenti eucharíſtiæ texere ſtuduerunt, reiq; geſtæ veritatem deſcribere:non autem formã certam verborũ qua vſus eſt CHRISTVS in illius inſtitutione myſterij,aut qua vti debeat eccleſia in conſecratione,exprimere. Idcirco eandem ſententiã diuerſi: vario verborum contextu explicuerunt. neq; ſuis ſcriptis præſcripſerunt legem eccleſiæ, aut certam determinarunt formam:qua debeat eccleſia in conſecratione ſancti panis & calicis ſalutiferi,ſemper vti. ¶Cæterum in decretalium 5
epiſtolarum libro tertio,titulo de celebratione miſſarũ, cap.cum Marthæ. Innocentius tertius ſcribens Lugdunenſi archiepiſcopo, diffuſe & luculẽter oſtẽdit: q; ſiqua verba ſunt in canone miſſæ(ea præſertim parte: quæ ad conſecrationem panis & vini attinet) quæ ab euangeliſtis dicta non fuerunt:nos credere debere,quòd ea apoſtoli à CHRISTO,& ab apoſtolis eorum ſucceſſores acceperũt. Declarátq; ibidem particulatim: quomodo ea quæ vltra expreſſionem euangelij adduntur in canone miſſæ(vt hæ tres particulæ.ſubleuatis oculis in cælum. æterni teſtamenti.myſterium fidei)poſſunt ex aliis locis euãgelij comprobari. Demũ in fine huiuſmodi diſcuſſionis:hanc ſubnectit ſentẽtiam.Credimus igitur,quòd formã verborũ ſicut in canone reperitur: & à CHRISTO apoſtoli,& ab apoſtolis eorum acceperint ſucceſſores. Cui quidem ſententiæ à tota eccleſia approbatæ ſtandum eſt:neque in dubium trahendum aut fluctuandum animo,quænam certa ſit forma verborum: qua vti debeat ſacerdos in conſecratione ſacramenti eucharíſtiæ. Nemini enim addubitare nunc licet aut hæſitare:quin ea ſit vna & certa forma, qua hactenus vſa eſt & quotidie vtitur eccleſia ſancta.à qua ne trãſuerſum quidem(vt aiunt)vnguem diſcedere: cuiq; datum eſt. ¶Inſuper & 6

eam reprobat laudabilem obſeruationem Lutherus in ſexto ſuo dicto prius poſito: quòd non liceat niſi vnctis digitis hoſtiã tangere. cum tamen illa iam cõſecrata(inquit)à palla & calice alijſq; rebus inanimis tãgatur. Verum hæc proponẽs,minus attendere videtur:q; cuiuſpiam rei ſacræ dignitas & ſanctitas eo cõprobatur indicio apud homines, quòd non cuiuſuis oculis pateat aut manibus contrectari poſſit: ſed eorum dũtaxat,qui ſacris initiati ſunt,& eccleſiaſticæ ſorti addicti. Enimuero legitur Oza,quoniam vltra ſuæ ſortis conditionem manum arcæ ad- 2.Regũ.6
mouerit:ſubita morte à domino fuiſſe percuſſus ob ſuam temeritatem. In libro etiã Numeri,legimus iuſſiſſe dominũ,q; quãdo mouẽda eſſent Nume.4
caſtra: filij Caath portarent vaſa ſanctuarij inuoluta ab Aaron & filijs eius,& non tangerẽt ea,ne moriãtur. Et canonicis ſanctionibus prohibẽtur laici,manibus attrectare rem ſacram:vt calicẽ aut hoſtiã conſecratã. Siquidẽ in libro decretorũ,diſtinctione viceſima tertia,cap.ſacratas. refertur Sotheris ſummi pontificis cõſtitutio: qua prohibuit mulieres deo dedicatas cõtingere vaſa ſacrata & veſtimẽta altaris,ſcribens in hũc modũ omnibus epiſcopis Italiæ. Sacratas deo fœminas vel monachas, Sother papa.
ſacra vaſa vel ſacratas pallas penes vos cõtingere, & incẽſum circa altaria deferre:perlatum eſt ad apoſtolicam ſedem.quæ omnia,reprehenſione plena eſſe & vituperatione:nulli recte ſapientium dubium eſt. Q uapropter huius ſanctæ ſedis authoritate:hæc omnia vobis reſecare fundítus quàm citius poteritis, cenſemus.et ne peſtis hæc latius diuulgetur: per omnes prouincias abſtergi citiſſime mandamus.Hæc ibi. Q uòd ſi deo conſecratę ſanctimoniales non poſſunt contrectare manu vaſa ſacra & veſtes, ad altaris miniſterium accõmodatas:quãto minus eadem contingere poterũt mulieres non ſacratæ deo per voti profeſſionem,aut laici nulla conſecratione diuino cultui mancipati? Eadem quoque diſtinctione,cap. non oportet inſacratos. ex concilio Agathenſi depromitur hoc decretum. Non oportet inſacratos miniſtros licentiam habere:in ſacrarium(quod Græci diaconium appellant) ingredi,& contingere vaſa dominica. Sic ibi. Ex quo dilucidum eſt:laicis ipſis interdictum eſſe cõtactum vaſorum & veſtium ſacrarum. Inſuper beatus Cyprianus ſermone quinto(qui eſt de lapſis,& coronatis iam martyribus: vel ad vitam ſeruatis)refert mulierem quandam cum manibus ſuis ſanctam eucharíſtiam in ſacro conditorio repoſitam attrectare tentaret: miraculo prohibitam eſſe, ignéq; inde erumpente deterritam, ne id faceret. Eius verba ſunt hæc. Et cum quædam(mulier ſcilicet)arcam ſuam in qua do- Cyprianus
mini ſanctum fuit, tentaſſet aperire: igne inde ſurgente deterrita eſt, ne auderet attingere. Hæc ibi. Haud diſſimili ratione,nõ quauis parte manus,res ſacratiſſima vt ſancta eucharíſtiæ hoſtia eſt contrectanda:ſed ea tantũ,quæ ad attactũ tam præclari ſacramẽti eſt cõſecrata pontificali benedictione: quo maior declaretur reuerẽtia & honoratio tam ſublimis

mysterij. Rationabilis est igitur & legitima ea sanctio, quæ prohibet hostiam consecratã contingi quauis alia manus parte: quàm duobus primoribus vtriusq; manus digitis, ad contactum illum oleo sancto delibutis. ¶ Neq; id in oppositã partem efficaciter militat: q; hostia consecrata à rebus inanimis vt palla & calice contingatur. & ergo potiori ratione aut saltem æqua, à reliquis præter duos primos digitis vtriusq; manus possit attrectari. Tum quòd contactus ille ad pallam (quod vulgo corporale aut sindonem dicunt) aut ad patenam & calicem: necessitatis est, nõ arbitrariæ voluntatis. Non enim posset hostia sacra altari superponi offerenda: nisi contingat lintheum aut patenam. Neq; vinum consecratum, deo posset offerri in ipso missæ sacro ministerio: nisi calice contineatur quem contingat. Nulla autem nos adigit necessitas: vt alijs digitis quàm duobus primis ambarũ manuum, hostiam consecratam contingamus. cum sine aliorum digitorum admotione: conuenienter & integre peragatur id officium. Tum etiam, quòd palla illa quam hostia sacra contingit: episcopali benedictione est huic sacro ministerio deputata. Calix etiam cum patena (vt vulgo vocant) consecratione pontificali & inunctione est sacratus: ad diuinum in eo peragendum sacerdotalis ordinis officium. Quare cum hic preciosum CHRISTI sanguinem cõtinet: forma vini obtectum, & illa hostiam consecratam sibi superpositã contingit: nullus illic est sanctissimi sacramenti eucharistiæ ad rem prophanam aut nõ sacram contactus. Neq; ex eo, validum sumi potest argumẽtum: qualibet manus parte, sanctam eucharistiam contingi posse. 7

¶ Rationabilem esse constitutionem ecclesiasticam, quòd à ieiunis consecretur & sumatur eucharistia: contra Lutheri placitum. Cap. XX.

Einceps & illud summopere commẽdabile ecclesiæ institutum reprehendit Lutherus in septimo suo dicto ante citato, & hic excutiendo: quod sancit sacratissimam eucharistiam à ieiunis sumi debere. Tale est (inquit) quod ieiunium naturæ effinxerunt: vt si quis guttam aquæ vel imprudens glutiuerit: eo die indignus sit cõmunione. O furorem: furore furiosiorem. Indignum est (inquiunt) vt in os Christiani aliud intret: priusquàm corpus domini intrauerit. O festiua ratio. Forte nec nebulã nec aërem prius intrare licet os Christiani: quàm corpus domini intrauerit. vt sacerdotibus respiratione & vita interdicatur: vsq; post missam & cõmunionem. cum CHRISTVS & apostoli post cœnam communicauerint: ac fere fiat, vt moderato cibo sumpto: & os mundius, & caput purgatius, & halitus incorruptior, totúmque corpus dignius sit: quàm ieiunis, & à somno nescio quid grauedinis & impuritatis referentibus, esse vnquàm possit. Hæc Lutherus. Quibus extremam animi sui væsaniam & impudentiam execrabilem.

clare patefacit vniuersis: cum laudabili & magnopere probando ecclesiæ præcepto de sumenda à ieiunis sacra eucharistia, per decretum etiã decimætertiæ sessionis sacrosanctæ synodi Constantiensis, contra pullulantes ea tempestate hæreses, denuo approbato, refragari studet. cum itidem beati patris Augustini verba habet ludibrio, substannationéque prosequitur: quæ ipse sacer antistes conscripsit super hac materia, citantúrq; in volumine decretorũ, de consecratione, distinctione secũda, cap. liquido apparet. in hunc modũ. Placuit spiritui sancto, vt in honore tanti sacramenti prius in os Christiani dominicum corpus intraret: q̃ cæteri cibi. Nam ideo per vniuersum orbem mos iste seruatur. Hæc ibi. Sed quod placuit spiritui sancto: non placet Luthero. qui non per spiritum veritatis & pietatis reclamat traditioni à spiritu dei profectæ: sed longe alio afflatus & ductus spiritu. Et qui per vniuersum orbem mos seruatur, Augustino teste: corpus scilicet dominicũ ante alios cibos à Christianis sumi debere, à Luthero censetur (quæ sua est temeritas) in oppositum permutandus. Augustinus. 2

¶ Verum ad ea quæ proponit hac de re, in principio capitis huius adducta: paucis est respondendũ. Ieiunium quidẽ naturæ (quod est omnimoda à cibo & potu, immo & medicamẽtis, ab initio diei illius, abstinentia) ad debitã eucharistiæ sanctæ sumptionem, ex institutione ecclesiastica necessariũ est: vt præcedentia dicta mõstrarunt. Non tamen idcirco si quis præter opinionem & minus aduertẽs, aquæ guttã deglutiuerit dũ os abluit: haberi debet aut censeri indignus sacra illius diei cõmunione. q; huiusmodi sũptio stillæ aqueæ, & exiguũ quid existat, quod quasi nihil existimari solet: & casu, fortuitóq; acciderit. De aëre vero & nebula prohibẽda, ne à sacerdote ante sancti sacramẽti sumptionem aspiretur, quod subnectit Lutherus, vt prædicta sancti Augustini verba refellat: nullam habet veritatis speciem, aut similitudinis ad id quod proponitur habitudinem. Dicit enim ipse beatus pater, prius in os Christiani dominicũ corpus intrare debere: q̃ cæteros cibos. Aër autem & nebula, nequaq̃ ciborum habentur loco, nec corpus alunt: vt quæ aspiratione attracta, reciproca respiratione rursum emittantur, nullo exinde corpori subministrato alimento. Ea autem sola, naturæ ieiunium soluunt: quæ suggerunt alimoniã corpori, substãtiamq; illi altricem præstant. de quorum numero: neq; aër habetur humanum subiens corpus, nec nebula. Nisi forte Lutherus ex sua philosophia naturali (nam Aristotelicam prorsus auersatur physicam: immo & omnem disciplinam) persuasum habuerit: & aërem subministrare nutrimentum corpori, itidem & nebulam, hominémq; aëris attractu victitare posse. quẽadmodũ Chamæleonta ferunt: ventis & aura nutriri. Fortasse etiam libenter Lutherus & hic Pythagoricorum astipulabitur sententiæ: dicentium animalia quædam odore, spiraculóq; rerum fragrantiũ enutriri: eaq; sola alimonia, ipsa vitã agere. vt & in hac re aduersetur Aristoteli,

Quid ieiuniũ naturæ.

Chamæleõ.

Pythagorici.

illam Pythagoricorum ſententiã in libro de ſenſu & ſenſato refellenti: cuius philoſophiam (quam non intelligit) in quouis diſciplinæ genere grauiſſimis inceſſit conuitijs. ¶Quod vero deinceps ſubnectit Lutherus in ſuæ improbæ aſſertionis confirmationẽ: CHRISTVM apoſtolis poſt cœnam tradidiſſe ſacramentũ euchariſtiæ, & proinde factũ illud & nos imitari debere: ſcite atq; argute diſſoluitur à beato Auguſtino in epiſtola centeſima decimaoctaua, reſpondente ad inquiſitiones Ianuarij. eiuſdémq; ſentẽtia ad id pertinẽs refertur ab authore voluminis decretorũ, in prædicto cap. liquido apparet. de cõſecratione, diſtinctione ſecunda. his verbis. Liquido apparet, quãdo primo acceperunt diſcipuli corpus & ſanguinem domini: non eos accepiſſe ieiunos. Nunquid tamen propterea calumniandũ eſt vniuerſæ eccleſiæ: q; à ieiunis ſemper accipitur? Ex hoc enim placuit ſpiritui ſãcto (quod & modo adductũ eſt) vt in honore tanti ſacramenti, prius in os Chriſtiani, dominicũ corpus intraret: q̃ cæteri cibi. nam ideo per vniuerſum orbem mos iſte ſeruatur. Neque enim quia poſt cibos dominus dedit: propterea prãſi aut cœnati fratres, ad illud ſacramentũ accipiendum conuenire debent. aut ſicut faciebant, quos apoſtolus redarguit & emendat: menſis ſuis iſta miſcere. Nãq; ſaluator quo vehemẽtius cõmendaret myſterij illius altitudinẽ: vltimũ hoc voluit infigere cordibus & memoriæ diſcipulorũ, à quibus erat per paſſionem digreſſurus. Et ideo non præcepit quo deinceps ordine ſumeretur: vt apoſtolis (per quos eccleſias diſpoſiturus erat) ſeruaret hunc locũ. Nã ſi hoc ille monuiſſet, vt poſt cibos alios ſemper reciperetur: credo q; eũ morẽ nemo mutaſſet. Hæc Auguſtinus. Accedit his, q; dominus noſter in cœna illa nouiſſima voluit veteris ritus obſeruãtijs finem imponere, & nouæ legis inchoare myſteriũ: præcipuúmq; illius ſacramẽtum atq; ſacrificiũ inſtituere. Idcirco cõgruus expoſcebat rerũ ordo, vt prius agnum paſchalem typicũ cum diſcipulis mãducaret: deinde ſui ſacratiſſimi corporis & ſanguinis inſtitueret myſteriũ, & ſuis traderet diſcipulis. Alio vero quouis ſequente tempore, nunq̃ eadẽ occurrit ratio: neq; cõſimilis myſterij agendi neceſſitas. Idcirco neq; nos, neq; alij fideles (vt quibus non eadẽ ſubeſt cauſa legitima ſumẽdi ſanctã euchariſtiam poſt cibum corporalem: quæ tũc erat in diſcipulis domini) debemus id factũ in imitationẽ trahere. ¶Sane hanc ipſam rationem aſſignat venerabilis Beda in ſuis ſuper Lucam cõmentarijs: exponens illum viceſimi ſecũdi capitis eiuſdẽ euangeliſtæ locum, qui inſtitutionẽ excellentiſſimi ſacramenti euchariſtiæ deſcribit. Finitis (inquit) paſchæ veteris ſolẽnijs, quæ in cõmemorationẽ antiquæ de Ægypto liberationis agebãtur: tranſijt ad nouũ, quod in ſuæ redemptionis memoriã eccleſia frequẽtare deſiderat. Vt videlicet pro carne agni vel ſanguine, ſuæ carnis ſanguiniſq; ſacramẽtum in panis ac vini figura ſubſtituens: ipſum ſe eſſe monſtraret, cui iurauit dominus & non pœnitebit eum, tu es ſacerdos in æternũ, ſecundũ

Matth. 26

1. Corin. 11

Beda.

Pſal. 109

ordinem Melchiſedech. Et paulo poſt, nonnullis interiectis: ſubnectit. Quòd ſi quem mouet. cum cœnatis ſaluator apoſtolis ſuum corpus ac ſanguinem tradiderit: quare nos vniuerſalis eccleſiæ conſuetudine, ieiuni doceamur eadem ſacramenta percipere. breuiter audiat, ideo tunc cœnatos cõmunicaſſe apoſtolos: quia neceſſe erat paſcha illud typicũ antea conſummari, & ſic ad veri paſchæ ſacramenta tranſiri. Nunc in honorẽ tanti tãmq; terribilis ſacramenti, placuiſſe magiſtris eccleſiæ: primo nos dominicæ paſſionis participatione muniri, primo ſpiritualibus epulis interius exteriúſque ſacrari atq; ſatiari. ac deinde terrenis dapibus corpus, & vilibus eſcis reficí. Hæc Beda. Porrò non omnia domini noſtri opera, ſimpliciter nobis & ſine diſcrimine aut delectu ſunt imitãda: ſed ea potiſſimũ, quæ nobis vt imitaremur propoſuit, imitariq; præcepit & admonuit. De quorum numero eſt admiranda eius manſuetudo & humilitas: quoniã ipſe dixit. Diſcite à me: quia mitis ſum & humilis corde. promptum etiam in fratres humilitatis obſequiũ: quoniam poſt lotionem pedum humiliter diſcipulis exhibitam, ipſe dixit eis. Si ergo lauí pedes veſtros ego magiſter & dominus: quanto magis debetis alter alterius lauare pedes? Exemplum enim dedí vobis, vt quẽadmodũ ego feci: ita & vos faciatis. Similiter perſecutionũ propter iuſtitiam & veritatem toleratio: ad quam exemplo CHRISTI nos beatus Petrus hortatur, dicens. CHRISTVS paſſus eſt pro nobis: vobis relinquẽs exemplum, vt ſequamini veſtigia eius. & cætera id genus præclara CHRISTI opera. ¶Poſtremũ quod affert aduerſarius in ſuæ ſententiæ comprobationẽ, de meliori diſpoſitione corporis purgatioréq; habitudine poſt cibum ſumptũ ad accipiendam digne euchariſtiã, q̃ ante cibum: pene indignum eſt quod refellatur, & ridiculum magis eſſe q̃ ſerio dictũ videtur. Quis enim neſcit etiam facto in ſe periculo, poſt quietẽ noctur nam completamq; in ſomno ciborum concoctionem & naturę digeſtionem: ipſum corpus & purgatius eſſe à vaporibus alimẽtarijs, & defecatiús à ſuperfluis humoribus: q̃ poſt cibum etiam moderate ſumptum? qui ſubminiſtrat protinus halitus vapidos & euaporationes occupantes cerebrum: & minus diſpoſitũ ad ſpiritualia opera corpus reddẽtes. Sed relinquamus has partes medicis diſcutiendas (quanq̃ non dubito ipſos facile in eam deſcenſuros ſententiam, cõmodiorem eſſe corporis aptitudinẽ & qualitatẽ ad tam ſublime ſumendũ myſteriũ, nullo ſumpto alimento: q̃ poſt eſcæ corporalis ſumptionẽ) & de anima, quæ plus eſt q̃ corpus, eiúſq; qualitate deinceps loquamur. Nónne multo ſyncærior eſt deuotionis affectus, liberiórq; mentis in deum erectio: cum ante corporis cibum accipitur hoc cæleſte ſacramentũ, q̃ ſumpto príus cibo? cuius vaporibus obtunditur quoquo pacto & impeditur animi feruor: vt non vſqueadeo pure, libere & lympide feratur in deum. Nullus plane id diffitebitur, defecatiorem eſſe animã, purgatioremq; ab impe-

Matth. 11

Ioannis. 13

1. Petri. 2

Matth. 6

dimentis corporis:cum ante cibum materialem sumit hanc escam spiritualem . necnon feruentiorem esse cordis ad cælestia desideria intentionem:ardentiorémq; ad panis huius viuifici manducationē, affectus inflammationem:quoniam nullo obstaculo occurrēte tum euehitur in superna. Sumpto vero corporis cibo,quoquo modo retardatur & segnior redditur anima:neq; ita liberis deuotionis alis attollitur ad tāti mysterij desiderium.At debuit Lutherus non modo ad conditionem corporis suos conuertisse oculos (q̄uis & hanc ,minus recte attendat) sed multo potius ad animæ nostræ qualitatem:quoniam de proprio huius cibo,agitur quæstio. ¶Adde q̄ cum plerīq; sint circa cibum ac potum intemperantes,neq; semper eam seruent in illis sumendis moderationē: quam recta exposcit & definit ratio,si post sumptū corporis cibum passim sacerdotes missarum officium celebrare permitterentur , & laici sacram cōmunionem accipere: plærunq; cōtingeret ingluuie distentos niminq; ciborum copia oneratos, vino itidem obrutos ac pene ebrios, ad hæc veneranda corporis dominici mysteria sumēda se ingerere,sine alio deuotionis affectu,sepultóq; prorsus feruore spiritus .quod in magnam vergeret sanctissimi sacramenti inhonorationem & irreuerētiam: necnon in grauem salutis animarum iacturam. Vnde in Leuitico Nadab & Abiu filij Aaron,sacerdotes: arreptis thuribulis iposuisse legūtur ignem alienum atq; non sacrum,incensumq; desuper positum contra dei præceptum offerentes,perculsi fuisse repentina morte à domino. Huius autem præcipitis & indebitæ oblationis (quam subitaria puniuit mors:cælitus illis inflicta)causam assignant illius loci interpretes:q̄ vino madentes atq; sepulti:ad offerendū huiusmodi sacrificium se proripuerunt.Quod non irrationabiliter coniectant ex illo domini verbo: haud multo post in eodem capite,dicto ad Aaron. Vinū & omne quod inebriare potest,non bibetis tu & filij tui:quādo intrabitis in tabernaculum testimonij,ne moriamini.quia præceptū sempiternum est in generationes vestras:& vt habeatis scientiam discernendi inter sanctum & prophanum, inter pollutum & mundum . Si igitur ad offerenda ritus antiqui sacrificia debuerunt sacerdotes ab vsu vini abstinere, cū esset ab eis facienda oblatio, neq; poti ad illam deo exhibendam accedere: nónne potiore iure ad offerendam deo nouæ legis hostiam, omnibus Mosaici instituti victimis digniorem : debent sacerdotes cibo & potu penitus abstinere, itidem & laici ante illius sumptionem:ad illam digne sumendam? Nemo certe id(vt reor) inficiabitur : animam,quia longe est corpore præstantior, prius esse pascendam suo cibo supercælesti: q̄ corpus suo alimento terreno. Ad quod: & dominus salubriter omnes his verbis exhortatur. Operamini non cibum qui perit:sed qui permanet in vitam æternam. Corporis enim cibus:cito disperit. Animæ vero cibus,eucharistia:interitum nescit,& vitam largitur æternam.

6

Leuitici. 10

Leuitici. 10

Ioannis. 6

¶Sacerdotem in missæ officio debere sumere sacramentum eucharistiæ: à se consecratum,contra Lutheri id negantis impietatem & væsaniam. Cap.XXI.

1 INsuper calumniatur Lutherus in octauo suo dicto, ante posito:& præsenti capite quātum ad primā eius particulam conuellendo(quasi totum suum studium ex industria conuerterit ad ea reprehendenda:quę in sacro missæ ministerio sunt decētissime à catholica ecclesia ordinata,& hactenus illabefacto ritu obseruata)calūniatur inquam & hunc ecclesiasticū morem:quo sacerdos eucharistiam à se consecratam sumit in missæ officio, & nō alijs communicat. CHRISTVS (inquit)sibi ipsi tradidisse non legitur sacramētum altaris:sed tantum suis discipulis. Ad cuius exemplum deberet sacerdos in missa nō sumere eucharistiam, sed alijs tradere:quemadmodū fit in laicorum cōmunione.In missa autem,solus sumit sacerdos : & non distribuit alijs.Hæc Lutherus. ¶Verum hęc prauí dogmatis improbitas & Lutherana impietas,manifeste confutatur per sanctionem ecclesiasticā: de consecratione,distinctione secunda.cap.relatum.ex concilio Toleta- Decretum
no depromptam,quæ dicit. Quicūq; sacerdotū deinceps diuino altario concilij
sacrificium oblaturus accesserit , & se à cōmunione suspenderit: ab ipsa Toletani.
qua se indecenter priuabit gratia communionis, anno vno repulsum se nouerit.Nam quale erit sacrificium:cui nec ipse sacrificās,particeps esse dinoscitur? Ergo modis omnibus tenendum est,vt quotiēscunq; sacrificans,corpus & sanguinem domini nostri IESV CHRISTI in altario immolat : totiens perceptionis corporis & sanguinis domini nostri IESV CHRISTI participem se prębeat.Hęc ibi.Quinimmo quoniā aliquí sacrificium altaris immolātes deo,dúntaxat corpus dominicum in ipso missæ officio sumere tentarunt , abstinentes à perceptione sancti calicis etiam consecrati:Gelasius papa hunc celebrandi ritum tanq̄ ecclesiasticis moribus aduersum damnauit,de consecratione,distinctione secūda,cap.comperimus,dicens. Comperimus autem,q̄ quídam sumpta tantummodo corporis sacri portione : à calice sacrati cruoris abstineant : qui procul dubio (quoniam nescio,qua superstitione docentur astringi)aut integra sacramēta percipiant:aut ab integris arceātur.quia diuisio vnius eiusdémq; mysterij:sine grandi sacrilegio nō potest proue nire.Hæc ibi. Ecce constitutionem ecclesiasticam,decernentem: vtranq; dominici sacramenti portionem,panem scilicet sanctū & sanguinis dominici calicem:à sacrificante sacerdote sumi in ipsius missæ officio debere.Et certe mirum id videretur,sacerdotes veteris legis:oblata sacrificia Gelasius,
Leuitici
in vsum suum & esum diuina sanctione vendicasse.& offerentes etiā laicos,in nōnullis hostiarum generibus:vnam sacrificij partem,quā manducarent post oblationem,habuisse sibi . Nouæ vero legis sacerdotes:à 6.&.7

perceptione ſui ſacrificij(quod multo omniũ eſt præſtantiſſimũ) eſſe penitus excluſos & prohibitos. ¶Porrò nunc operęprecium eſt videre: q̃ 2
inualidæ rationi innitatur Lutherus,ad aſtruendam ſuam ſententiam. Non legitur (inquit)CHRISTVS in euangelio accepiſſe ſacramẽtum euchariſtiæ:ſed tantũ tradidiſſe diſcipulis.Infirma ſane eſt hæc conſecutio: & ex Lutherana dialectica,immo teterrima hæreticorũ officina deſumpta.Hoc non eſt expreſſe ſcriptum in euangelio:ergo hoc non eſt fa
Ioannis.21 ctum.cum multa fuerint à CHRISTO facta,teſte beato Ioanne circa finem ſui euangelij: quæ non ſunt ab euangeliſtis conſcripta. Sed quẽadmodũ aperte non exprimunt ſacri ſcribæ verborũ & operum CHRISTI,quòd ipſe ſibi ipſi proprium corpus & ſanguinem in myſterio ſacramenti tradiderit:ita neq; ſcribunt manifeſte oppoſitam partem,vtpote quòd id ſacramentũ CHRISTVS in cœna non ſumpſerit.Non valentiore igitur ratione ex euãgelico cõtextu colligere quis poſſit,CHRISTVM in cœna non accepiſſe ſuum corpus & ſanguinem ſub forma panis & vini:q̃ ipſum id accepiſſe.quòd neutrum eorum:apertis verbis in codice euangelij ſit conſcriptum. ¶Verũtamen probatiſſimi authores, 3
quorum receptiſſima eſt apud omnes authoritas: in eam potius ſententiam tendunt,quòd CHRISTVS ſuum ſacratiſſimũ corpus & ſanguinem in cœna nouiſſima primo accepit:deinde diſcipulis ſuis vtrũq; tradidit.Cui quidem aſſertioni potius eſt accedendum atq; aſſentiendũ:q̃ vero magis conſona videatur & cõformis.Enimuero CHRISTVS circunciſionem accepit & baptiſmũ(vt ex euangelico teſtimonio,omnibus indubitato cõſtat)non quidem neceſſitate purgationis, ſed benigna diſpenſatione noſtræ inſtructionis:vt alijs eſſet forma & exemplum vitæ. & quæ obſeruanda ab alijs,inſtitueret:prius ipſe obſeruaret,ſecundum
Actuum.1 illud dictum beati Lucæ,actuum primo capite.Cœpit IESVS facere: & docere. Quidni igitur & ſuum ſanctiſſimũ corpus & ſanguinem ſub
Chryſoſtomus. panis & vini forma accepit in cœna: vt eo facto diſcipulis ſuis traderet exemplum,idem ſumẽdi myſterium?Id plane ſentit Chryſoſtomus ſuper Matthæi viceſimum ſextum caput:dicens de CHRISTO.Bibit ex
Ioannis.6 eo(calice ſcilicet)vt audientes hoc:non dicerent.Quid ſanguinem bibo: & carnẽ manduco?Vt enim non turbarentur,ſicut turbati fuerũt quãdo multi abierunt retro:prius ſanguinẽ ſuum bibit.Idem quoq; cõpro-
Eſicius. Leuiti.3 bat Eſicius ſuper Leuiticũ:in expoſitione octaui capitis eius dicẽs. Primo ſacerdos,poſtea filij eius ſanguine vngebantur:quia CHRISTVS in cœna primo ſanguinẽ accepit,deinde diſcipulis ſuis dedit.His accedit & Hieronymus ad Heldibiam:& adducitur de cõſecratione, diſtinHieronymus. ctione ſecunda,cap.nec Moyſes.hoc verborũ cõtextu.Nec Moyſes dedit vobis panem verum:ſed dominus noſter IESVS.Ipſe enim apoſtolis conuiua & conuiuiũ:ipſe comedens & qui comeditur.Porrò hæc & alia complura in eandem tendentia ſententiã,latius pertractat vir præ-

claræ eruditionis Gabriel Biel:circa finem triceſimæſeptimę lectionis, Gabriel.
ſuæ expoſitionis ſuper canonẽ miſſæ. Ex quibus prorſus ſubruitur id fundamentum,quod collocauerat Lutherus ad fulciendam erroris ſui fabricam:CHRISTVM ſcilicet in cœna non accepiſſe ſuum corpus & ſanguinem ſub forma ſacramentali.vt exinde conficeret,ſacerdotes nouæ legis in officio miſſæ non debere ipſum euchariſtiæ ſacramentũ ſumere:ſed tantum alijs tradere.Vtrũq; enim horũ,iam oſtenſum eſt eſſe
4 falſum:& à veritate longe alienũ. ¶Neq; idem, ſuũ propoſitũ conſtruere valet aut ſtabilire ex ſacra laicorum cõmunione: in qua ipſi tantum percipiunt ſanctam euchariſtiã,non etiã alijs tradũt.& ergo deberẽt(vt contendit)ſacerdotes,è diuerſo alijs tantum tradere ſanctũ euchariſtiæ ſacramentũ:non autem ſumere.Nempe laici circa id ſacroſanctũ myſterium,vnicũ habent ex ordinatione eccleſiæ,opus:ſcilicet ipſum cũ reuerentia ſumendi ſub ſpecie panis tantum, ab alio tradẽte. Sacerdotes vero,quoniã ad altaris miniſteriũ & ſortem eccleſiaſticã peculiariter ſunt aſciti atq; conſecrati:triplex habent circa idem euchariſtiæ ſacramentũ, munus exercendũ,vtpote ipſum per certam verborũ formam cõſecrandi.cõſecratũ:propriis manibus & nõ alterius miniſterio,in officio miſſæ ſub vtraq; ſpecie,panis inquã & vini,ſumendi.& deniq; ſub vna ſpecie, videlicet panis,tradẽdi alijs extra miſſę officiũ.quorũ quidẽ trium operum:nullum laicis conuenit.Cum his tamen in hoc vno coincidunt ſacerdotes,vt ſi morbo detenti aut alia rationabili cauſa impediti,velint citra miſſæ miniſteriũ,& non facta à ſe celebratione nec oblatione diuini ſacrificij,euchariſtiæ ſacramentũ ſumere:illud alio tradente miniſtro ſacerdote,& ſub vna tantum ſpecie vtputa panis,ſumant,more laicorũ. Ex modo igitur laicis definito quo debeant percipere euchariſtiam:nõ poteſt recte colligi quod proponit Lutherus,ſacerdotes videlicet officiũ miſſæ celebrantes non debere ſanctam ſumere euchariſtiam: ſed tãtummodo alijs tradere.quoniam longe alia ſacerdotum ſunt officia & multo digniora,circa huius ſacramenti adminiſtrationem & communicationem atq; perceptionem:q̃ laicorum.

¶Vnam hoſtiæ conſecratæ partẽ in officio miſſæ,ſanctis æternæ gloriæ conſortibus recte deputari. Cap.XXII.

1 DEinde vt nichil intactũ intaminatumq; relinquat Lutherus quod ad ſacratiſſimum miſſæ pertinet officiũ, quo teſtatiorem & perſpectiorẽ mundo relinquat ſuã in deum atq; ſanctam eccleſiã impietatem: ſubſannat (vt ex ſecunda particula octaui ſui dicti ſupra adducti,hoc loco refellenda,aperte conſtat) & illam hoſtiæ ſacrę diſtributionem,in ſancto miſſæ myſterio ex inſtitutione eccleſiaſtica fieri ſolitam:qua beatis regni cęleſtis incolis,vna trium partiũ ipſius hoſtiæ deputatur.quaſi adhuc eis (inquit) eſſet neceſſaria fides & pro-

míſſio CHRISTI. Verum hoc ipſo fallitur hic Lutherus, & à recto ve
ritatis tramite aberrat: q̄ arbitretur medietatem illam hoſtiæ ſacræ quę
manet indiuidua, idcirco deſignari ſanctis, vt eo ſymbolo inſinuentur
ipſi aut fide CHRISTI adhuc indigere: quí iam facie ad faciem deum
vident, & non amplius per ſpeculū in ænigmate. aut promiſſionē CHRI
STI de habenda remiſſione peccatorū vitáq̄ æterna conſequenda, præ-
ſtolari: quí iam ſine macula aſſiſtunt ante thronum dei, & in ſe omnino
completā illā eſſe promiſſionē CHRISTI percipiūt atq̄ perpetuo gau
Quid deſi- dent. Illam plane rationem ipſe Lutherus ſuo arbitratu confinxit: à nul
gnant par- lís ſanctis patribus ante aſſignatā. quā cum ſuo authore debemus tanq̄
tes hoſtiæ inanem & friuolam, explodere atq̄ exibilare: illámq̄ amplecti potius
diuiſæ. cauſam huius diſtributionis & deputationis vnius partium hoſtiæ ad
ſanctos perpetuæ gloriæ participes, quam nobis tradiderunt orthodo-
xí patres. Vtpote per illā quæ totius hoſtiæ eſt medietas & indiuiſa ma-
net, ſignificari: ſanctos ipſos ſupernę patriæ ciues etiā ad corpus CHRI
STI myſticū pertinere, eorúmq̄ caput eſſe CHRISTVM: cui inſepa-
rabiliter manent vniti atq̄ agglutinati. Eiuſdem quoq̄ partis mediæ in-
tegritas atq̄ ſoliditas ſine diſſectione in partes minores: ſignificat firmi-
tatem continuā ſtabilémq̄ vniformitatē æternæ beatitudinis, quā ſancti
nunc poſſident, æuóq̄ intermino ſunt obtenturi. Et quoniam amplius
fructū effuſionis ſanguinis CHRISTI & dominicæ paſſionis non ſunt
ſibi ipſis per bonorū operum ſtudium applicaturi: quòd ea applicatio-
ne ad conſequenda vberiora gratiarū munera iam non indigent, plenitu
dinem bonorū omniū nunc adepti: pars illa indiuidua quæ ſanctis deſi
gnatur, nequaq̄ ſacro ſanguini, calice benedictionis, contento immergi-
tur: ſed ſupra calicem impermixta à ſacerdote tenetur. ¶ Ex his itaque 2
conſtat, diſtributionē partis illius mediæ ſanctis aſſignatam: non ſignifi
care in ipſis indigentiā aliquam aut perfectionis deficientiam, ſed vnio-
nem indiuiduā eorum vt membrorū corporis myſtici cum CHRISTO
capite, indeficientémque & perennem in æternitatis ſtabilitate ipſorum
gloriam: ab omni defectu atq̄ penuria procul diſtantem. At vero pars
illa minuſcula quæ huic medietati eodem digitorū contactu coniungi-
tur à ſacerdote: eos deſignat qui hac vita defuncti locis expiatorijs ad-
huc detinētur, eluūturq̄ igni purgatorio. quòd & ipſi, corporis CHRI-
STI myſtici pars vna ſunt: ad integritatē eius pertinētes, atq̄ à CHRI-
STO capite influxū ſalutis percipiētes. necdū tamen ad perpetuā illam
& continuam cæleſtis gloriæ ſoliditatē admiſſi: nec etiam per propria
opera fructū dominicæ paſſionis ſibi valētes applicare, quòd huius vitę
ſtadiū iam percurrerint. Eámq̄ ob cauſam nequaq̄ immergitur ea par-
ticula ſancto calici: vt neq̄ medictas illa, cum qua ſupra calicem ipſum à
ſacerdote cōtinetur. Tertia vero pars etiā minutula & quæ ſacro immit
titur calici: fideles deſignat in agone preſentis vitæ adhuc deſudātes, quí

& ipſi ad corpus CHRISTI myſticū (cuius ſunt membra) pertinēt: &
necdum permenſo ſuæ peregrinationis curſu, fructū effuſionis precioſi
ſanguinis CHRISTI per bonorū operum exercitium ſibi accōmodare
queunt atq̄ aſciſcere. Et quāuis his adhuc in ſtadio currētibus, fides &
promiſſio CHRISTI ſit neceſſaria: idipſum tamen non ſignificatur per
tertiā illam partem ſanctæ hoſtiæ, ipſis deſignatā, ſed habitudo ipſorū
ad corpus CHRISTI myſticū & caput eius: atq̄ participatio efficaciæ
paſſionis CHRISTI ad ſuam ipſorum ſalutē. Quinimmo ſi attentius
rem ipſam diſpexerimus: nullā trium hoſtię ſacræ partium inueniemus
illam habere notionē, q̄ ijs quibus illę reſpondent, ſit neceſſaria fides &
CHRISTI promiſſio. Ecce q̄ procul abeſt Lutherus à vero, quí vult il-
lam ſignificationē debere cōuenire portioni hoſtiæ maiuſculę, ſanctis in
cælo glorioſis deputatæ: quæ etiam neutri aliarum duarū particularū
3 congruit, quibus tamen potiore iure videretur debere conuenire. ¶ Qz
ſiquis ſuccinctiorē breuiorémq̄ expoſcat rationem ſignificationis harū
trium partium, in quas hoſtia ſacra in ipſo miſſæ myſterio ex traditione
priſcorum patrū à ſacerdote ſacra faciente diſſecatur: hanc generalem &
communem omnibus illis particulis accipiat. illas tres hoſtiæ ſacroſan-
ctæ partes id vnū deſignare: q̄ CHRISTVS dominus noſter, caput ec-
cleſiæ ſanctæ, tribus præcipuis ſui corporis partibus in illo ſuperadmí-
rabili myſterio ſacramēti viuifici & oblationis eius: influxum & parti-
cipationē ſuorum donorū ſpiritualiū impartit, beatis ſcilicet gloriā, ví-
uentibus in hoc ſeculo gratiā, & defunctis ſubleuamen. Eſt enim ipſe in
ſacro oblatus altari: beatorū gloria, ſalus hic viuentiū, & defunctorū re-
frigeriū. & hæc ipſa munera, virtute huius ſuperçeleſtis ſacramēti: mem
bris ſuis diſpartit. Quod quidem auguſtiſſimū ſacramētum, inter cæte-
ras ſuas præclaras & permultas denominationes, etiā cōmunio appella
tur: quia eius beneficiū cōmunicant atq̄ percipiūt omnes eccleſiæ vniti.
non ſolum qui in terris adhuc viuunt: ſed etiā qui ex hoc ſeculo tranſie-
runt, ſiue iam beatitudinē ſint adepti: ſiue in via purgationis ad eam tē-
dant. Et vt paucis demū rem ipſam, immo vno verbo conſtringamus: in
tres partes hoſtia ſacra in altaris ſacrificio diuiditur, vt ſignificētur effe-
ctum eius & fructum participare & ij qui in æterna ſunt beatitudine:
& qui purgatorio detinētur igni, & qui in hoc ſeculo adhuc vitā agunt,
quíq̄ eorum: ſuo ordine & gradu.

¶ Non eſſe improbandam ſolicitam ſui præparationem: ad
debitam ſanctæ eucharíſtiæ perceptionem. Cap. XXIII.

1 Præter hęc, ſuperioribus annotata locis, Lutherus vt om
nem ſuſtollat veneratíonem & reuerentiā tam ſublimi ſa
cramento eucharíſtiæ debitā: ſubſannat ſolícitam eā præ-
parationem ad dignā ipſius ſuſceptionem, quā ſolent ho
mines timorati & deo deuoti facere: per examinationem

ante actæ vitæ, cõfessionémq; peccatorum, atq; pias orationes mentis in deum excitatorias, aliáq; recta bonorum operum studia. Subsannat inquam hæc laudabilia opera his verbis: in libro quidem suo de abroganda missa priuata inscripto positis, sed inter dicta eius in primo libri huius capite per ordinẽ digesta, non annotatis nec expressis. Insuper vnus est furor omniũ (inquit) præparatorijs orationibus, confessionibus preuijs sic sese mundos & sanctos reddere: vt eucharistiam digni accipiãt. nesit aliquid ibi quod remitti debeat: sed omnino spectabiles in mundicia sua appareant, & sanguinem CHRISTI fusum in remissionem peccatorum rideant, quoniam nichil relinquere volunt deo: quod remittatur. Hęc Lutherus. ¶ Sed non attenderat ipse sedulo beatum Paulum: cum magna cautione nos in prima ad Corinthios epistola admonẽtem.

1. Corin. 11 Probet autem seipsum homo: & sic de pane illo edat, & de calice bibat. Probet inquam, discutiendo propriam vitam ante actam: an graui peccato sit obstricta, aut mortiferis obnoxia culpis. quæ prius expiẽtur per amaram contritionem & humilem sui apud sacerdotem accusationẽ: q̃ sacra suscipiatur cõmunio. Neq; illa probatio quã ibidem admonet, imo præcipit Paulus esse faciendam: accipienda est de sola probatione fidei circa hoc admirabile mysterium, quam examinet & discutiat diligẽter, sacram percepturus eucharistiam: an eam habeat syncæram, integrã & illabefactam. quemadmodum scripturæ sacræ deprauator per obtortas interpretationes Lutherus: astruit prędicta diuini apostoli verba accipi debere. Tum quia idem apostolus ad fideles & solida fide mysteria sancta catholicę veritatis professos: ea scribit verba quę modo citata sunt de facienda sui ipsius probatione. Neq; in præcedẽtibus illa verba sententijs & sequentibus, ipse Paulus de firmitate fidei tenenda pertractat: sed de reuerentia debita ad sacræ cõmunionis perceptionem obseruãda, ad quã, & illa quæ agitamus eius verba inducunt. Tum etiam, quoniã licet fides firma & inconcussa de mysterio sanctissimi sacramenti eucharistiæ, sit necessaria ad dignam eius perceptionem: ea tamen non sufficit sola, sed sociam atq; comitem exposcit animi puritatem & syncæritatem à peccatis. Quæ si desit: inanis est illa fides & mortua, minúsq; sufficiẽs ad rectam sanctę communionis susceptionem. Non ergo illic apostolus de probatione fidei facienda loquitur: vt quæ sola, ad mãducationẽ panis illius supersubstãtialis sit inefficax. sed de probatione animi, discussionéq; propriæ vitę: an sit irretita peccatis, aut crimine sordidata. ¶ Nõ 2
animaduerterat itidem Lutherus, improbans solicitam cõscientiæ examinationem, & pręparationem sedulam ad sumendum panem illũ cęlestem, illam terribilem interminationem: quam ibidem intonat euangelícus pręco. Quicũq; manducauerit panem & biberit calicẽ domini indigne: reus erit corporis & sanguinis domini. Et rursum. Qui manducat & bibit indigne: iudicium sibi manducat & bibit. Sed nónne is indigne

1. Corin. 11

manducat: qui letiferi criminis sibi conscius quod expiare per confessionem negligit, aut in quo perseuerare apud se constituit: solam habens fidem tanti mysterij sacrosanctæ eucharistiæ & fiduciam de veritate diuinæ promissionis, q̃ virtute huius sacramenti obtineatur remissio peccatorum: illotis (vt aiunt) manibus contrectat sacra, impuráq; mente & nõ expurgata peccatis, ingerit se ad diuina sacramẽta sumenda? Quid hac temeraria præsumptione periculosius: & hac irreuerẽti audacia sacrorũ contẽptrice dabitur execrabilius? Quem (oro) non deterreat ab hac impia irreligiositate, vox illa superni regis: ad eum facta qui intrauerat regalium nuptiarũ conuiuiũ non indutus veste nuptiali? Amice, quomodo huc intrasti: nõ habens vestem nuptialem? Cúmq; obmutuisset ille, sibi male conscius: iussit eum rex ligatis manibus & pedibus, per ministros suos proijci in tenebras exteriores. Quam etiã sententiã formídare debent sibi demum illatũ irí: qui peccatis sordidi candidam sibi iustitiæ vestem, per debitam cordis à maculis criminum expiationem, comparare negligunt, qua adornati sacrum domini accedant conuiuiũ. Sane in veteri lege sacerdotes in labio æneo ad id operis designato abluere manus & pedes sunt iussi: anteq̃ ad sacrificia offerenda se accingerẽt. Neq; panes propositionis manducare tum cuiq̃ licebat: nisi mundus esset, & à carnali contagione purus. Id autem, symbolum erat & signum, nouæ legis sacerdotes non debere ad sacra mysteria contrectanda prodire: nisi ante purgati sint & abluti expiatoria detersione à labe peccati, neq; ter-
3 renæ sordis inquinamento contaminati. ¶ Porrò non fiunt huiusmodi præparatoriæ purificationes à fidelibus, nec eò tendunt: vt nihil relinquatur iniquitatis post huiusmodi præparationes, quod diuina clemẽtia nobis remittere, virtute viuifici sacramenti eucharistiæ possit. aut vt omnia peccata quantũuis leuia, per pręuias illas expurgationes sint ante abstersa animo: q̃ sancta sumantur mysteria. & ita preciosus CHRISTI sanguis frustra sit effusus in cruce pro nobis: vt qui remissionẽ peccatorum operari non possit, omnibus iam peccatis etiam minimis, per prępara-tiones præambulas dimissis. quemadmoũ obiectat & suo solius ingenio cõfingit Lutherus. Enimuero quoniã saluificum eucharistiæ sacramentũ cibus est spiritualis animæ, superçelesti pabulo eam enutriens. cibus autẽ duntaxat ijs cõpetit quæ viuẽtia sunt: actúq; vita participãt. vt cibus corporalis nõ mortuo exhibetur corpori: sed vitalẽ ab anima functionẽ adhuc habẽti. necessum est animã vt huiusmodi supersubstantialem cibũ digne suscipiat, viuere vita spirituali: quæ est per gratiã viuificantẽ, & coniungentẽ eam deo, fonti vitę primario. Quare non debet ipsa anima hunc susceptura cibum laborare aliquo crimine letifero: quod emortuã illã reddat, atq; à deo disseparatã. sed ab omni labe mortifera debet per susceptũ salutaris pœnitentiæ antidotum: prius esse expurgata. Et ideo necessariæ sunt præparationes solicitæ per discussionẽ

Matth. 22

Exodi. 30 & 40.

1. Regũ. 21

Eucharistiam, cibum esse viuentium vita gratiæ.

cordis,cõfessionémq; oris:& alia pia sanctorum operum studia.vt illis, contractæ labes criminum concretæq; & inustæ ipsi animæ: detergãtur ante sanctam cõmunionem. harúmq; præparationũ adminiculo,anima prius per peccatum mortua reuiuiscat:atq; ad suam reparetur vitã. Et hanc certe ob causam (quamuis reliquæ deessent) debet quisq;,sacrũ accessurus illud conuiuiũ,præmittere sedula mẽte prę parationes illas medicinales: quæ eam reddãt illi sacrosanctæ cõmunioni suscipiendæ,adiutore deo idoneam. ¶Verum quæcunq; à nobis factæ fuerint præparationes ad dignam tanti mysterij perceptionẽ,expiatis etiam omnibus peccatis letalibus,quantum ad culpæ maculam: supersúntne multa alia in nobis mala dimittenda, quorum remissionem nobis indulgeat deus per sacrã eucharistiq; sumptionem? Nunquid tantã facere solẽt homines cordis præparationem,bonorum operum studio:vt nihil omnino relinquatur delicti,quod diuina misericordia nobis post illã relaxare queat? Quis vsqueadeò precor erit sui fiducia ductus,& præparatorijs illis innixus operibus: vt id sibi ausit polliceri,nihil in se reliquum esse quod à deo dimittatur? Quis etiam est hominũ quantacũq; polleat sanctitate vitæ, & qualemcũq; fecerit præparationẽ ad cordis sui expiationem: Psalmo.18 qui non dicere debeat cum propheta in psalmo? Delicta quis intellígit? ab occultis meis munda me domine: & ab alienis parce seruo tuo. De- Psalmo.24 licta iuuentutis meæ: & ignorantias meas ne memineris domine. Quis Eccli.5 itidem dabitur:cui iure dicere non possit Ecclesiasticus? De propiciato peccato:noli esse sine metu. Et qui cum beato Paulo dicere non debeat. 1.Corin.4 Nihil mihi cõscius sum:nõ tamen in hoc iustificatus sum. Quis deniq; id sibi arrogare audeat aut ascribere: q; per præparationes expiatorias, compunctionẽ cordis,confessionem,orationũ suffragia,& cætera id genus,quę ante sacram cõmunionẽ religiose & pie exercẽtur opera bona: cuncta sibi sint dimissa etiã minutíssima peccata? cum vere dicat in pro- Prouer.20 uerbijs Sapiens. Quis potest dicere:mundũ est cor meũ,& purus sum à 1.Ioan.1 peccato? Et beatus Ioãnes in sua prima epistola canonica. Si dixerimus quia peccatũ non habemus:nosipsos seducimus,& veritas in nobis non est. ¶Certe absterſis quantũ ad culpæ contagiũ peccatis mortiferis per 5 debitã præparationẽ,sacrosanctæ eucharistiæ synaxin,præcedentẽ: reliqua sunt adhuc peccata leuia & minutiora(quæ venialia dicũt)sine quibus vita præsens nõ traducitur:virtute saluifici sacramẽti delenda. Su- Eucharistiam delere peccata digne eam sumentium. pereſt & aliquanta pars pœnę pro criminibus letiferis iã abolitis,& abrasis debitæ,relaxãda per superſancti sacramenti eucharistiæ susceptionem.huiusmodi vero pœna,propter habitudinẽ ad peccatum pro quo debetur: interdum in sacris literis & apud earum interpretes, nomine peccati exprimitur & cognominatur. Quocirca post factam diligenti studio animi præparationem,per orationes præuias & pia in deum obsequia: superant nobis adhuc peccata, quæ per deuotam dominici cor-

poris & sanguinis cõmunionem eluantur & expurgẽtur. Neq; tanta nobis ante cõparatur munditia:vt nulla sit residua labes aut peccati scoria, quæ salutaris illius medicinæ(sanctæ scilicet eucharistiæ)antidoto detergatur & curetur. Hinc & in orationibus ecclesiasticis frequẽter petimus, ita à sanctis patribus institutí:vt salubris illa cõmunicatio sanctorũ mysteriorũ,ab omnibus nos purget offensis,nostræq; prauitatis vincula dissoluat.quẽadmodũ in hac sacra oratione: post cõmunionẽ in officio missæ dici solita. Purificẽt nos quæsumus omnipotẽs & misericors deus sacramenta quæ sumpsimus:& præsta vt hoc tuum sacramentũ non sit nobis reatus ad pœnam,sed intercessio salutaris ad veniam. sit ablutio scelerum,sit fortitudo fragilium,sit contra mundi pericula firmamentum: sit fidelium viuorũ atq; mortuorum,remissio omniũ delictorum. Similiter & in ista. Hæc nos cõmunio domine purget à crimine: & cælestis remedij faciat esse consortes. Et in plærisq; alijs orationibus ecclesiæ supplicatorijs. Neq; per huiusmodi sedulas prę parationes id vnq; posset effici(vt cauillatur Lutherus)q; preciosus CHRISTI sanguis sit pro nobis frustra effusus:quoniam non inueniat peccata in nobis quæ abluat. Tum quòd illius virtute,& merito passionis dominicæ,remittãtur peccata nostra in sacramẽto pœnitentiæ:ante sanctæ eucharistiæ perceptionem susceptо. Tum etiam quòd in ipsa sacra communione, omnieffícax eiusdem sacri sanguinis virtus non parum conferat: ad reliquias peccatorum nostrorum abluendas. Non itaq; ob eam causam quam hoc loco assignat Lutherus: faciendæ sunt studiosæ præparationes cordis per contritionem, peccatorum detectionem,orationes,& alia pia exercitia: quãdo recipiendum est corpus dominicũ. sed ad emundandũ ab inquinamentis peccatorum animũ,pro viribus & facultate humana, cum diuino adiutorio:eundémq; excitandum feruentius in deum. vt cum syncæritate & debita puritate suscipiatur venerandum illud sanctæ eucharistiæ mysterium:quod non nisi mundo corde atque in deum erecto sumendum est. cum ipse dominus:omniũ auribus inclamet. Sancti estote: Leuitici.19 quoniam ergo sanctus sum. & mundissimus hospes:non nisi in mundo habitaculo debeat excipi.

¶Horarum canonicarum lectionem non esse damnandam: & quam ob causam illa est instituta. Cap.XXIIII.

1 AD hæc vt viris ecclesiasticis laxet habenas Lutherus ad ociositatem,& sanctum orationis studium occupationémq; ipsis adimat: sustollit illis lectionem horarũ canonicarũ,eam vt tędiosam & infructuosam dãnans. quẽadmodũ ex nono eius dicto circa principiũ huius libri annotato, & in hoc capite pariter & proxime sequẽte penitus elidẽdo,aperte liquet:vbi hęc eius adducta sũt verba. Melius esset(inquit) eis,viris scilicet ecclesiasticis, nõ legere horas: q; frigide

eas legere.cum ſit horarũ lectio,laborioſus & tamen ſimulatus dei cultus. Nihil enim dici debet in eccleſia:niſi certum ſit,id eſſe verbum dei. nihil etiam fieri aut geri: niſi quod certũ ſit à deo præcipi vt fiat aut geratur. Hæc Lutherus. Verum,ſi quis inſtitutionis horarũ canonicarũ, ab ijs qui eccleſiaſticæ ſorti ſunt addicti legẽdarum,cauſam accuratius inſpexerit:longe aliter q̃ Lutherus hac de re ſentiet. Siquidem inſtituta traditur huiuſmodi horarũ lectio:ad gratias deo benefactori de ampliſſimis beneficijs humano generi collatis,exoluẽdas à tota eccleſia,per peculiares eius miniſtros. Inter quæ quidem beneficia,diuina bonitate indulta mortalibus:primo loco eminet beneficiũ creationis mũdi, ſeptem
Gene.2 diebus expletũ. ꝙ ſex diebus opera fabricationis mundanæ diſtinxerit deus: & ſeptimo,ab omni opere feriatus fuerit & requieuerit. In cuius beneficij cõmemorationẽ aſſiduam: perſoluitur deo quotidie ſeptena in horis canonicis laus & gratiarũ actio. Nec minus elucet ſecundo loco nobis exhibitũ inter cætera beneficium redemptionis noſtræ,per amariſſimã CHRISTI paſſionem:quę ſeptem horarũ,partiúmq; diei interuallo peracta eſt. Vt autem iugis & aſſidua habeatur eius acerbiſſimæ paſſionis à nobis memoria, nec vnq̃ hominũ elabatur animo: conſtituta eſt ſanctione eccleſiaſtica,laus quotidiana lectionis horarũ canonicarũ, horis illis ſeptenis dominicę paſſionis propemodũ deputata,quibus dicãtur. Sunt & alia ſublimia ac ſingularia myſteria:quibuſq; earũ horarum,quibus dicuntur horæ canonicæ,apta cõcinnitate reſpondentia,ꝙ in illis ipſis horariis partibus:conſummata & expleta ferantur.quẽadmodum ſuperioribus annis annotauimus in elucidatorio noſtro eccleſiaſtico: vbi de ratione denominationéq; horarũ canonicarũ latius diſſeruimus. ¶Propter horum igitur inſigniũ myſteriorũ ſacramenta, præ- 2
claramq; dignitatẽ:conſtituta eſt ad continuã deo reddendam gratiarũ actionem,& ſeptenarũ horarum quotidiana perſolutio atq; decantatio. Conſtituta inquam,non recenter aut noua adinuentione:ſed antiquiſſima totius eccleſiæ ordinatione. Nempe in codice decretorũ,nonageſima prima diſtinctioe,cap.preſbyter.recẽſetur ex dictis beati Benedicti hęc
Pſalmo.118 ſentẽtia. Propheta dicit. Septies in die laudẽ dixi tibi. Qui ſeptenarius ſacratus numerus, ſic à nobis impletur: ſi matutini, primæ,tertiæ,ſextæ,nonæ,veſperi,completorij,tempore: noſtræ ſeruitutis officia perſoluamus.quia de his dixit propheta. Septies in die laudem dixi tibi. Nã
Ibidem. de nocturnis vigilijs:ipſe idẽ propheta ait. Media nocte ſurgebã:ad cõfitendũ tibi. Ergo his tẽporibus referamus laudes creatori noſtro:ſuper iudicia iuſtitiæ ſuæ. Hæc ibi. In decretaliũ identidẽ epiſtolarũ libro tertio,titulo de celebratione miſſarum,cap.preſbyter. ex cõcilio Agathẽſi hęc depromitur ſanctio. Preſbyter mane matutinali officio expleto,penſum ſeruitutis ſuæ,videlicet primã,tertiam,ſextam,nonam,veſperamq; perſoluat: ita tamen vt horis competentibus iuxta poſſibilitatem, aut

à ſe aut à ſcholaribus publice compleantur. Deniq; in Clementinarum conſtitutionũ libro tertio,eodem titulo de celebratione miſſarũ,cap.gravi nimirum.perhibet Clemens quintus in concilio Viẽnenſi id cautum Clemens quintus.
eſſe:vt in cathedralibus,regularibus & collegiatis eccleſijs,horis debitis deuote pſallatur. In alijs vero:cõuenienter & debite celebretur diuinum
3 diurnum & nocturnum officiũ. ¶At vero Lutherus,omnibus his pontificijs,generaliumq; conciliorũ decretis contranitens:omnem tollere conatur pſalmodiam,cum priuatam,tum publicam,cum lectionem horarum canonicarũ pro viribus explodit:cauſatus illam eſſe laborioſum & ſimulatum dei cultum. Laborioſus quidẽ eſt huiuſmodi cultus ijs: qui ſine deuotionis affectu & inuiti eum faciũt.quoniã iuxta veteris Comici ſententiam,nulla res tam facilis eſt: quin difficilis fiat,quã inuitus fa Comicus.
cias. Sed eſto laborioſus ſit iſte lectionis horarum,deo exhibitus cultus, etiam recte eum exequentibus : nunquid ideo iure damnandus eſt? Sic enim ieiuniũ & omne fere opus bonum eſſet reprobãdum: quoniã non citra laborem fit,carne ſpiritui reluctãte. Atqui teſte beato Iob,naſcitur Iob.5
homo ad laborem: ſicut auis ad volãdum. Verum Lutherus,mollis ac delicatus miles eccleſiaſticus,vult percipere ſalarium & prouentũ,militãtibus ipſi eccleſiæ deſignatũ:& detrectat ſubire munera illius militiæ, perſolueréq; penſum ſeruitutis eccleſiaſticæ, perſimilis nimirum hoc in negocio,ignauo militi in re bellica: qui vellet quidẽ recipere ſtipẽdium, aſcriptis ordini militari deputatum:recuſaret tamen exercere officia ſuæ militiæ, & prodire in aciem ad debellandum hoſtem. Sed meminiſſe debuit ſententię illius Hieronymianæ. Delicatum militem rex non amat. Hieronymus.
rurſum & huius. Mollis præliator ſtatim ad primam aciem concidit:& poſt vmbram,ſolem ferre non poteſt,poſt ſudariũ:galeam oneri potius reputat q̃ tutamini. Debuit & Lutherus ſibi cauiſſe,ne huiuſmodi molli bellatori videretur iure aſſimilari:qui queritur laborioſum eſſe dei cul
4 tum,per quotidianã horarũ lectionem illi impendendũ. ¶Inſuper immerito vocat Lutherus horarũ canonicarũ lectionẽ,cultũ dei ſimulatũ. vt quæ ſuapte natura verus ſit & ſyncærus dei cultus:inſtitutus ad imitationẽ ſupercæleſtis eccleſiæ,in qua ſpiritus angelici & reliqui ciues ſupernæ patriæ, iugi modulatione deũ laudãt:& dulciſſima perſonãt cãtica in ciuitate ſancta Sion. Quorũ portiunculã expreſſit diuinus prophe ta in ſacra illa viſione:qua vidit dominũ ſedentẽ ſuper ſolium excelſum, duóq; ſeraphin clamãtia alterũ ad alterũ. Sãctus,ſanctus ſanctus:domi Eſaiæ.6
nus deus ſabaoth. Ad illorũ igitur beatorũ,qui habitãt in domo domi Pſal.83
ni & in ſecula ſeculorum laudabunt eum,æmulationẽ:fit in ſancta congregatione eccleſiaſticorũ deuota pſalmorum decantatio,aut priuata in horis canonicis horum lectio.vt benedicatur dominus in omni tempo Pſalmo.33
re:& ſemper laus eius ſit in ore ipſorũ. Quid igitur in hoc tam ſacro diuinæ laudis ſtudio,canticorũmq; ſpiritualium iubilo: aut ſimulationis

Esaiæ.29 est,aut fictionis? Si quis autem labijs deum honorans,& cor suum habens longe ab eo, per hypocrisin, horarũ ecclesiasticarũ decantet aut legat officium:is non ex natura & conditione rei ex seipsa bonæ, simulatum exhibet deo cultum,sed ex proprij cordis vitio & peruersitate.propter quam, non debet id merito reprobari: quod suapte natura rectum est. Alioqui & eleemosynã improbabimus,& ieiunium atq; orationẽ: quoniã hæc omnia,ficto simulatóq; animo fieri à prauis possũt. ¶Præterea, dicat velim Lutherus, quomodo simulatus est dei cultus,lectio horarũ canonicarũ:quę ex CHRISTI & apostolorũ imitatione,in ecclesiam pie religioseq; est primũ introducta? quẽadmodũ testatur beatus Augustinus:ita scribens ad inquisitiones Ianuarij.Sine dubitatione faciendũ est maxime id:quod de scripturis defendi potest. Sicut de hymnis & psalmis canendis: & ipsius domini & apostolorũ habemus exempla & certa præcepta.De hac re tam vtili ad monendũ pie animũ, & accendendũ diuinæ dilectionis affectum: varia consuetudo est. Hæc ille. Cui consonat & illud decretũ cõcilij Toletani tertij:quod adducitur in libro decretorũ,de cõsecratione,distinctione prima,cap.de hymnis.hoc verborũ contextu. De hymnis canendis:& saluatoris & apostolorũ habemus exemplũ.Nã & ipse dominus hymnũ dixisse perhibetur: Matthæo euãgelista testante.Et hymno dicto:exierunt in montẽ oliuarũ.Et Paulus apostolus ad Ephesios scribit:dicẽs.Impleamini spiritu sancto: loquentes vobismetipsis in psalmis,& hymnis,& cãticis spiritualibus. Hæc ibi.Sed vbinã ex institutione ecclesiastica dicuntur hymni & psalmi in laudem dei: nisi in horarũ canonicarũ decantatione aut lectione? Quomodo etiã fideles potissimũ presbyteri & clerici,loquẽtur sibi ipsis in hymnis & psalmis atq; cãticis:si nõ annotẽtur hymni vel psalmi certa quadã assignatione,& recto digerãtur ordine: in quibus concorditer & cõsona voce sibi ipsis loquãtur & psallant? Hæc autẽ certa annotatio,& hymnorũ psalmorúmq; distinctio secundũ definitã legem & regulã: facta est iam olim,quotidieq; obseruatur in horarum canonicarũ officio. Cæterũ hanc de horis canonicis materiã diffuse & præclare pertractat venerandus pater,doctrina sacra & religione prẽstantissimus, Thomas Vualden:in suo libro de sacramẽtalibus nuncupato,per totũ tertiũ operis illius titulũ,à vicesimo scilicet capite vsq; ad vicesimũ septimũ eiusdẽ voluminis caput. Vbi etiã ostendit(potissimũ in vicesimo secundo cap.) vsum horarũ canonicarũ habuisse suum exordiũ:à tẽpore primitiuæ ecclesiæ.obseruariq; aliquo modo cœptum in ecclesia Alexandrina:à beato Marco euãgelista,institutа. deinde à multis etiã alijs ecclesijs illius exẽplo obseruatũ:& demũ per vices temporũ diuersasq; successiones integritatẽ solidam accepisse.vt tẽpore beatorũ Hieronymi,Augustini,& Ambrosij,ex antiqua ecclesiæ consuetudine iam fuerint distinctę lectiones librorũ sacræ scripturæ:quę in officio ecclesiastico,certo quoq; anni

Augustinus.

Cõcilij Toletani decretum.

Matth.26

Ephe.5

Thomas Vualden.

tempore recitarentur. quemadmodũ q̃plurimis ijsdémq; probatissimis sanctorũ patrum testimonijs,ibidem demonstrat contra Vicleſianã impietatem: horarum canonicarũ vsum sustollere annixam.quã hoc in loco,vt à cæco ductore ductus cæcus,& in foueam vnà cum duce itineris præcipitatus:instaurare molitur Lutherus.Sed nunc ad reliqua eius dicta excutienda progrediamur. ¶Neq; recte etiã id à Luthero est assertum in verbis supra dictis, satius esse,nõ legere horas:q̃ frigide legere. Quoniã qui frigide eas legit ac tepido animo & distracto:satisfacit quidem præcepto ecclesiæ,obligantis ipsum ad lectionẽ horarum canonicarum,neq; reus est transgressionis illius statuti. quãuis etiam in eo opere non præstaret gratum deo obsequium nec acceptũ:potissimũ quando huiusmodi distractio,ignauia & cordis tepiditas, ex proposito fieret & electione. quoniã huiusmodi tepidis cõminatus est deus: se eos euomiturum ex ore suo.Qui vero ordinibus sacris initiatus omnino horas canonicas non legit: is & ecclesiæ præuaricatur præceptũ, obstringens ipsum ad exoluendum deo id lectionis horarum officium:& simul graui peccato deum offendit,cui debitum subtrahit seruitutis obsequiũ.Et ita hic,duplici peccato tenetur obnoxius: alter vero si reus est,tantũ vni culpæ addictus habetur.Quare multo grauior est & deterior,omnimoda horarum canonicarum sine causa legitima prætermissio:q̃ frigida illarũ & tepida lectio,cuius oppositum astruit Lutherus. Matth.15 Apoc.3

¶Rationum,quibus horarum canonicarum lectionem improbat Lutherus:dissolutio. Cap.XXV.

1 SEd ecce vt horarum ecclesiasticarũ lectionem sugillet aduersarius:obiectat nobis in verbis suis paulo ante citatis,& in nono dicto eius circa libri huius principiũ etiam adductis:in toto sacrarum literarum codice nõ contineri præceptum, ecclesiasticis viris datũ de legẽdis horis canonicis.nihilq; à nobis geri debere: quod deus in scriptura sancta nobis non præceperit. ¶Huic quidem cauillo iam abũde à nobis satisfactũ est in primo libro:ex quo id in prõptu colligitur respõsum.huiusmodi præceptũ de horarũ lectione,aperte quidẽ nõ cõtineri in ipso euãgelico codice:sed suppresse & inuolute illud in eo cõprehẽdi verbo domini,quo iubemur audire ecclesiã & præpositos nostros,qui spiritu sancto suggerẽte ordinarunt exoluendã esse domino à viris ecclesiasticis quotidie horarũ canonicarũ decãtationem aut lectionẽ.Neq; possumus citra nostræ salutis dispendiũ huic ordinationi ecclesiasticę cõtraire:q; etiã obligatoria sunt quę per spiritus sancti occultam inspirationẽ ab apostolis & viris apostolicis sunt post triũphalẽ domini nostri ascẽsionẽ sancita pro vniuersali regimine ecclesiæ,sicut & ea quę à CHRISTO sunt in euangelio expressa. Sed hæc in præsenti loco repetisse:pene superuacuũ est. ¶Rursum insistit Lutherus,nihil in ecclesia Matth.18 Lucæ.10 Matth.23

2

legendum esse:nisi verbum dei.In horis autem canonicis multa contine
ri præter dei verbum: & ergo prætermittendam esse earum lectionē. Ve
rum si ita assumptam propositionē intelligat aduersarius, nihil in offi
cio ecclesiastico legendum esse:quod non contineatur expresse in aliquo
librorum sacræ scripturæ,id imus inficias. Nam & orationes ipse sup
plicatoriæ quas collectas dicunt,& expositiones in sacra euangelia à san
ctis patribus elaboratę,quas homelias vocāt:sermones item solenniū fe
storum declaratorij,necnon agones inuictorū martyrum & vitæ sancto
rum à probatis authoribus conscriptæ: conuenienter & laudabiliter in
ecclesiastico leguntur officio.Attamen planum est:nihil horū in ipso sa
cræ scripturæ complexu comprehendi. Si vero per assumptā in hac ob
iectone propositionem intelligat Lutherus, nihil in ecclesia legi debere
quod sit verbo dei repugnans aut aduersum:id sane admittimus liben
ter & annuimus.Ea autem quę modo enumerata sunt,atq; in officio ec
clesiastico legi solita: maxime consonant verbo dei,& multa eorū explí
cant illud ac elucidant,tantum abest vt illi sint aduersantia. Si qua vero
occurrūt in horarum lectione, quæ ex liquido verborum dei fonte non
sunt deriuata,aut illa non explanāt homelijs sacrisq; sermonibus,vt glo
riosa martyrum certamina aut acta sanctorum,quæ ipsis horis canoni
cis inseruntur: non est certe propterea repudianda tanq̄ inanis & futilis
illorū lectio.quòd iā olim authoritate synodali cōstitutū sit:huiusmodi
lectionē fieri debere in officio ecclesiastico. ¶Enimuero ex concilio Car 3
thaginensi tertio (cui & interfuit beatus Augustinus: & se cum cæteris
subscripsit)hoc depromitur decretū,capite tricesimo nono canonū eiusdem concilij conscriptū. Item placuit,vt præter scripturas canonicas ni
hil legatur in ecclesia:sub nomine diuinarū scripturarū. Sunt autem ca
nonicæ scripturæ:hæ. Genesis,Exodus,Leuiticus,Numeri,Deutero
nomium,Iesu Naue,Iudicum,Ruth,Regum libri quatuor,Paralipo
menon libri duo,Iob,Psalteriū, Salomonis libri quinq;, Libri duode
cim prophetarū. Esaias,Hieremias,Ezechiel,Daniel,Tobias,Iudith,
Hester,Esdræ libri duo,Machabęorū libri duo.Noui testamēti:euan
geliorum libri quatuor,Actuum apostolorū liber vnus.Epistolæ Pau
li quatuordecim,Petri apostoli:duæ,Ioannis apostoli:tres,Iacobi apo
stoli vna,Iudæ apostoli vna,Apocalypsis Ioannis: liber vnus.Hoc etiā
fratri & consacerdoti nostro Bonifacio vel alijs earum partium episco
pis,pro confirmando isto canone innotescat:quia à patribus ista accepi
mus in ecclesia legenda.Liceat etiam legi passiones martyrum:cum an
niuersarij dies eorum celebrantur. Hæc ibi. Deinde eodem in loco:hoc
subnectitur.Finaliter vniuersi episcopi dixerunt.Omnibus hæc placue
runt:& hæc,nostra subscriptione firmabimus.Et subscripserunt.Aure
lius Carthaginensis,Epigonius Bullensis,Augustinus Hipponēsis,& alij quadraginta quatuor:qui eidem concilio interfuerunt. Hæc ibi: ex

Libri bi
bliæ:qui
pro cano
nicis habē
tur.

antiquo libro decretorū pontificum. Quòd si passiones sanctorū mar
tyrum,hac grauissima sacræ synodi sanctione decernuntur legendæ in
ecclesia,cum dies annuus solennitatis eorum celebratur:cur non eodem
iure & acta beatorum confessorum & sacrarum virginū,quos ecclesia ca
tholica, publica veneratione honorandos cōstituit: etiā recitabuntur in
officio ecclesiastico,quando dies eorū festus quotannis occurrerit? Cer
te eadem penitus ratio militat in his & illis,quinimmo in omni sancto
4 rum gradu & sorte:quos ecclesia sanxit colendos. ¶Insuper beatus pa
ter Bernardus in præfatione quā vitæ sancti Malachiæ episcopi,à se cō
scriptæ præfixit:hoc habet sermonis exordium.Semper quidem operæ- Bernardus
precium fuit,illustres sanctorum describere vitas:vt sint in speculum &
exemplum,ac quoddā veluti condimentū vitæ hominū super terrā. Per
hoc enim,quodā modo apud nos etiam post mortem viuunt: multósq;
ex ijs qui viuentes mortui sunt,ad verā prouocant & reuocant vitā. Ve
rū nunc maxime id requirit raritas sanctitatis: & nostra plane ætas in
ops virorum. Quā sane inopiam super nos adeò inualuisse sentimus:vt
nulli sit dubium,illa sentētia nos feriri.quoniā abundabit iniquitas:re- Matth.24
frigescet charitas multorum. Hæc ibi.Quòd si cōducibile est,illustres
sanctorū vitas describere,vt hic astruit Bernardus:nonne æque aut ma
gis vtile fuerit, descriptas eorum vitas ad publicam audientium ædifi
cationem in officio ecclesiastico legere? ¶Adde q̄ etiam ingens vtilitas,
spiritualisq; fructus admodum exuberans atq; copiosus,ex hac sacra le
ctione agonum martyrum, & gestorum per alios singularis excellentiæ
sanctos,consurgit in tota ecclesia. Nempe ad dei primum & sanctorum
gloriam illa tendit:vt laudentur vtriq; in sanctimonia vitæ,felicíq; exí
tu beatorū,qui inibi recitatur. Deus quidem:vt præcipuus illorū ope- Quare a
rum bonorum author.sancti vero: vt dei cooperatores, & ab eo ob san cta sancto
ctitatem ante actā glorificati.Deinde ad viuentiū salutem:magnopere rum recitā
etiam illa conducit enarratio bonorū operum,beatæq; consummationis tur in eccle
sanctorum.vt his tanq̄ aculeis & calcaribus incitentur ad imitationem sia.
enarratæ sanctitatis, placidæq; in domino obdormitionis eorū.Vt etiā
prouocentur bonorum operum studio,ad obtinenda illa perennis glo
riæ præmia:ad quę norunt sanctos ipsos,quorum memoratur vita,per
virtutis & iustitiæ semitam peruenisse. locúmq; habeat in nobis adhuc
5 viuis:illud poëtæ verbum.stimulos dedit æmula virtus. ¶Ecce vberem Lucanus.
fructum:ex lectione vitæ atq; obitus sanctorum,quæ in horarū canoni
carum continentur officio: consurgentem.Ad quem colligendū,debent
omnes qui degenere non sunt animo, generose aspirare:neq; cū supersti
tio pharisaico aut contemptu respuere,quæ in descriptione vitæ sancto
rum continentur.Si enim fidem adhibemus ethnicorum historijs quas
probati scripserunt authores, neq; dicimus cōmentitia deliramenta aut
nugas aniles in illis contineri:nunquid detrahemus fidem & denegabi

mus ſacris ſanctorum qui iam beati regnant cum CHRISTO hiſtoriis, illuſtrium virorum ſtudio conſcriptis? Nunquid in hanc prorũpemus vocem ſacrarum rerum contemptricem: q̃ in illis ſanctorũ vitis referantur figmenta, neniæ & mendacia, indignáq; ſint quæ in officio legantur eccleſiaſtico? Copioſiorne (dicãt velim) fructus & ſalubrior decerpitur ex ſacris illis, ſanctorum vitã & mores enarrantibus hiſtoriis: q̃ ex prophanis gentilium annalibus? Certe ex cõmemoratione ſanctitatis vitæ & felicis obitus beatorum, mens legentis internam plærunq; ſentit cõpunctionem: cum humiliter de ſe ſentiẽs, percipit ſuam vitam multum eſſe ei quã legit, diſſimilem ac diſparem. Soluitur interdũ etiam in dulces lachrymas, in ſingultus, in fletus admodum ſuaues: indolens ſe tanto interuallo diſtare ab ea, quam lectitat, vitæ ſanctimonia. Deinde rapitur mens generoſa ardenti deſiderio, æſtuáq; ſancto igne feruẽtis ſpíritus: vt eius imitetur veſtigia, cuius tam eximiam oculis propoſitã cernit vitæ excellẽtiam. excitatúrq; ea lectione à torpore deſidiæ & inertiæ pius lector, & totus in deũ erigitur: cupiens impenſius, ſancti illius exemplo ſyncære deo in poſterum tempus ſeruire, & conſimilem illi ſortíri vitæ exitum. Vnde & apud ſe frequenter ardenti voto illud exoptat
Numeri. 23 ſibi demum datũ íri: atq; à deo crebrius poſtulat. Moriatur anima mea
morte iuſtorum: & fiant nouiſſima mea, horum ſimilia. Sic ſane, ſic bea
Auguſtinus tus pater Auguſtinus, ſanctorum patrum qui eum tempore præceſſerant audita vita laudabili, placidáq; morte: maiorem in modum profeciſſe legitur in via domini, eorúmq; exempla mentis ſuæ oculis aſſidue obieciſſe, tanq̃ ſpeculum & regulam certam: ſecũdum quam, vitam ſuã componeret. Demum ex ſacra illa vitæ ſanctorum lectione ſuccenditur plærunq; ſyncærus animus amore cæleſtis patriæ, inflammatúrq; ardẽti deſiderio perueniendi ad illam feliciſſimæ perẽnitatis vitam: ad quã nouit ſanctum illum (cuius vitam ſuſpicit ac demiratur) per tribulationes & erumnas, per ſancta itidem piorum operũ exercitia perueniſſe. Sed quis hos & longe plures ſalutiferos fructus: vnq̃ ex gentiliũ lectione hiſtoriarum collegerit? Debemus itaq; reuerentiam illam ſacris illis ſanctorum hiſtoriis, vt eas non irrideamus aut ſubſannemus: ſed cum debita veneratione eaſdem amplectamur, & digno proſequamur honore. ¶Hæc dixerim, quoniam ipſi Luthero familiare eſt & germanũ: ea 6
quæ de ſanctis enarrãtur, aut in eorum lectitantur vita, ſi ſuo non ſapiant ſtomacho, cum cachinno & ſubſannatione reijcere. Vnde in eo quẽ impugnamus libello ſuo, de abroganda miſſa priuata inſcripto: irridet
Sanctus Seuerinus. impudenti fronte idipſum, quod de ſancto Seuerino memoratur à nonnullis, q̃ poſt mortem ſuam apparens cuidam familiari ſuo, cõteſtatus eſt ſe grauibus afflictari pœnis: quoniam totas horas ſuas canonicas cũ viueret, matutino tempore ſolitus fuerit abſoluere, propter occurrentia toto die negocia. Exiſtimátq; Lutherus illam apparitionem fuiſſe illu-

ſionem dæmonis: ad ſtabilenda (vt ait) præcepta humana de horis legendis. cum tamen illud de horarum canonicarũ lectione eccleſiæ inſtitutũ, non debeat haberi nec dici præceptum omnino humanũ: ſed partim diuinum & partim humanum. Diuinũ quidem: quia ex iis quæ ſacræ exprimunt literæ, quoquo modo eſt deductum. quemadmodũ & cætera id genus eccleſiæ ſtatuta: aut ex verbis aut factis in diuina cõtentis ſcriptura ſumpſerunt ſuæ conſtitutionis occaſionem & exordium, quandamq; habent ad ſanctorum eloquiorũ paginã, reductionem. Humanũ vero: quia ab hominibus eccleſiæ ſanctæ moderatoribus præcipuis, non acceptа à deo exteriore iuſſione, eſt primo promulgatũ & poſitum. Quoniã tamen non defuit interior eorũ præceptor & magiſter, ſpíritus ſanctus, cuius inſpiratione & magiſterio conſtitutum eſt id decretum de legẽdis horis canonicis: ipſum magis ad diuini q̃ humani præcepti naturã conditionémq; accedit, habendúmq; eſt propemodũ vt diuinũ præceptum. quemadmodũ & de cæteris conſtitutionibus eccleſiaſticis: in primo huius operis libro ſæpius dictum eſt, atq; propoſitum.

¶Authoritate ſacræ ſcripturę & probatorũ authorum comprobari: quòd ponendum ſit purgatorium. Cap. XXVI.

1 DEmũ in decimo ſuo dicto ſupra poſito, & in hoc capite vnà cum duobus proxime ſequẽtibus, penitus eneruãdo: ſubindicat Lutherus non eſſe ponendũ animarum corporibus exutarũ locum purgatoriũ. cum dicit ibídem, tutius eſſe, totum purgatoriũ negare: quàm beato Gregorio ſcribenti mortuos apparuiſſe viuentibus ad impetranda eorum ſuffragia, in hoc loco credere. quòd hic (inquit) ſit periculum erroris: illic vero, nullum ſit periculũ. Ecce his verbis poſtremis, manifeſte dicit Lutherus nullum eſſe erroris periculum: ſi quis totum negauerit purgatoriũ. E diuerſo vero ſentiendũ eſt cum eccleſia catholica, maximum eſſe erroris periculum, immo vero pernicioſiſſimum errorem & ſummopere peſtilentem: negare locum huiuſmodi purgatoriũ. Ad quem errorem prorſus conuellendũ, hoc loco demonſtrandũ eſt & ſacrarum literarũ ſanctorúmq; patrũ teſtimoniis necnon rationibus: aſtruendũ eſſe locum, animarũ poſt ſolutionẽ à corporibus expiatoriũ:
2 quæ reliquum aliquid habent egens purgatione. ¶Et primum id conuincitur ex eo loco ſecundi libri Machabæorũ: in quo narratur vir fortiſſimus Iudas collatione facta miſiſſe duodecim milia drachmas argẽti Hieroſolymã: offerri ea ibi pro peccatis mortuorũ, ſacrificiũ. In quo quidem præclaro opere, dicitur ipſe pie & religioſe de reſurrectione cogitaſſe: id eſt de relaxatione animarũ à pœnis quibus afflictantur. Niſi enim eos (inquit) qui ceciderant, reſurrecturos (à pœnis videlicet: in quibus erãt) ſperaret: ſuperfluũ videretur & vanũ, orare pro mortuis. Hæc eſt enim reſurrectio prima: qua anima corpore ſoluta reſurgit à ſuppli- 2. Macha. 12.

cíjs,ín quíbus detínetur. Et ſecũda reſurrectío:eſt corporũ à ſepulchrís
in nouiſſímo díe futura excitatío. Vnde & de príma reſurrectíone:dícit
Apoca.20 beatus Ioãnes apoſtolus ín apocalypſí. Beatus & ſãnctus:quí habet par
tem ín reſurrectíone príma. ín hís ſecunda mors non habet poteſtatem.
Neq; poteſt locus ílle ſcríptur̃ cítatus ex líbro Machabæorũ,apte intel-
lígi de reſurrectíone ſecunda:quæ futura eſt vníuerſalís ín cõſummatío-
ne ſeculí. vt antecedentía & conſequentía verba:dilucide mõſtrant. quo-
níam ſacrifícium & oratío pro mortuís:níchil conferunt ad íllam ſecun-
dam reſurrectíonem,quæ erít cõmunís & íuſtis & reprobís. Deínceps
ſubíungítur eodem ín loco:pręclara & memorabílis hęc ſententía. San-
2.Mach.12 cta ergo & ſalubrís eſt cogítatío pro defunctís exorare:vt à peccatís ſol-
uantur. íd eſt à delíctís ſíqua ſuperſunt remittenda, & à pœnís debítis
pro peccatís. quę quídem pœnæ,interdum nomíne peccatorum propter
quę ínfliguntur,nomínantur. Manifeſtũ eſt ítaq; ex hoc loco:animabus
defunctorum ſupplícia ínferrí ad tempus poſt reſolutíonem à corpore.
quare & locum eſſe:íllarum purgatorium. ¶ Rurſum. Apud Matthęũ 3
Matthęi.5 domínus ín parabola loquens ait. Amen dico tibí:nõ exíes índe(ſcílícet
à carcere)donec reddas nouiſſímum quadrãtem. Vbí nomíne carceris,
ín quem íudex per ſuum mínístrum mittít eũ quí noluít conſentíre cum
aduerſarío ſuo ín vía: íntellígítur locus punitorius anímarũ, ac detinẽs
eas & afflígens,quæ relíquas habent maculas peccatorum. A quo loco
ſumma veritas conteſtatur eos quí íllúc mittuntur non exíturos: donec
pro omnibus etíam mínímís peccatís ſatíſfecerint. quod etíam duodecí-
Lucæ.12 mo Lucę capíte(vbí conſímílía referũtur domíní verba:de reddendo no
uíſſímo quadrãte,anteq; detur exítus è carcere) cõformíter exprímitur.
Ergo vbí reddíderint eo carcere detentí nouiſſímum quadrantẽ, & pœ-
nas etiã pro mínutiſſímís perſoluerint admiſſís:deſignat eos íllínc exí-
turos. Sí enim nunq; eſſent índe exíturí,& nunq; íntegre exoluturí debí-
tum vſq; ad vltímum quadrantem:quemadmodum íj,quí perpetuo ad-
dícti ſunt ſupplício dãnatíonís æternæ:non díceret CHRISTVS non
exíturum à carcere quempíam,donec reddíderit nouiſſímum quadran-
tem. Eo ígítur verbo ſígnífícare cenſetur domínus noſter, eſſe carcerem
temporalem & ad certum tempus,poſt mortem:à quo, perſoluto omní
debíto,præſtetur exítus. Et hic eſt locus,anímarum corporíbus exuta-
rum purgatorius: quí ex eo euangelíj loco aſtruendus eſſe,non íncon-
grue exíſtímatur. ¶ Præterea. Apud eundẽ euangelíſtã:CHRISTVS 4
Matth.12 díxíſſe legítur. Quícũq; díxerít verbum contra fílíum hominís: remítte
tur eí. quí autem díxerít contra ſpírítum ſanctum:nõ remíttetur eí neq;
ín hoc ſeculo,neq; ín futuro. Nunquíd autem putandum eſt,ín eo ver-
bo nequícq; aut ſuperflue adiectam íllam poſtremã particulam: neq; ín
futuro? An in eam opínionem quíſpíam píe in deum affectus ſe addu-
cí ſínet:vt putet verbum alíquod ſuperuacuum ore díuínæ veritatis ex-

cídíſſe,aut ín ſacro euangelío(quod verbum eſt abbreuíatum à domíno Eſaíæ.10
míſſum ín terrã)cõſcríptum eſſe? Quíd ígítur partícula ílla extrema &
deſtructíua, neq; ín futuro: nobís ínſínuat? certe alíqua eſſe peccata: ín
futuro ſeculo & poſt díſſolutíonem anímæ à corpore,remíttenda. quan-
doquídem ſí nulla poſt exítum ab hoc mundo remítterẽtur: non erat ín
íllís verbís domínícís exprímẽda ílla adiectío. Eſt ígítur locus à díuína
íuſtítía & ſapientía ordínatus: ín quo eluantur anímæ & expurgentur
à peccatís quæ non ſunt remíſſa ín hoc ſeculo, & remíttentur ín futuro.
Non ením díuínæ æquítatí conſentaneum eſt: vt remíttantur poſt hanc
vítam peccata ſíne alíqua pœnæ ſatíſfactoríæ pro íllís toleratíone. quẽ-
admodũ & ín hac víta non remíttuntur ſecundũ cõmunem legem pecca
5 ta: ſíne alíqua pro eís ſatíſfactíone. ¶ Ad hæc. Beatus Paulus ín prima 1.Corín.3
ad Corínthíos epíſtola aít de ſuperædíficante lígnum, fœnum & ſtípu-
lam. Sí cuíus opus arſerít: detrímẽtum patíetur. ípſe autem ſaluus erít:
ſíc tamen quaſí per ígnem. Vbí opus cuíuſpíam ardere dícítur:quod ar-
dore íncendíj & ſupplício dígnũ cenſetur. Is autem pro huíuſmodí ope-
re malo ín hac víta contracto,ſígnificatóq; per lignũ,fœnum & ſtípulã,
detrímentũ patíetur:dilatíonem ſcílícet gloríæ cæleſtís,& cruciatum af-
flíctíuum. Ipſe tamen demum ſaluabítur:completa pro íllís ſatíſfactío-
ne. Idípſum vero fíet(ínquít Paulus)per ígnem:purgatorium ſcílícet &
expíatorium ſordíum peccatí, relíquarũ ín anima. Ex hoc ígítur loco:
díuínus apoſtolus ínnuít eſſe ígnem purgatoríũ poſt mortem. quẽ quí
patiũtur:tandẽ ſalui fíent, expleta ſcílícet ſuí purgatíone. Et plane hunc
locũ apoſtolí,probatíſſímí ínterpretes íuxta ac doctíſſímí,Auguſtínus,
Ambroſíus, Hieronymus, Gregorius, Bernardus,& nonnullí alíj:de
ígne purgatorío poſt mortẽ,exponunt. Non ením de ígne ínferno æter-
níq; ſupplícíj:recte poteſt ídem accípí. quoníam quí íllí adíudícatus eſt:
nunq; ſaluus erít. Neq; de ígne conflagratíonís:quí præcedet faciem dí- Pſalmo.49
ſtrícti íudícís. quoniã ílle totí mundo cõmunís erít: & non ordínabítur & 96.
ad operandũ ſalutẽ ín íjs quí íllum perpetíentur. quẽadmodũ híc ígnís:
6 de quo ſanctus apoſtolus ín dícto ſuæ epíſtolæ loco,verba facít. ¶ Inſu-
per,dílectus CHRISTO díſcípulus ín ſacra Apocalypſí,raptus ad ſan
ctorum myſterıorũ víſíonem:aít. Omnem creaturam quæ ín cælo eſt,& Apoca.5
ſuper terram, & ſub terra,& mare, & quæ ín eo ſunt:omnes audíuí dí-
centes ſedentí ín throno & agno. Benedíctío,& honor,& gloría,& pote-
ſtas:ín ſecula ſeculorũ. Nulla autem exiſtunt ſub terra,laudãtía deum,
& agnum dei pro nobís oblatum:níſí anímæ defunctorũ quí ín pace do
mínı quíeuerunt,habentes alíquíd macularũ adhuc expurgandũ. Non
enim quí perpetuæ damnatíonı ſunt addícti:íj ſunt quí ſub terra deum
laudant, cum ſcríptũ ſít ín pſalmo. Non mortui laudabunt te domíne: Pſalmo.113
neq; omnes quí deſcendunt in ínfernum. Nec etíam ílli poſſunt íntellí-
gí fuiſſe ſancti patres antíquí, placído Abraæ ſínu reconditi ante reſe-

ratã per mortem CHRISTI ianuam paradísi: de quibus ibidem díxerít beatus Ioannes, ꝙ ſub terra conſiſtentes deum laudarint. Nam hæc víſio ſacra, longo poſt paſſionem CHRISTI tempore, beato apoſtolo eſt oſtenſa: cum iam ſancti illi patres, in cæleſtes manſiones fuerant diutius recepti. Sunt igitur abdita ſub terris animarũ receptacula, quibus continentur expiandæ: nec diuinæ laudis, ob ſpem futurę beatitudinis,
Apoca. 21 expertes. ¶ Adde, ꝙ eodem in libro beatus Ioannes loquẽs de ſuperna 7
ciuitate Hieruſalem: dicit. Nõ intrabit in eam aliquid coinquinatum.
Eſaiæ. 35 Et Eſaias de eadem ait. Vía ſancta vocabitur: non tranſibit per eam pollutus. De æternæ etiam ſapientię participatione (quæ perfectiſſime obtinetur in beatitudine cæleſti) dícit Sapiẽs. Nichil inquinatum in eã incurrit. Ex quibus locís aperte conſtat, neminem contaminatum macula
Sapien. 7 peccatí: incunctanter peruenire ad felicitatis æternæ participationẽ. Atqui contingit nonnullos, cõtracta venialium peccatorũ labe & necdum exterſa: eximi hac vita. qui (vt oſtenſum eſt) nõ ſtatim ſubibunt cæleſtia tabernacula: ob cõtagionem illam adhuc inſitã. Neq; etiam æterno adiudicabuntur ſupplicio, propter huiuſmodi maculas: quoniã leues admodum ſunt, vt exempli gratia, verba ociosa. Expiabũtur igitur animę illæ poſt reſolutionem à corporeis vinculís, ab illís ſordibus: & demum emundatæ ingrediẽtur ſanctam ciuitatem, cęleſtiſq; gloriæ poſſeſſionẽ. Quare recta expoſcit ratio: ꝙ locus ſit, animarũ quę aliquid purgãdum habent, expiatorius. ¶ Huic accedit diuinæ iuſtitię rectitudo: quę ſicut 8
nullum bonum relinquit irremuneratum, ita nec vllum malum impunitum. Contingit autem nonnullos interdum hac vita emigrare, percepta quidem grauium criminum ante commiſſorũ remiſſione à deo: non tamen perfecta pœnitẽtia ſatiſfactoria, pro eis debita. Id vero ſatiſfactionís quod ſupereſt explendum: ſecundum æquitatis diuinę legem nõ eis omnino relaxabitur. quoniam tunc daretur deformitas culpæ: cui nulla reſpõderet ſeueritas pœnæ. Neq; expiabitur id reſiduum: igne perpetuæ damnationis. quoniã ís tantum ea plectit grauia peccata: quorũ non eſt facta remiſſio. Ponendus eſt igitur locus, animarũ purgatorius in quo exoluant reſiduam pœnam peccatís debitam: quæ in huius vitæ decurſu non eſt perſoluta. quãdoquidem id, diuinæ iuſtitię nequaq; diſcrepat: quòd remittat culpam, attamen expoſcat pœnam in illius ſatiſfactionẽ, pendendã: atq; reſeruet. ¶ Rurſus, ſecundũ ritum eccleſiaſti- 9
cum ab ipſis introductum apoſtolís & deinceps inuiolate ſeruatũ: eccleſia orat pro fidelibus defunctis tam in ſacro miſſę officio q̃ in alijs quotidianis ſupplicationibus, per totũ ipſius anni curriculum. prętergquas, & vnum inſtituit diem peculiarem, in quo fiat cõmemoratio publica & vniuerſalis animarum fidelium: & oratio totius populi Chriſtiani pro earum liberatione. eum videlicet: qui proxime ſequitur ſolennem omnium ſanctorũ celebritatem. Atqui non orat eccleſia ſancta pro anima-

bus, perpetuæ beatitudinis conſortibus: quoniam eæ felicitatem æternã adeptæ, non indigent viuentium ſuffragijs. Neq; orat pro ijs: quæ ſempiternæ damnationi ſunt obnoxiæ, inferniſq; addictę ſupplicijs. quoniã illæ orationibus mortalium hac vita ſuperſtitum adiuuari nõ poſſunt. neq; à ſuis pœnis relaxationẽ obtinere. Reliquũ eſt igitur, elcclesiam pro illis orare ſpiritibus defunctorum: qui mediã inter hos duos extremos obtinent ſortem, quiq; indigent viuorum ſuffragijs: & illis poſſunt adiuuari, ad relaxationẽ ſuarum pœnarũ. Quocirca ſtatuendus eſt locus purgatorius, quo expiẽtur huiuſmodi ſpiritus mortuorũ: & à quo demum
10 liberentur per pia eccleſiæ ſanctæ ſuffragia. ¶ Demũ beatus Auguſtinus in vno ſermonum pertinentiũ ad diem cõmemorationis animarum fidelium defunctorũ: qui eſt de igne purgatorij, ait. Sí autẽ nec in tribulatione gratías agimus, nec bonis operibus peccata redimimus: ipſi tam diu in illo purgatorio igne moras habebimus, quãdiu ſupra dicta peccata tanq̃ ligna fœnũ & ſtipula cõſumantur. Sed dicit aliquis. Non pertinet ad me quãdiu moras habeam: ſi tamen ad vitã ęternam perrexero. Nemo hoc dícat fratres chariſſimi, quia ille purgatorius ignis durior erit: q̃ quid poteſt in hoc ſeculo pœnarum videri, aut cogitari, aut ſentiri. Hæc ille. Cui aſtipulatur & beatus Hieronymus: in fine ſuorũ commentariorum in Eſaiam dícens. Et ſicut diaboli & omniũ negatorum, atq; impiorum, qui dixerunt in corde ſuo, non eſt deus. credimus æterna tormenta: ſic peccatorũ atq; impiorum & tamen Chriſtianorũ, quorum opera igne probanda ſunt atq; purganda: moderatam arbitramur & mixtam clementiæ ſententiã iudicis. Hęc ille. Quo autem igne probãtur opera non omnino malorum, atq; purgantur: niſi igne purgatorio?
11 Aſtruit igitur his verbis Hieronymus: purgatoriũ. ¶ Cõſonat eiſdem & Gregorius: potiſſimũ in quarto libro ſuorum dialogorũ capite triceſimonono, cũ ait. quod & viceſimaquinta diſtinctione, cap. qualis. recitatur. Qualis hinc quiſq; egreditur: talis in iudicio præſentatur. Sed tamen de quibuſdam leuibus culpis, eſſe ante iudicium purgatorius ignis credendus eſt: pro eo ꝙ veritas dicit. Quia ſiquis in ſancto ſpiritu blaſphemiam dixerit: neq; in hoc ſeculo remittetur ei, neq; in futuro. In qua ſententia datur intelligi: quaſdam culpas in hoc ſeculo, quaſdã vero in futuro, poſſe laxari. Quod enim de vno negatur: cõſequens intellectus patet, quia de quibuſdam cõceditur. Sed tamen (vt prædixi) hoc de paruis minimiſq; peccatis fieri poſſe: credẽdum eſt. ſicut eſt aſſidue ociosus ſermo, immoderatus riſus: vel peccatũ curæ rei familiaris, quæ vix ſine culpa vel ab ipſis agitur: qui à culpa qualiter declinare debeant, ſciunt. aut non in grauibus rebus: error ignorantiæ. Quæ cuncta, etiam poſt mortem grauant: ſi adhuc in hac vita poſitis miníme fuerint relaxata. Hæc ibi. Deinde continuo eiuſdem loci contextu comprobat eandẽ ſententiam (aſſerendũ ſcilicet eſſe ignem poſt mortem purgatoriũ) Grego-

Auguſtinus.

1. Corín. 3

Hieronymus.

Pſalmo. 13

Gregorius.

Matth. 12

1.Corin.3 rius per illud beati Pauli verbũ:ex prima ad Corinthios epistola paulo ante adductum de ædificante lignum fœnum & stipulam,qui detrimentum quidem patientur: ipse autem saluus erit, sic tamen quasi per ignem. Quem apostoli locum,de igne purgatorio recte intelligi non abnuit:& ad illam intelligentiam,eundem accommodat.deinde exemplis eandem materiam latius prosequitur. ¶Accedit illi & beatus Bernar- 12
dus in sermone sexagesimosexto super cantica: loquens de vulpeculis quæ demoliũtur vineam ecclesiæ.id est,de hæreticis sui temporis,qui se apostolicos dici voluerũt:cũ verius apostatæ debuerint appellari. Illorum siquidem varias ibidem recensens hæreses, & impia contra fidem
Bernardus dogmata:ait inter cętera de ijsdem. Non credũt autem ignem purgatorium restare post mortem:sed statim animam solutã à corpore,vel adre quiẽ transire,vel ad damnationẽ. Quærant ergo ab eo qui dixit,quod-
Matthęi.12 dã peccatũ esse,quod neq; in hoc seculo neq; in futuro remitteretur: cur hoc dixerit, si nulla manet in futuro remissio purgatiõve peccati. Hæc
Thomas Aquinas ille. Sanctus itidem Thomas Aquinas in opusculo suo contra errores Græcorum,inter cæteras impietates suas etiam negantium esse purgatorium:multipliciter ostendit,ex sacrarum literarum promptuario desumptis rationibus,idipsum esse ponendũ. Demum singulari doctrina
Ioannes Eccius insignis nostra tẽpestate vir,Ioannes Eccius,in illa sua disputatione publica quam cũ Martino Luthero superioribus annis suscepit: cũ super hac materia de purgatorio subiret palestram literariam,atq; in arenam cum aduersario prodiret,luculenter ediſſerit & copiose,ex liquido sanctæ scripturæ fonte id deduci:q; sit astruẽdum purgatorium,plurimorum insuper sanctorum patrum testimonijs hanc suam sententiã suffulciens. Sed quid multis moror? Hanc certe assertionẽ asseuerat & omnis ecclesiasticorum scriptorum,pie de ijs quæ sunt fidei sentientium:corona.apud quos semper indubitata fuit sententia: ponendum esse ignem purgatorium,qui animarum corporibus solutarum maculas eluat.

¶Suffragia viuentium, prodesse animabus defunctorũ: & potissimum sancti altaris sacrificium. Cap.XXVII.

HOc autem collocato stabiliendæ veritatis fundamẽto: 1
reliquum est & aliam Lutheri impietatem in decimo suo dicto ante posito annotatam confutare. qua damnat celebrationes missarum pro subleuatione animarum corporibus exutarum:quæ aliquid adhuc habẽt purgationis indigũ,quod igne expiatorio secundum dei sententiam eluatur. Quod & hæreticos circa sua tempora factitasse
Bernardus scribit Bernardus: sermone sexagesimosexto super cãtica dicens. Videte detractores:videte canes. Irrident nos,q; oramus pro mortuis:ipsos, viuentium fraudãtes auxilijs. Deinde veritatem tenendã aperiens ait. Viuentium quoq; preces & hostias, mortui qui opus habebũt & digni

erunt: mediãtibus percipiẽt angelis. Hæc ibi. Quæ,proposito negocio magnas ferũt suppetias. Ad hanc vero impiã assertionẽ Lutheri & cæterorũ hæreticorũ prorsus eneruãdam, demonstrandũ est hoc loco:viuorũ suffragia cuiusuis generis,opem ferre defunctis,in relaxationem pœnarum quas igne purgatorio detenti perpetiuntur: & ad celeriorem earum ab illis satisfactorijs supplicijs liberationem. necnon & id ostendendum,q; inter huiusmodi suffragiorũ genera:primum locum teneat sacrificium dominici corporis & sanguinis,quod in sacro missæ mysterio of
2 fertur. ¶In primis autem id constat authoritate sacræ scripturæ: in prima capitis præcedentis ratione, paulo ante adducta ex secundo Machabæorum libro. Vbi sancta narrat historia: quòd postq; compertũ fuerat Iudæ & socijs eius,eos qui de suo exercitu in prælio ante cõmisso occubuerãt,iusto dei iudicio propterea corruisse:quoniã cõtra constitutionẽ legis sustulerant aliqua de donarijs idolorũ,inuenta(postq; cæsi fuerãt) sub tunicis eorum:tum omnes Iudæ Machabæi milites superstites atq; 2.Mach.12
incolumes,ad preces conuersi:rogauerunt,vt id quod factum erat delictum,obliuioni traderetur. At quem rogauerunt,nisi deum patrem misericordiarum:in cuius sola manu sunt animæ defunctorum? vt hoc ex loco cognoscas etiam Hebræorum populo id persuasum fuisse & indubitatum: preces viuorum prodesse defunctis apud diuinã maiestatem, quod tamen nonnulli impij Christiani impudenter audent negare. Deinde refert ibidem continuus orationis contextus,quòd Iudas Machabæus grandem pecuniã misit Hierosolymã: vt offerretur ea ibi pro peccatis mortuorũ sacrificium,exploratum quidem habens vir pietate insignis & armis:sacris oblationibus illius temporis, releuari ac adiuuari defunctos adhuc peccatis obligatos. quòd huiusmodi sentẽtia:apud Hebræos illius veteris ritus cultores haberetur certa & explorata. Nos igitur in hac lege gratiæ & lucis, negabimus salutari sacrificio corporis & sanguinis dominici subleuari posse animas mortuorũ:expiãdum quippiam reliquum habentes? qui inconcussa fide tenere debemus & credere: hoc ipsum singulare sacrificium,omnibus antiquæ legis hostijs & vic-
3 timis efficacius esse & dignius. ¶Demum subnectitur in calce prædictæ narrationis hæc omnium animis infigenda altius sententia: & sine hæsitatione tenenda. Sancta ergo & salubris est cogitatio,pro defunctis Ibidem.
exorare: vt à peccatis soluantur. Qua,nescio quid apertius aut manifestius dici posset: ad astruendum propositum. Quid igitur ad hæc dicent aduersarij veritatis:& lucifugę? indigni,pro quibus cum vitæ munere defuncti fuerint:orent viuentes,quoniam ipsi cum viuunt,subtrahunt suffragia defunctis. vt qua mensura mensi fuerint: remetiatur eis. Lucæ.6
Nunquid obiectabunt hunc Machabæorum librum non esse de canone sacrorum librorum:& ergo sumptum ex eo testimonium non habere robur? Quod si dicere pergant: occludet ora eorum impia beatus

Augustinus. pater Augustínus,perhíbens ín decímooctauo líbro de cíuitate deí,capíte tricesímoquarto: líbros Machabæorũ non esse quidẽ de canone Judæorum,ecclesiã tamen eos pro canonícis recepísse,propter admirabiles martyrum(quæ íbídem descríbuntur)passíones. Cur ígítur hanc ecclesíæ non sequuntur authoritatẽ:qui ecclesíæ fílíos se prædícant? Cur ecclesíam ípsam non audíunt,approbantẽ Machabæorum líbros:& assumentẽ ín offícío míssæ ordínato pro defunctís,pro lectíone epístolæ hũc locũ,ex secundo Machabæorũ líbro cítatum? Nónne hæc ín vsum ecclesíastícum locí íllíus assumptío, à tota ecclesía ıam olím facta:suffícíẽs est argumentũ(vbí cætera deessent)publícæ approbatíonís eorũ líbrorum? ¶Rursum, Antíquus ecclesíæ rítus, ímmo antíquíssímus & vetustíssímus:hanc etíam confírmat verítatem,anímas scílícet defunctorum adíuuarí suffragíjs víuentíũ.cuí certe rítuí,ex authorítate ecclesíæ catholícæ prímum índucto,& hactenus íntemerate obseruato:nullus sanę mentis debet obníti aut contrà pugnare. Vnde beatus Augustínus ín líbro de cura pro mortuís agenda,quanti facienda sít hæc ecclesíæ consuetudo:lí quído patefacít,cũ aít. Sí nulla esset authorítas sacrę scrípturæ,quæ doceret orare pro defunctís : tanta est tamen authorítas ecclesíæ Romanæ & cõsuetudínís eíus obseruatæ,vt nemo íllã ínsequens possít errare. In eodẽ quoqȝ líbro:de altarís sacrífícío loquens pro defunctís offerendo, ínquít. Non parua est vníuersæ ecclesíæ(quæ ín hac cõsuetudíne claret) authorítas:vt ín precíbus sacerdotís quæ domíno deo ad eíus altare fundúntur,locum suum habeat etíam cõmemoratío mortuorum. Cuí etíã respondet decretum concílíj Cabílonensís:quod ín volumíne decretorũ, de consecratíone, dístínctíone prima, cap. vísum præterea. recítatur ín hunc modum. Vísum præterea nobís est:vt ín omnibus míssarũ solennís bus,pro spírítíbus defunctorũ loco competentí,ín ecclesía ad dominum deprecetur. Sícut ením nulla díes excípítur,qua non pro víuentíbus & pro quíbuslíbet necessítatíbus ad dominũ deprecetur: íta nímírum nulla díes excípí debet,quín pro anímabus fídelíũ preces domíno ín míssarum solennibus fundãtur. Antíquítus ígítur hunc morẽ sancta tenet ecclesía:vt & ín míssarũ solẽnibus & alíjs precíbus,domíno spírítus quiescentíũ cõmendentur.dícente beato Augustíno. Non sunt prætermittẽdæ supplicatíones mortuorũ:quas faciendas pro omnibus,ín Chrístíana & catholíca societate laudamus. Et relíqua:íbídem ad fínem vsqȝ capítís, ín eandem sententíam subsequentía. ¶Insuper,ne quíspíam proterruíre volens obíectet hunc rítũ orandí ín sacro cuíusqȝ míssæ mysterío & alíjs ecclesíastícís offícíjs,pro defunctís:esse recentẽ & nouítíum,paucíſqȝ ante annís ín ecclesíam íntroductũ,& ídcírco nullã ab antíquítate vím authorítatís habere: nosse debent omnes,hunc morem pro defunctís effundendí preces ad deum, ín prímítíua ecclesía ab apostolís esse ínductum.& proínde antíquíssímum haberí debere:& ex ípsa vetustate

Decretum concílíj Cabilonensís.

Augustínus.

celebratíssímũ,maxímíqȝ ponderís atqȝ momentí. Quòd autem ex apostolíco ritu fuerit círca príncípíum surgentís ecclesíæ ínstítutus íste mos suffragíorum pro defunctís:manífeste constat ex testímonío beatí Dío- Dionysius.
nysíj Areopagítæ,apostolís cõtemporanei,adducto superíus ín octauo huíus líbrí capíte,& ín postrema capítís íllíus ratíone. Idem etíam patet ex verbís Damascení:dícentís ín quodam sermone de suffragíjs mor- Damascenus.
tuorum. Mysteríorum cõscíj díscípulí saluatorís,& sacrí apostolí: ín tremendís & víuíficís mysterijs, memorıam fíerí eorum qui fídelíter dormíerunt,sanxerunt. Deníqȝ Ísídorus epíscopus Híspalensís:hoc ípsum Ísídorus.
quod Dionysíus & Damascenus, attestatur ínquíens. Sacrífícium pro defunctorũ fídelíum requíe offerre,vel orare pro eís:quía per totũ hunc orbem custoditur,credímus qȝ ab ípsís apostolís tradítum sít. Hoc ením vbíqȝ catholica tenet ecclesía,quæ nísí crederet fídelíbus defunctís dímíttí peccata : non pro eorum spírítíbus eleemosynam faceret,vel sacrífícíũ deo offerret. Hæc ílle. Ecce apertíssímũ testímonium: quòd ab apostolís
6 ín míssæ sacrífícío ínstítuta sít cõmemoratío defunctorum. ¶Præterea, Idem quod astruímus,oblatíones scílícet sacrífícíj altarís necnõ alía pía suffragía prodesse defunctís: comprobatur attestatíone canonicarũ sanctíonum, necnon sanctorũ patrum,grauíssímæ ín ecclesía authorítatís. Nempe ín ípso líbro decretorum,decímatertía,quęstíone secunda,cap. pro obeuntibus.cítatur beatus Gregorius: íta scríbens ad Bonífacíum archíepíscopũ.Pro obeuntibus quíppe consuluísse cognoscerís: sí líceat Gregorius.
pro eís oblatíones offerrí.Sancta sic tenet ecclesía:vt quíſqȝ pro mortuís vere Chrístíanís offerat oblatíones,atqȝ presbyter,eorum faciat memorıam. Et quãuís peccatís omnes subíjcíamur: congruit vt sacerdos pro mortuís catholícís memorıam faciat & intercedat. Non tamen pro ímpíjs,quãuís Chrístíaní fuerínt:tale quíd agere lícebít. Eodem etíam loco,& proxíme sequente capíte.anímæ defunctorũ.íta scríbít ídem Gregorius. Anímæ defunctorum:quatuor modís soluuntur.aut oblatíonibus sacerdotum,aut precibus sanctorum,aut charorũ eleemosynís,aut ieiunío cognatorum. Vbí per oblatíones sacerdotum,potíssímum íntellígũtur celebratíones míssarum: quæ fíunt à sacerdotíbus ín subsídium
7 & absolutionẽ defunctorum. ¶Accedít ílli & beatus Augustínus ín líbro de cura pro mortuís agenda,círca ípsíus fínem: & adducítur eodẽ loco, scílícet decímatertía, quæstíone secunda,cap.non æstímemus. hís verbís.Non æstímemus ad mortuos, pro quíbus curam gerímus,per- Augustínus.
uenire:nísí quòd pro eís síue altarís,síue oratíonum, síue eleemosynarũ sacrífícíjs solenníter supplícamus. quamuís non pro quibus fíunt, omnibus prosínt:sed íjs tantum,quíbus dum víuunt,comparantur vt prosínt. Sed quía non díscernímus quí sínt: oportet ea pro regeneratís omnibus facere . vt nullus eorum prætermíttatur : ad quos hæc beneficía possínt & debeãt peruenire. Melíus enim supererunt ísta íjs quíbus nec

obſunt nec proſunt: quàm eis deerunt quibus proſunt. Diligentius tamen facit hęc quiſq; pro neceſſarijs ſuis: quo pro illo fiāt ſimiliter à ſuis. Eodem inſuper loco, cap. tempus. adducitur duplex ſententia Auguſtini ex libro Enchiridion: in comprobationē eiuſdem veritatis, ſuffragia videlicet viuentium & potiſſimum ſanctū altaris ſacrificium: prodeſſe mortuis, quippiam expiandnm habentibus. quæ ſupra adducta eſt in vndecimo huius libri capite: & in ratione, inter cæteras ad ſubiectā illic materiam poſitas, ordine vndecima: quæ etiam plurimū conducit præſenti propoſito. ¶ Ad hæc. Innocentius tertius eandem corroborat ſen- 8
Innocētius tertius. tentiam: dicens. Orat pia mater eccleſia non ſolum pro viuis, ſed etiam pro defunctis: & eos ſacræ oblationis interceſſioni cōmendat. certiſſime credens, quòd ſanguis ille precioſus qui pro multis effuſus eſt in remiſſionem peccatorum: non ſolum ad ſalutem viuentium, verum etiam ad abſolutionem valeat mortuorum. Et vt magis oſtenderet eccleſia fidem ſuam, qua tenet id noſtrum ſacrificiū mortuis prodeſſe: ſtatuit & decreuit, vt in omnibus miſſarum celebrationibus loco debito, defunctorum memoria habeatur. Subſcribit illi venerabilis pater, Hugo de ſancto
Hugo de ſancto Victore. Victore, in ſecundo libro de ſacramentis parte decimaſexta circa finem: ex quarto libro dialogorum Gregorij, id adducens. Si culpæ poſt mortem inſolubiles non ſunt: multorum ſolet animas etiam poſt mortem ſacra oblatio hoſtiæ ſalutaris adiuuare. Sed ſciendum eſt, quia illis ſacræ victimæ mortuis proſunt: qui hic viuendo obtinuerunt, vt eos etiā poſt mortem bona adiuuent: quæ hic pro ipſis ab illis fiunt. Hæc ibi. Verū prætermiſſis aliorum illuſtrium ſcriptorum authoritatibus, quæ plurimæ ſuperſunt: vnicam tantū rationem ad idem ſuffulciendū propoſitum adducamus. ¶ Planum eſt vtiq;, charitatē (quæ vinculum eſt perfectio- 9
nis: eccleſiæ membra mutuo nexu & firmo colligās) non modo ad viuos ſe extendere, verū etiā & ad mortuos: qui eo adornati ſignaculo ex hoc ſeculo trāſeunt. Siquidem charitas ipſa, vita eſt animæ, quæ nunq; ſecun
1. Corin. 13. dum apoſtoli ſententiam excidit: quoniam nec in hoc ſeculo, nec in futuro finem accipit. Et idirco opera viuorum, quantum ad profectum ſpiritualem, facit etiam cōmunia defunctis: per cōmunicationē piam & ſanctā bonorū. Enimuero omnes fideles viui & mortui, vnius corporis eccleſiæ membra ſunt: licet diuerſæ ſortis & alterius ſtatus. Membrorū autem eiuſdē corporis, vnū per alterum cōſtat poſſe iuuari: ægrotū ſcilicet per incolume, & debile per id quod eſt validū. Et quēadmodū ait diui-
1. Corin. 12 nus apoſtolus: pro ſeinuicē ſolicita ſunt mēbra. Ergo ſicut in corpore naturali, ita & in myſtico: mēbra inualida per ea quę robuſta ſūt adiuuari queūt, & defūcti per ſuffragia viuorū. Verū de hac materia præclare & diffuſe differit, doctrina ſacra vir inſignis Gabriēl Biel: in quinquageſi
Thomas Vvalden. ma ſexta & ſeptima lectione ſuæ expoſitionis de canone miſſæ. Eandem etiam egregie & copioſe pertractat venerabilis pater Thomas Vvalden,

(cuius ſupra, crebrius eſt facta mentio) in operis ſui de ſacramētalibus, capite quadrageſimo, necnon capite centeſimoſexto & cēteſimoſeptimo. In quibus locis vbertim & ample cōfutat Vicleſum & aſſeclas eius (quorum vnus eſt Lutherus) negātes ſuffragia viuorum defunctis prodeſſe.

¶ Non eſſe leuiter credendas, nec in vniuerſum damnandas: mortuorū, quæ viuis fieri dicūtur, apparitiones. Ca. XXVIII.

DEniq; in decimo ſuo dicto ſupra annotato, Lutherus annitens abrogare id præſertim miſſæ officium, quod ex eccleſiaſtico inſtituto celebratur pro fidelibus defūctis: catholicæ profeſſionis cultoribus illi obiectantibus ad improbationē tam prauæ aſſertionis, quòd animæ nonnullorum mortuorum apparuiſſe dicantur viuentibus amicis ſuis & familiaribus: petentes ab eis, miſſarum celebrationem pro ſe fieri & pro ſui redemptione, aut conteſtantes, factas pro ſe huiuſmodi celebrationes, magnam ſibi opem tuliſſe ad celeriorem ex igne purgatorio liberationem: reſpōdet auſu temerario Lutherus, quicquid refertur de apparētibus poſt mortem ſpiritibus: eſſe vanum & frigolum, dæmoniſq; ludificationem, cum id non habeatur ex ſcriptura. quēadmodū prius ex eo eſt adductū: circa libri huius principium. Vbi Gregorius.
etiam & illud ex eodem eſt cōmemoratum: quòd errore deluſum obgarrit beatum Gregoriū, cum ſcribit Paſcaſium diaconū Romanū (de quo Paſcaſius.
narrationem contexit libro quarto ſuorum dialogorū, cap. quadrageſimo) & alios nonnullos apparuiſſe viuentibus poſt mortem: & ab eis ſacræ oblationis atq; orationum ſuffragia poſtulaſſe. Adijcit & illud circa eundē libri ſui locū Lutherus, ad maiorē improbitatis ſuę exaggerationē: idipſum quod narratur de œconomo beati Gregorij poſt mortē excōmunicato à Gregorio, & propter tres aureos inter chartas eius repertos ſe grauibus addictum eſſe pœnis conteſtato, poſtea tamen per trigínta miſſarum celebrationem liberato: fuiſſe illuſionem diaboli qua illuſit Gregoriū, ad ſtabiliendū humana præcepta de paupertate. Et demum colligit, non eſſe fidē habendā apparitionibus mortuorū: quoniā ſunt (inquit) illuſiones diabolicæ. Verū quis iure non increpitet hanc effrenatam Lutheri impudentiā: qua ne Gregorio quidem, viro vtiq; ſanctiſſimo iuxta ac doctiſſimo (qui firma fuit eccleſiæ colūna: & iubar clariſſimum) parcit? obgarriens eum præſtigijs dæmonicis & ſubdolis illuſionibus hallucinatū: qui totus deo plenus ſpiritúq; ſancto repletus, eo directore in ſuis operibus agebatur. Quod autem de eius œconomo hic attulit Lutherus: ipſe Gregorius in quarto libro ſuorum dialogorū cap. quinquageſimoquinto, nō de ſuo narrat œconomo: ſed de quodam fratre ſui monaſterij (cui, Iuſto nomen erat) medicę artis perito, inter cius medicamina (non chartas) inuentos ſcribit tres aureos: cum illo monacho poſt mortē, ob clandeſtinā illam pecunię detentionē, in ſterquili-

nio ſepultos. ¶Cæterum vt ad hæc quæ de apparitionibus mortuorũ hic effutit aduerſarius, breuis adhibeatur & ſuccincta reſpõſio: ingenue fatendum eſt, non debere quempiam temere & leuiter credere quibuſq; apparitionibus mortuorum quæ fieri poſſint: quoniã ſecundũ Sapientis ſententiam, Qui cito credit: leuis eſt corde. Facile ſiquidem ſatanas ſe tranſfigurat in angelum lucis, & nactus hominẽ, huiuſmodi apparitionibus credulum: miris eum modis & aſtu vafro ſolet eludere. Idcirco ſalutari admonitioni beati Ioannis penitus adhærendum eſt: dicentis in prima ſua epiſtola canonica. Fratres, nolite omni ſpiritui credere: ſed probate ſpiritus ſi ex deo ſunt. Et in ſacris ſanctorũ hiſtorijs nõnulli admodum cõmendantur vt prudentes & circũſpecti: quòd reuelationibus ſibi factis de curanda ſanctorũ corporum ſine honore terra cõditorum eleuatione, honoratioréq; in alium locum trãſlatione: non continuo adhibuerunt integram fidem. ſed ſubueriti fraudem aliquã antiqui ſerpentis, deum ſupplices exorarunt: vt ſi ex eo eſſet talis inſueta apparitio, ſecundo & tertio ſibi eodem ſchemate & modo fieret. Quẽadmodũ in hiſtoria inuentionis ſacri corporis beati Stephani protomartyris: ſe factitaſſe ſcribit venerabilis preſbyter Lucianus. ¶Verũtamẽ altera ex parte, non debet quiſq; obſtinata fronte quaſcunq; mortuorũ apparitiones in totum damnare: vt facit hoc loco Lutherus. neq; ea duci opinione, q; viſiones omnes nocturnæ & ſpirituũ reuelationes hominibus factæ: ſine diſcrimine aut delectu ſint illuſiones ſatanicæ, neq; vllæ tales fiãt authore deo, fieri've poſſint. Nẽpe in ſacra euangelij hiſtoria ſæpius legitur angelus domini apparuiſſe ſancto Ioſeph, viro ſacratiſſimæ virginis MARIAE in ſomnis: & admonuiſſe eorum, quæ circa pueri IESV ac ſacroſanctæ matris eius curã & cuſtodiam, illi erãt agenda. Et Magi poſt inuentum ſtella duce regem cæli & terræ, myſticiſq; adoratum muneribus: acceperũt reſponſum ab angelo in ſomnis ne redirẽt ad Herodem, ſed per aliam viam reuerterentur in ſuam regionem. Præterea in actis apoſtolicis legitur dominus non ſemel apparuiſſe beato Paulo nocte, eúmq; confortaſſe: admonens vt conſtans eſſet in tribulatione perferenda, & prædicatione euangelij. Cum igitur hæ factæ ſint apparitiones eq; litus, non ad eorum qui apparuerunt ſubleuationẽ & ſubſidium, ſed illorũ quibus eſt facta apparitio: quis incredibile cenſeat, & fieri poſſe authore deo apparitiones mortuorũ ope aliqua indigentiũ, ad eorum qui apparent releuationẽ? Rurſum, vt in actibus apoſtolorũ refert beatus Lucas, cũ Paulus Troade ageret: viſio per noctem illi oſtenſa eſt. Vir Macedo quidam erat ſtans & deprecans eum: & dicens. Tranſiens in Macedoniam: adiuua nos. Vt autem viſum vidit: ſtatim quæſiuimus (inquit) proficiſci in Macedoniã, certi facti: quòd vocaſſet nos deus euãgelizare eis. Ecce viſo illo nocturno cognouit ipſe Paulus, feruẽtiſſimus diuini verbi annunciator: ſe procul dubio vocari à deo atq; admoneri,

Eccli.19
2.Corin.11
1.Ioãnis.4
Lucianus preſbyter.
Mat.1.& 2.
Matthæi.2
Actuũ.18
Actuũ.23
Actuũ.27
Actuũ.16

vt in Macedoniam tranſiret & illic prædicaret euangelium regni. An & hæc apparitio fuit illuſio dæmonica: per quam curaſſet ſatanas hortari Paulum vt Macedonibus annunciaret CHRISTVM, quod vnũ maxime auerſabatur & horrebat? Nihilo ſecius iſta apparitio facta eſt ad opẽ ferendã ei qui apparuerat: & toti regionis illius populo, pro quo loquebatur. Cur ergo conſimili ratione & defuncti non poterũt directore deo apparere viuentibus: ad implorandũ ipſorum adiutoriũ? Deſinat ergo Lutherus cauillãdo obiectare, id ex ſcriptura non haberi: q; mortui non appareant viuis ad expetenda eorum ſuffragia. cum iam oſtenſum ſit in ſcriptura haberi idipſum: vnde congrue & conuenienter poſſis colligere huiuſmodi mortuorũ apparitiones. ¶Porrò dicturus eſt fortaſſe nobis hic Lutherus, eos quos apparuiſſe modo diximus: non fuiſſe mortuos. ſe autem duntaxat dãnare apparitiones mortuorũ & ex hac vita ſublatorũ, quæ dicuntur vulgo fieri viuentibus. & ergo hæc omnia modo adducta: nihil cõtra eum militare. Cui pro reſponſione ad hunc cauillum, obijciemus dehinc & mortuos: qui viuis dicuntur vere & citra illuſionẽ aliquã apparuiſſe. In primis in ſecundi libri Machabæorũ vltimo capite narratur Onias (dum viueret) ſummus ſacerdos & ſanctitate ſpectabilis, poſt mortẽ ſuam, orantis ſpeciem præ ſe ferens: apparuiſſe Iudæ Machabæo, inituro pugnam contra ſacrilegum Nicanorem. & in hac viſione, etiã ſanctus propheta Hieremias aſtitiſſe ſocius Oniæ: tradidiſſeq; Iudæ gladium aureum, tanq; futuræ victoriæ pignus. Attamen vterq; eorũ: erat iam pridem vita defunctus. Sed quis adeò delirus erit & mente captus: vt contra ſcripturæ ſacræ ſententiam, hanc viſionem tam conſolatoriam obgãniat fuiſſe confictã aſtu dæmonico? cum eius enarratione milites Iudæ maiorẽ in modũ fuerint ad pugnã cum ſumma alacritate animati. & illuſtris victoria (proſtratis hoſtibus, ceſoq; Nicanore) à Iuda & ſuis obtẽta: indicauerit non vanã fuiſſe eam viſionẽ. Hoc igitur ex loco diſcat Lutherus & fateatur, ex ſcriptura haberi: interdũ mortuos etiã dirigente deo viuis apparere. Sed neſcio reuera, vtrum tandẽ eò demẽtiæ deuenire volet Lutherus, omnes promiſcue dãnans mortuorũ apparitiones: vt & Moyſem viſum cũ Helia propheta in trãſfiguratione dominica, dicat ludificatione ſatanæ illic apparuiſſe, q; lõgo ante tẽpore fuerit vita exẽptus. Quod ſi dicere tentaret: ilico ducendus eſſet extra caſtra tanq; blaſphemus, & lapidibus obruẽdus ab omni populo. ¶Adde q; in hiſtoria paſſionis candidiſſimæ virginis Agnetis quã præclare cõſcripſit beatus pater Ambroſius: Mediolanenſis antiſtes) narratur Conſtãtiæ filiæ imperatoris, ad ſepulchrũ eiuſdẽ virginis & martyris in oratione proſtratę ad impetrandã corporis ſui ſanitatẽ, & ſõno placido correptę: apparuiſſe ipſa beata Agnes, & deuotã ſibi Conſtantiã integre curaſſe. Sanctæ etiã Luciæ adhuc ſuperſtiti, ad ſepulchrum ſacræ virginis & martyris Agathæ in oratione excubãti, pro ſanitate ſuæ matri valitu-

2.Mach.15
Matth.17
Leuití.24
Agnes.
Ambroſius
Lucia.

Agatha. dinariæ obtinēda:legitur apparuisse ipsa glorioſa virgo Agatha, regno iam cæleſti potita,& dulciſſimo alloquio beatam Luciam compellaſſe, illiuſq; matrē reddidiſſe à profluuio ſanguinis omnino incolumem. Ad idem quoq; comprobandum, haud parum facit exemplum ſanctorum martyrum Geruaſij & Prothaſij:quorum corpora inuenit beatus Ambroſius Mediolani,anno ſecundo Theodoſij imperatoris. Nam ambo, illi apparuerunt vnà cum beato Paulo apoſtolo: declaraueruntq; locum vbi ſua corpora erant recondita. Quæ cum ingenti deuotione Ambroſius terra effodit,qua iam diutius abſtruſa delituerant: & cū magna veneratione ad baſilicam ſanctæ Fauſtæ tranſtulit,illucq; publice honorā da repoſuit. ¶Ad hæc, ſanctus itidē Gamaliēl venerādo ſacerdoti Luciano nocturna apparitione ſe ſpectandū exhibuit: ſuiq; corporis & ſociorū eodem humatorū loco(inter quos,præcipuus erat beatus Stephanus:martyrū primitiæ) detectionē,decētiorémq; collocationē ab epiſcopo Hieroſolymitano fieri poſtulauit. cuius quidē rei faciundæ,Lucianum eſſe denunciatorē voluit. ¶Demū beatus Dionyſius Areopagita haud diſſimiliter Dagoberto regi in ſomnis apparēs:admonuiſſe eū fertur,q; ſuū corpus ſuorumq; ſociorū exuuias terræ viſceribus eruendas, honeſtioréq; loculo reponendas curaret. Quod & de plærisq; aliis ſanctis,promptū fuerit ex ipſorū hiſtorijs cōmonſtrare:eos inquā,viuentibus ad ſuorū corporū eleuationem faciendā,citra fictionē & dolum apparuiſſe. Si igitur ipſi æternæ beatitudinis participes:hominibus apparuerunt hanc adhuc agentibus vitā,ad veneratiorē ſacrorū ſuorum corporum,reliquiarū & cinerū repoſitionē: quid incredibile fuerit aut improbabile,& animas defunctorū apparere viuis interdum ad imploranda eorū opem,ſuffragiū & adiutoriū,pro ſua liberatione ab igne expiatorio quo detinentur? Sicut enim illi,quod ſibi honorificū eſt & condecens,ea apparitione expoſtulaſſe noſcūtur:ita & hi,quod ſibi vtile eſt & accōmodum atq; in dei cedēs honorē, huiuſmodi apparitione permiſſa à deo expoſcunt. Neq; vlla queat aſſignari valida ratio:cur horū potius q̄ illorum apparitionem fieri poſſe hominibus, abnegemus. Non recte igitur Lutherus in vniuerſum omnes haſce damnat mortuorum apparitiones:quod eſt huius capitis propoſitum.

Dagobertus. Dionyſius Sanctus Stephanus Gamaliēl. Ambroſius Prothaſius Geruaſius

6

¶Non eſſe etiam improbanda,publica rei literariæ gymnaſia:neq; in diſciplinarū profeſſione magiſteria,contra Lutheri placitum. Cap.XXIX.

EXpeditis omnibus quæ ad decem dictorum Lutheri, in primo libri huius capite adductorū ex libro euiſdē de abrogāda miſſa priuata,reſpōſionē,cōuulſionemq; pertinent: anteq̄ huius nauigationis vela cōplicemus, extremamq; libro huic imponamus manū: congruum duximus & vtile,vnum adhuc eius dictum(quod ſupra annotatum non eſt:quoniā eccleſiaſtici gradus ſortem & officiū miſſæ, è directo non concernit)in eodem de abroganda miſſa libro contentum in præſentia cōfutare,q; non ſolum falſum ſit & erroneum: verum etiam Chriſtianæ reipublicæ admodum pernicioſum,apoſtolicæq; ſedi iniurium,& antiquæ conſuetudinis apprime laudabilis eneruatiuum. vtpote illud ipſum: quo publica literarū ſtudia & celebres damnat academias(ad quas vndiquaq; confluunt,capeſſendæ diſciplinę gratia,ſtudioſi) tanq̄ malorum omniū ſentinam,morumq; corruptelam. Verum hoc ipſum etiā à ſuo didicit Viclefo: improborū ſuorum dogmatū magiſtro & duce. qui inter quinq; & quadraginta articulos in ſacroſancta ſynodo Conſtantienſi condemnatos:hunc habet viceſimū nonum. Vniuerſitates,ſtudia,collegia,graduationes & magiſteria in eiſdem,ſunt vana gētilitate introducta: & tantū proſunt eccleſię,ſicut diabolus. Quinimmo vterq; eorum, à patre mendacij & inimico veritatis ſatana, ad id aſtruendum videntur inducti: cui inuiſa ſunt bonarū literarum gymnaſia & publica ſtudia,quòd per ea confutentur hæreſes pernicioſæ & impiæ doctrinæ: quas per hæreticos ſuos miniſtros & ſatellites ſtudet in agro domini & eccleſia ſancta diſſeminare. ¶Vnde in primo libro regū capite decimo tertio:dicit hiſtoria ſacra. Porrò faber ferrarius non inueniebatur in omni terra Iſraël. Cauerāt enim philiſtini: ne forte facerent hebræi gladiū aut lanceā. Quem locū exponens gloſſa ordinaria ait. Diabolus quoq; per paganos,per hæreticos,& per falſos Chriſtianos, ſtudet prohibere ne ſint doctores in eccleſia: qui ſpiritualia arma faciāt & nobis ad pugnandum tribuant. Pagani enim prohibuerunt:ne Chriſtiani liberalibus imbuerētur artibus. Hæretici quoq; perſuaſerūt principibus: vt catholici eccleſiæ defenſores in exilium pellerentur, vt deſolatam plebem facilius ſeducerent. Nunc quoq; antiquus hoſtis ab inſtā tia eruditionis prælatos auertit:vt & ipſos & ſubditos facilius decipere poſſit. Hæc ibi. Et re vera tam Viclefus quàm Lutherus, improbantes academias & publica literarū ſtudia: more philiſtæorum prohibent,ne hebræi,id eſt catholici tranſeuntes per hanc peregrinationis noſtræ viā, ad futurā quam inquirunt ciuitatē: fabricent ſibi gladium verbi dei & lanceam ſanæ rectæq; doctrinæ,qua ſe defendere poſſint contra improbos eorum inſultus. In quo quidem facto & Iulianū imitantur apoſtatam, impium ac ſacrilegum idolorū cultorem: ne glorientur ſe primos eſſe huiuſce rei peſtiferæ inuentores. De quo, hiſtoria eccleſiaſtica libro decimo, capite triceſimo ſecundo refert: quòd inter cæteras callidæ ſuæ perſecutionis(quā moliebatur in Chriſtianos)technas: & hanc vnā excogitauit atq; propoſuit decipulā,quòd ſtudia authorū gētilium Chriſtianos adire prohibens:ludos literarum illis ſolis qui deos deaſq; venerabantur,patere decreuit. Ecce q̄ egregium habent & inſignem ſignifer rum:ſub cuius militent vexillo,& cuius horrida caſtra ſequantur. Cæ

Iulianus Cæſar.

Quid ſignant philiſtęi: prohibentes hebræis arma cōponere.

1.Regū.13

Viclefus.

terum rationibus nunc agendum est in Lutherum,& ostendendũ multifariam,ꝙ commendandæ sunt mirum in modũ diatribæ literariæ: in quibus omnia disciplinarum genera traduntur. ¶Et primum quidem, 3
Canti.1 quoniam in canticis amatorijs:vox sponsi est ad amicos sponsæ.Capite nobis vulpes paruulas:quæ demoliuntur vineas.Quem locũ exponens glossa interlinearis:inquit.Vox CHRISTI aduersus hæreses. Debellate & deprehendite schismaticos & hæreticos:qui callidi sunt, & se humiles fingunt.Et glossa ordinaria eodem loco.Vulpes in foueis abduntur,& cum apparuerint:nunq̃ directis itineribus currunt . sic hæretici. Ex quibus verbis planũ est,per vulpes eo in loco intelligi versutos hæreticos:quos capere debemus & comprehẽdere in astutia eorum,ne amplius demoliantur vineam ecclesiæ.At quomodo capi poterunt vulpeculæ illæ astutæ:nisi habeantur retia & casses doctrinę,potissimũ sacræ & catholicæ,quibus irretiantur & illaqueentur? Et huiusmodi doctrina quonam pacto comparabitur,nisi in gymnasijs publicis studijsq; literarijs acquiratur:vbi præceptores habentur,palam illam profitentes? Probandæ sunt igitur ipse scholæ & academiæ gymnasticæ: in quibus aguntur quarumuis disciplinarum exercitia,ꝙ admodũ conducant ad extirpanda praua dogmata. ¶Præterea.Ad ecclesiasticí corporis inte- 4
gritatem & consummationem:constituti sunt à CHRISTO inter cæteros eius gradus & partes,etiam doctores,qui veritatem palam edoceãt & populum recte instituãt.quemadmodum testatur beatus Paulus: in
1.Corin.12 prima ad Corinthios epistola dicens. Et quosdam quidem posuit deus in ecclesia:primum apostolos,secundo prophetas,tertio doctores,dein-
Ephe.4 de virtutes . Et ad Ephesios scribens : idem affirmat his verbis. Et ipse (CHRISTVS scilicet:de quo,præcedens sermo)dedit quosdam quidẽ apostolos,quosdam autem prophetas:alios autem pastores & doctores ad cõsummationem sanctorum,in opus ministerij,in ædificationẽ corporis CHRISTI.Huiusmodi autem professionis & officij viros fuisse etiam in primitiua ecclesia : ostendit illud dictum in actibus apos-
Actuum.13 lorum. Erãt autem in ecclesia quæ erat Antiochiæ,prophetæ & doctores:in quibus Barnabas,& Simon qui vocabatur Niger. Hanc autem docendi authoritatem & præclari muneris denominationem, nõ debet sibi quisq; pro suo arbitratu vẽdicare: sed ab alio habẽte potestatem accipere eam,vbi idoneus illi officio & dignitati fuerit compertus. Necessaria sunt igitur gymnasia literaria:in quibus post transactum alicuius doctrinalis professionis studium,facto periculo de sufficiente literatura:promoueantur studiosi bonarum disciplinarum ad apicem gradus doctoralis, & magisterij insignia pariter & nomen accipiãt. ¶Rursũ. 5
Perspectum id habetur & exploratũ:in quauis arte subministrante cor pori necessaria,vt sartoria,sutoria,& tonsoria: non quẽlibet pro suo arbitrio sibi vendicare posse nomen artificis in eo opificio,neq; eam artem

pro nutu in publica officina posse exercere.sed primum oportet studiosum alicuius artis:eam sub magistro illius perito didicisse sedulo.Et vbi eam callet is discipulus exacte:tum ostẽso aliquo opere artis illius quod molitus est,corã peritis & designatis ad examen ipsius:promoueri eundem conuenit ad magisteriũ artis huiusmodi,donarique facultate ad exercendam illam in posterum in propatulo.Quod cum obseruetur accurate in quauis arte seruili:vt ædificatoria,statuaria,& cerdonica,nunquid liberales artes vsqueadeo sordebunt & prostituentur: vt vnusquisq; nomen magisterij in eis sibi assumere possit pro suo nutu,sine præcedente legitimo studio & examine diligẽti: sit'ne ea nomenclatura & professionis honore dignus? Nequaq̃ certe ita facto opus est:sed in cuiuscũq; disciplinæ facultate,discipulum prius agere oportet eum,qui ad magisterij culmen vult demum euehi.Deinde ab ijs qui authoritatẽ sortiti sunt conferendi gradum magisterij:promoueri ad illius dignitatẽ & publicã professionem.Qui autem hæc fient,sine gymnasijs & scholis publicis:in quibus agatur & bonarum artium studium, & eo cõsummato suscipiatur laurea coronaq; magisterij? Est igitur admodũ rationabilis institutio academiarũ(quas vniuersitates vocant)& magnopere cõmendanda:
6 ob vberrimum fructum inde enascentem. ¶Insuper,voce prophetica dominus scientiæ defectũ in populo reprehendit, & graui punitione mulctãdum cõminatur: cum ait per Esaiam.Propterea ductus est populus Esaiæ.5
meus in captiuitatẽ:quia non habuit scientiam.Non habuit inquam:id est noluit habere,vt exponit ibidem glossa.Et per Osee prophetã.Con- Osee.4
ticuit populus meus:eo quòd non habuerit scientiam.quia tu scientiam repulisti:repellam te,ne sacerdotio fungaris mihi.Et in prouerbijs dicit Sapiens.Vbi non est sciẽtia animæ:non est bonum.Ex oppositio igitur, Prouer.19
ipsius scientię comparatio per indefessum studium:laudabilis est & vtilis.Quod etiam in libro Sapientiæ testatur Salomon dicens. Multitu- Sapien.6
do sapiẽtum:sanitas est orbis terrarum.Beatus etiam Hieronymus: ad Rusticum monachum scribẽs , ait inter cætera.Ama sciẽtiam scripturarum: & vitia carnis non amabis. Rursum ad eundem. Multo tempore Hieronymus.
disce:quæ postmodũ doceas.Idem quoq; ad Paulinum. Sancta rusticitas,solũ sibi prodest, & quantũ ædificat ex vitæ merito ecclesiã CHRISTI: tantum nocet,si contradicentibus non resistat.Vbi manifeste sanctorum scientia,præfertur simplicium sanctitati.Omitto consulto innumera alia scripturæ & sanctorũ patrum testimonia:in hanc vnanimiter conuenientia sententiam,ꝙ præclarum bonum sit scientia:& summopere expetendum.At quomodo vendicabitur illa & ascisetur à studioso, flagrantéq; bonarum literarum desiderio:nisi ope & præsidio præceptorum, qui illam cupidis doctrinæ tradãt? Vbi autem illorum præceptorum habebitur copia: simul cum facultate progrediendi in studio artis alicuius doctrinalis vsq; ad magisteriũ & gradum doctoralem,qui con-

ferat authoritatem profitendi artem illã publice: niſi in academijs & ſtudijs literarijs? Eſt igitur illorum approbanda conſtitutio: vt neceſſaria pariter & vtilis reipublicæ Chriſtianæ. ¶Demum non recens aut nouitia putari debet publicarum ſcholarum inſtitutio, in quibus literatorum ſit virorum conuentus & corona, ſed vetuſta ſupra modum: & ex antiquitate magnam ſibi vendicans authoritatem, vt quæ apud omnes fere gẽtes, nationes & populos locũ habuerit. Enimuero in libro Ioſue ſacra narrat hiſtoria: q̃ Caleph cõſcendẽs de Hebron, quã acceperat in partẽ ſuæ ſortis: venit ad habitatores Dabir, quę prius vocabatur Cariathſepher, id eſt ciuitas literarum. Idemq̃ rurſum commemoratur in principio libri Iudicum: his verbis. Atq̃ inde profectus Iudas abijt ad habitatores Dabir: cuius nomẽ vetus erat Cariathſepher, id eſt ciuitas literarũ. Dicta autẽ eſt vrbs illa quondam, ciuitas literarũ: quoniam in ea olim apud Chananæos floruit doctrinalium (quas liberales vocant) artium ſtudium publicum, & ad eã fiebat ad literas capeſſendas vndiq̃ diſcendi ſtudioſorum concurſus. Quemadmodum & apud Memphin Aegypti, erãt ſacerdotes, artium omnium profeſſores: ad quos audiendos, inſignes doctrina viri è Græcia profecti fuiſſe legũtur. Sic & apud Babylonios Chaldęi: omnium diſciplinarũ præſertim Aſtronomiæ habebãtur peritiſſimi. Apud Perſas autem Magi, ſapientiæ ſtudio intenti: aliorum erant publici præceptores. Indi vero: ſuos habuere Gymnoſophiſtas. Græci itidem: Philoſophos, aliorum in Athenienſi academia magiſtros obtinuerunt. Galli quoq̃: ſuos habuerũt Dryudas ad quos (vt Cęſar in cõmentarijs de bello Gallico: libro ſexto cõmemorat) confluere ſolita erat iuuentus: perdiſcendi cupida. Demũ apud Chriſtianos in diatribis literarijs habentur magiſtri & doctores: qui alijs in quouis genere diſciplinæ tradant præcepta ac documẽta artis expetitę. Quod q̃ his maius eſt: ab ipſa ſede apoſtolica, multis priuilegijs dotata ſunt huiuſmodi gymnaſia, & à regibus atq̃ principibus, in quorum ditione ſunt inſtituta: nõ paucis libertatibus & immunitatibus donata.

Iosue.15

Iudicum.1

Mẽphitici ſacerdotes

Chaldei. Magi.

Gymnoſophiſtæ. Philoſophi Dryudæ.

7

¶Gymnaſiorum per alias adhuc rationes approbatio: & rationum Lutheri illa improbantium diſſolutio. Cap. XXX.

SEd & hoc in loco non erit incongruũ, nonnullas inſuper afferre rationes: ad academiarũ cõmendationẽ amplíorem facientes. necnon ea verborum iacula retũdere: quæ Lutherus cõtra illas arcu hoſtili intorquet & euibrat. ¶Certe ſiquis animo ſecum expendat quãta vtilitas enaſcatur ex publicis gymnaſijs literarijs, & quantus tam morum q̃ doctrinæ fructus: facile ſibi perſuadebit, plurimum cõmendandam eſſe illorum inſtitutionẽ & frequentationẽ. Quis enim certo numero conſequi queat aut verbo cõplecti: quot ex illis viri caſtigatiſſimis formati moribus, virtutéq̃ præſtantiſſimi prodiere? qui

poſtea totius reipublicæ cum ciuilis tum eccleſiaſticæ gubernacula feliciter geſſerunt. Quot item viri doctrina excellentiſſimi, & in omni genere diſciplinę exercitatiſſimi: ex ſcholis illis proceſſere? qui velut clara cæli luminaria: totum deinde mundũ, ſuarum literarum eximio ſplendore illuſtrarunt. Et vt alios pene innumeros taceamus: nónne beatus Auguſtinus clariſſimũ eccleſiæ iubar, ſe à Tagaſtenſi municipio in Africa (vnde ortus erat) admodum tenui: ad Madaurenſem vrbem ſatis vicinam, capeſſendarũ literarum gratia, ac mox Carthaginem, diſtantiorem quidem ſed celebriorem vrbem, miſſum eſſe à parentibus ſuis magna cũ eorum impenſa ac omniũ admiratione: atteſtatur circa principium ſecundi libri ſuarum confeſſionum? Hæc autem ad celebres illas academias Auguſtini profectio, bonarúmq̃ literarũ in adoleſcentia perceptio: ſubmini ſtrauit haud dubie non paruã opem & adminiculum exuberantiſſimę illi doctrinæ ſacræ, quam poſtea affluenter more torrentis vberrimi effudit. At vero Lutherus vitio dandos cenſeret ipſius Auguſtini parentes (quos tamen, omnes ob tantã in filium curam: ſummis extollebant laudibus) quòd ipſum curarint in gymnaſijs literarijs, ingenuis diſciplinis & moribus imbuendũ. ¶Adde, q̃ ad ea comparanda quę corpori ſunt vſui: publici ſunt mercatus & nundinæ, ad quas vndiq̃ confluunt ſtatis certiſq̃ temporibus quotannis mercatores: vt quæ ſibi cõducere putant, comparent. neq̃ durũ illis eſt: relicta domo, ad ea proficiſci loca, magno etiam interuallo à ſuis tectis diſtantia. Nam vt ait Horatius.

Impiger extremos currit mercator ad Indos:
Per mare, pauperiem fugiens: per ſaxa, per ignes.

Auguſtinus.

Horatius.

2

Ad illa igitur conſequenda quæ animum excolant atq̃ perficiant, virtutem inquã & ſciẽtiam: quis iure damnabit cõſtituí inſignes academias, ad quas velut bonarum artium cõmune & celebre emporiũ, concurrant adoleſcentes diſcendi cupidi? Non enim in patrijs tectis natali'ue ſolo: commode tam precioſas opes comparare queant. tum ob præceptorum penuriam: à quibus recte poſſent altioribus diſciplinis illic inſtitui. tum etiam, quoniã ablegatio filiorũ à domo paterna ad exteras regiones, ſtudiorum gratia: apprime conducit illorum profectui. ne domeſticis corrumpantur delitijs: aut indulgentiore educatione prorſus eneruentur. Sic enim Cicero Romanæ parens eloquẽtiæ, filium ſuum Athenas miſit, celeberrimam eo tempore Græciæ academiam: vt bonis artibus imbueretur. Ad quem in tertio libro ſuorum officiorum: ita ſcribit. Suſcepiſti onus præterea graue: & Athenarũ, & Cratippi. ad quos cum tanq̃ ad mercaturam bonarum artium ſis profectus: inanem redire turpiſſimum eſt, dedecorantem & vrbis authoritatẽ & magiſtri. Quare quantum conniti animo potes, quantũ labore contendere (ſi diſcẽdi labor eſt: potius q̃ voluptas) tantum fac vt effícias, neue cõmittas, vt cum omnia ſuppeditata ſint à nobis: tute tibi defuiſſe videare. Hæc Cicero. In qui-

Cicero ad filium ſuũ.

bus verbis filium ſuum dicit miſſum Athenas: tanq̃ ad mercaturam & emptionem bonarum artium in nundinis illis literarijs, vbi tum maxime artes omnes floruerunt. Cæterum Lutherus admittit quidem mercatorum ſecularium ad publicas nundinas concurſum: quo conquirant ſibi ea quæ in corporis cedunt emolumẽtum. ſtudioſorum vero confluxum ad gymnaſia publica, quo conſequãtur ea quæ ad animæ ſpectãt cultum & decorem: prohibet. Vult itaq; corpus ſedulo curari: animum vero negligi, incultúmq; relinqui. ¶ Ex prædictis autem haud difficile fuerit ijs reſpondere: quæ contra ſcholas publicas obiectat in hoc libri ſui loco Lutherus. Qui poſtq̃ eas ineptiſſime contulit idolo Moloch: & quanti ab omnibus fiant, cum ſubſannatione contumelioſa pro more ſuo deſcripſit (quę omnia, quoniam reſponſione ſunt indigna: hic cõſulto prætermittuntur) tandem in hæc erumpit verba. Et non vident parẽtes, nec qui vident curant: adoleſcentes hic peſſimis moribus perdi, nulles perdunt. At q̃ imbuũtur philoſophicis, gentilibus, humanis, impijs & ſacrilegis opinionibus: hic eſt ille ignis Moloch, nullis lachrymis ſatis deplorabilis. cum per eum ij maxime deuorẽtur & pereant: qui ſunt ſtudioſiſſimi & pudiciſſimi in academijs iuuenes. Et paulo poſt. Academijs ab initio mundi ſatanas nichil excogitauit præſentius: ad vaſtandam fidem & euangelium toto orbe. Hæc Lutherus. ¶ Ad quę paucis reſpondebimus, primum id afferentes: corruptelam morũ plærunq; nõ cõtrahi in academijs, ſed in eas afferri ex praua educatione præcedente. Quemadmodũ Quintilianus, author clariſſimus, in primi libri ſui de inſtitutione oratoria, cap. tertio diſſerens, vtrũ pueri vtilius domi an in ſcholis erudiantur: deplorãs corruptiſſimos puerorum mores, quos ex nimia indulgentia parentum maloq; exemplo domi à teneris annis imbibunt, ait. Vtinam liberorum noſtrorum mores: non ipſi perderemus. Infantiam ſtatim delitijs ſoluimus. Mollis illa educatio quã indulgẽtiam vocamus: nẽruos omnes & mẽtis & corporis ſoluit. Deinde enaratis aliquot diſſolutionibus morum, quæ à parentibus obijciuntur filiorum adhuc tenellorum oculis: ſubiungit. Fit ex his cõſuetudo: deinde natura. Diſcunt hæc miſeri: anteq̃ ſciant vitia eſſe. Inde ſoluti ac fluentes, non accipiunt ex ſcholis mala iſta: ſed in ſcholas afferũt. Hæc ille. Nonnulli vero adoleſcentes recte à parentibus educati, poſtq̃ in academiam ſe contulerunt: adhærent prauorum cõtubernio atq; ſocietati, & ex huiuſmodi ſodalitio perditiſſimos contrahunt mores. quoniam ſecundum Sapiẽtis ſententiam. Qui tetigerit picem: inquinabitur ab ea. & qui communicauerit ſuperbo: induet ſuperbiam, Et paulo poſt: idem ait. Qui ſe iunxerit fornicarijs: erit nequam. Alios inuenias qui ob genuinum adoleſcẽtię feruorem, quem rectę rationis frenis non reprimũt vt deberent, in carnis vitia prolabuntur: cum in academijs, ſtudiorum

Quintilianus.

Eccli. 13

Eccli. 19

gratia verſantur, quoniam ſuas ſequuntur improbas cupiditates: non acquieſcentes huic ſalubri Sapientis monito. Poſt concupiſcentias tuas non eas: & à voluntate tua auertere. Si præſtes animæ tuæ concupiſcentias eius: faciet te in gaudium inimicis tuis. Quacunq; tamen ex cauſa reddantur adoleſcentes in ſcholis publicis corrupti moribus & diſcholi: nunquid hæc perditio & deprauatio eorum, academijs eſt aſcribenda? quæ & ferulam adhibent diſciplinęq; ſeueritatem ijs (qui ſub pedagogis militant) ſcholaſticis: & præcepta morum rectaq; vitę inſtituta ex philoſophiæ moralis, iuris pontificij atq; ciuilis, necnon ex ſacrarum literarum fontibus hauſta: quotidie inculcant auribus diſcipulorũ ſuorum. Q uinimmo ſummopere curãt, vt non minus probis moribus inſtituti euadãt ſuæ diſciplinæ alumni: q̃ bonarum artium periti. Homínum igitur peccata ſunt libidines & ebrietates, quæ in ſcholis ipſis committuntur: non ipſorum gymnaſiorum. Ex quibus etiam nõ pauci prodire ſolent probatiſſimis compoſiti moribus: quos illic ſibi compararũt ſecundum regulas legéſq; viuendi inibi acceptas. Hos itaq; potius oculis noſtris obijcere debemus, ad faciendam fidẽ q̃ in academijs ipſis recta eſt morum inſtitutio· q̃ exleges corruptiſq; moribus imbutos, qui præuaricatores ſunt rectarum conſtitutionum in gymnaſijs poſitarum, ad vitam cuiuſq; probe inſtituendam. ¶ Porrò quod ſecundo loco in ſupra dictis verbis obiectat Lutherus: damnandas ſcilicet eſſe academias quoniam in eis imbuuntur adoleſcentes philoſophicis, gentilibus, humanis, impijs & ſacrilegis opinionibus: omnino à veritate eſt alienum. Siquidem nichil in illis traditur diſciplinis quæ publica profeſſione leguntur: quod ſit cõtra fidem aut bonos mores. Et ſiqua talia aduerſantia fidei aut probis moribus occurrerint inſerta libris authorũ qui ſuſcipiũtur legendi: admonẽtur auditores à lectoribus, nõ eſſe ea in parte authoribus illis adherendum. Quid ergo illic periculi eſt aut diſcriminis: ne quis in errorem incidat? cum præmoniti ſunt omnes: vt à fouea occurrente in via ſibi caueãt. Sed quid tantopere philoſophiam exhorret Lutherus: in crimen id vocans, q̃ philoſophicis diſciplinis imbuantur qui in academijs nauant operam ſtudio literarum? cum præfulgidæ illę lampades eccleſiæ, Chryſoſtomus, Baſilius, Hieronymus, Auguſtinus, Ambroſius, & cæteri patres antiqui: nequaq̃ fuerint eam auerſati, ſed miro amplexati ardore. q̃ perſuaſum habuerint, eandem ad diuina myſteria cognoſcenda aptam viam ſternere: gradúmq; præparare. ſecũdum illam beati Pauli ſententiam. Inuiſibilia dei, à creatura mundi: per ea quæ facta ſunt, intellecta conſpiciuntur. ſempiterna quoq; virtus eius: & diuinitas. Cui cõſonat & Salomon in libro Sapiẽtiæ: reprehendens ſacrilegos idolorum cultores, q̃ operibus attẽdentes, non agnouerunt quis eſſet artifex. A magnitudine enim (inquit) ſpeciei & creaturæ: cognoſcibiliter poterit creator horũ videri. Inſinuat itidem

Roma. 1

Sapien. 13

Iob.12 beatus Iob eandem ſententiam: dicens. Nimirum interroga iumenta, & docebunt te: & volatilia cæli, & indicabũt tibi. Loquere terræ, & reſpõdebit tibi: & narrabunt piſces maris. Quis ignorat: q̃ omnia hęc, manus domini fecerit? Hęc ille. Atqui philoſophia potiſſimum naturalis cum ſuis appendicibus, rerũ ſenſibiliũ proprietates, natiuáſq̃ cõditiones nobis adaperit: quibus tanq̃ aptis quibuſdã gradibus aſſurgamus ad dei omniũ conditoris agnitionẽ. Quis igitur contemnendam recte duxerit philoſophiam: quæ nos tanto munere locupletat? Ad hæc, beatus pater
Auguſtinus Auguſtinus in ſecundo libro de doctrina Chriſtiana latius ediſſerit: q̃ ignoratio naturæ qualitatiſq̃ rerum, vt animalium, herbarum aut lapidum: imperitia itidem proprietatis numerorum, in ſacris literis ſparſim poſitorum, deniq̃ & ignorantia muſices: multum pręſtet interdum impedimenti, ad rectam diuinæ ſcripturæ apertamq̃ intelligentiam. Hæc autem omnia: nónne ab ipſa philoſophia & certis eius partibus ſunt precario accipienda? Sed omnium bonarum diſciplinarum oſor & hoſtis eſt Lutherus: probatos omnes authores & in primis Ariſtotelẽ vnicũ philoſophiæ parẽtem, inſolenter aſpernans. ¶ Q̃z autem illa quę in academijs leguntur, plęrunq̃ gentiliũ authorum ſint dicta: nõ debet quenq̃ deterrere ab eorum lectione aut ſtudio, modo veritati ſint cõſentanea. Quoniam ſecundũ beati Ambroſij ſententiam, Verum à quocũq̃ dicatur: à ſpiritu ſancto eſt. Et Auguſtinus admonet, ſiqua apud gentiles inueniantur authores, aut fulciendæ veritati aut formãdis moribus idonea: nos ea abhorrere non debere, ſed tanq̃ ab iniuſtis accepta poſſeſſoribus, in noſtrum vſum accommodare, haud aliter q̃ populus Iſraëliticus iubente domino accepit cõmodato ab Aegyptijs vaſa aurea & argentea, veſtẽq̃ plurimã: & ita ſpoliauit Aegyptios. Deniq̃ tenenda nobis eſt ſemper & illa Senecæ ſententia. Non à quo dicatur: ſed quid dicatur, attende. ¶ Verum opinionibus tantum (ait Lutherus) imbuuntur: 6
qui in academijs incumbunt literarum ſtudio. Cui occurrẽdum eſt, nõ opinionibus, quæ ob incertitudinem propoſitæ ſententiæ, reddunt animum fluctuantem: ſed ſcientijs, firmitatẽ atq̃ certitudinem aſſertorum annexam habentibus: inſtitui bonarum artium ſtudioſos. modo diſciplinæ ipſæ in ſua puritate atq̃ natiuo nitore tradantur: exquiratúrq̃ recta primorum authorum intelligentia. Nunquid (obſecro) in ſacris literis dicet Lutherus opiniones tantum contineri: & non ſolidam rerum veritatem? In iure vero canonico & ciuili: demiror Lutherũ, nichil niſi opiniones inuenire. Similiter & in medicæ artis aphoriſmis atq̃ canonibus: necnon in artium liberalium axiomatibus & theorematibus: neſcio quomodo ſolas opiniones deprehendet. cum diſciplinæ mathematicæ omnium confeſſione ſint certiſſimæ, nulláſq̃ admittant opiniones. Et hæc ipſa, quæ modo in ordinem digeſſimus, ſunt diſciplinarum genera: quæ fere in gymnaſijs publica ſolent tradi profeſſione. Aut enim

Ambroſius Auguſtinus in ſecũdo libro de doctrina Chriſtiana.

Exodi.11 & 12.

Seneca

theologiæ, aut iuris, aut medicinæ, aut philoſophiæ, in eis & audiũtur lectiones: & magiſteria expetuntur. Cæterum q̃ humana dogmata dicat Lutherus in gymnaſijs tradi: ferendum quidem eſt, q̃ plæræq̃ in eis diſciplinæ circa humanarum rerum cognitionem obuerſentur. licet non deſint & diuinorum myſteriorum contemplationes & ſancta documẽta: quæ potiſſimũ in theologicæ profeſſionis facultate proponũtur edi-
7 ſcenda. ¶ Porrò id nequaq̃ ei tribuendum: q̃ in Chriſtianorum gymnaſijs, in cathedra doctorum & frequenti auditorio, edoceãtur impia & ſacrilega dogmata, quemadmodum hic affert. In omni enim diſciplinarũ genere, quarum publica lectio in academijs exercetur: quæcunq̃ impia ſunt & ſacrilega, exploduntur, exibilantur & eliminantur. puritáſq̃ & ſyncęritas ſanæ doctrinæ, in illis exacte ſeruatur: ſecundum ipſam ſcholarum inſtitutionem, leges & ſcita. Quòd ſi fortaſſe ſecus ab aliquibus fiat particulatim: id per exorbitationẽ à recta illarum fit regula, & per declinationem à legitima conſtitutione. Quæ quidem oberratio (ſiqua talis obtingat) caſtiganda eſt & emẽdanda, reflectendáq̃ in rectitudinẽ: non autem ipſa gymnaſia idcirco dãnanda, aut danda probro. Minime vero omnium id ferendum: quod in ſuorum verborum paulo ante citatorum calce profert Lutherus, ſatanam ſcilicet excogitaſſe academias ad vaſtandam fidem & euangelium: & nihil illis præſentius ipſum adinueniſſe à mundi principio, ad inducendã religioni Chriſtianæ extremã perniciem. Qui enim inimicus eſt veritatis, & errorum nebulas vult toti offundere atque inducere mundo: quomodo academias excogitauit, per quas diſcutiantur illæ tenebræ mendaciorum, & veritatis claritas eluceſcat? Cum etiam ſatanas, virtutis ſit hoſtis capitalis: quomodo curauit gymnaſia conſtitui, in quibus ad probe honeſtéq̃ viuendum inſtituantur homines, caſtigatiſq̃ moribus formentur? Sed in hiſce Lutheri verbis refellendis (quæ, vt verum fatear, vix digna ſunt improbatione) prolixior æquo fortaſſe protractus eſt ſermo. Quem vt tandem cum præſenti libro claudamus: id vnum autumamus nos ſatis perſuaſum omnibus reliquiſſe, nequaquã damnanda eſſe hæc publica literarum ſtudia: ſed plurimum commendanda. quòd ex ijs magna procedat vtilitas in ædificationem eccleſiæ, in animarum ſalutem, & dei (qui ſcientiarum dominus eſt) honorem. Cui ſit laus & gloria, necnon gratiarum actio: in ſecula ſeculorum Amen.

1.Regũ.2

SECVNDI LIBRI, ECCLESIAE LVTHERANAE CONFVTATORII: FINIS.

ANTILVTHERI, LIBER TERtius: votorũ monaſticorũ perpetuã ſtabilitatẽ aſſerẽs, profeſſioníſq; cœnobíticæ inſtitutũ, laudabile eſſe & probatiſſimũ, demõſtrans.

Cap. I.

¶ Q̃ graue ſit malum: monaſticam vitam profeſſum, contra eius vota & inſtituta ſcriptis pugnare.

LAEROSQVE EST INVENIRE vſqueadeo in malorum profundũ demerſos, vt cum tetrum aliquod facinus admiſerint & graue piaculum: nõ modo ſuam non agnoſcãt iniquitatem aut illius ducãtur pœnitudine, ſed & eam inſuper defendant, verbáq; concinnent ad excuſandas excuſationes in peccatis, immo contendant ſe nihil mali egiſſe: ſed bonum opus cõmendatiónéq; dignum. ad quod alijs perſuadendũ: adductis vndecunq; rationibus, totis neruis annituntur. Quẽadmodũ ſolent interdũ occurrere, qui cum ieiuniũ eccleſiaſticũ ſoluerint vt carni indulgeant: primũ extenuãt apud alios id eorum factũ damnantes, ieiunij obſeruationem. cauſantes ieiunium eſſe minimũ bonorũ operum quod deo poſſit exhiberi: & inter omnia, poſtremo reponendũ loco. quo videatur eius ſolutio: modica eſſe aut miníma pręuaricatio. Quod tamen eorum dictũ, omnino veritati aduerſatur: & Chriſtianæ religionis pietati. quãdoquidem quanto difficilius factu eſt opus aliquod & laborioſius, afflictiuúmq; magis: tanto melius eſt (vbi reliqua omnia pari ſe habent modo) & vtilius, deoq; acceptius. Atqui longe moleſtius eſt & grauius homini ieiunium: q̃ nonnulla alia opera bona. quòd in ipſo, intraneam corporis afflictionem nobis ipſis irrogamus. Adde, quòd ad refrenandam carnis petulantiam, multo propinquius & vicinius conducat ieiunium: q̃ alia bonorum operum exercitia. Ea autem carnalis laſciuiæ repreſſio, cum primis eſt nobis neceſſaria: vt ſpiritus cõualeſcat, ſibiq; carnem ſubigat. ¶ Alios inuenias: qui admoniti ab amicis non recte ſolui ab eis ieiunia, authoritate eccleſiæ cõſtituta: protinus ora laxãt in maledicentiã, obiectãtes iniquã eſſe & crudelẽ, illam eccleſiæ ſanctionẽ de ieiuníjs obſeruãdis, multoſq; ob illã incurrere aduerſam valitudinẽ, cerebríq; leſionẽ & mentis delíriũ: q; debita naturæ alimẽta ſubduxerint atq; ſummouerint. Quid rogo de illis ferendũ eſt iudicij? nõne ipſos grauiſſimo animi morbo laborare: quo dãnant vtiliſſima ſalutis humanæ præſidia, pie & ſancte inſtituta, q; ſuis aduerſa ſint cupiditatibus? Haud diſſimili ratione ſi quis ventri indulgẽs, feria ſexta hebdomadæ, memoriæ dominicæ paſſionis peculiariter dedicata: aut in ipſa quadrageſima ve-

Ieiunij cõmendatio.

ſcatur carnibus, cõtra legitimũ eccleſiæ morem. & ob huiuſmodi trãſgreſſionẽ increpatus ab ijs qui ſalutis animæ ipſius ſtagrãt deſiderio, reſpondeat non modo quicq̃ mali ſe nõ admiſiſſe: ſed & bonũ opus exercuiſſe. eccleſiaſticos vero principes grauiter deliquiſſe: q; hiſce diebus eſum carniũ interdixerint. Propter eam enim prohibitionẽ, cõplures in ſuæ incolumitatis incidere diſpendiũ: & grauiũ morborũ materiã inde cõtrahere. Nónne is ipſe (ſi quis talis fuerit) os eſt & organũ diaboli, & apertus ſatanæ præco: oblatrans voce ſacrilega & impia in ſanctã eccleſiam & ſacras eius leges? ¶ Q̃ ſi quis in maiorem prorũpens inſaniã, libru̇ ædat: blando verborũ lenocinio, & ſuaui elegantia ſermonis reſperſum (vt aucupis more, illecebris illis fallat incautos: & melle circũlitũ inſtillet animis venenũ) in quo totis cõtendat viribus, perperã ab eccleſia interdictũ eſſe certis diebus eſum carnium: & iníque indictã ieiuniorum obſeruantiam. vt non ſolum ipſe decidat in barathrũ iniquitatis: ſed & plures alios ſecum pernicioſa illa perſuaſione præcipitet in illud. minuſq; peccare ſibi videatur: q; q̃plurimos alios illis verborum præſtigijs, phaleratiſq; rhetorico lepóre ſcriptis, in eandem ſententiã adductos, eiuſdem criminis habeat conſortes atq; participes: vnde grauiorem ſibi exaggeret dãnationem, quid de eo cenſendum putes? Nónne in eo ſuo opere præcurſor videtur antichriſti: & publicus hoſtis eccleſiæ? nónne etiã idem, aſſectator Epicuri, aſſertorq; voluptatis habẽdus eſt: & Chriſtianiſmi ſubſannator? ¶ Sed quorſum hæc? certe vt ſuis Lutherum depingamus coloribus: quibus eſt dignus, ob æditũ in lucem librum peſtilentẽ ſupra modum & exitialem, quem inſcripſit (vt titulus ipſe prodit) de votis monaſticis. Is enim (quemadmodũ de ſe ibidem ſcribit) poſtq̃ ſolenni profeſſione aſſumptã cucullam monaſticã ſexdecim annos tulerat, in domo religioſa cum alijs fratribus ſuis victitans: nõ modo deinde per apoſtaſiam exuit eã, abiecitq; (vt vulgo aiunt) in vrticas: proteſtatus ſe amplius nulli hominũ eſſe ſubiectum, nec abbati, nec epiſcopo, nec papæ: ſed ſoli deo, cui tamen vere non fuit ſubiectus: quãdiu præpoſitis eccleſiaſticis fuerit rebellis & contumax. verũ etiam libellum prædictũ emiſit in publicũ: maxime omniũ pernicioſum. In quo totũ ordinẽ monaſticũ molítur euertere, triaq; eius præcipua vota, vniuerſæ profeſſionis regularis fulcra ac baſes: omnino cõuellere, oſtenderéq; illa non debere eſſe in omne vitæ tempus reliquũ oblígatoria cõnititur: ſed libera & tẽporaria. vt cuiq; cum libuerit, liceat ab eis reſilire: atq; ad vitã ſecularem abiecto habitu monaſtico reuerti. Sanctitate præterea vitæ cõſpicuos Hieronymũ & Bernardũ, ordiniſq; ſacri fratrũ minorũ patrem primariũ Franciſcũ, grauiſſimis inceſſit cõtumelijs: q; id vitæ genus ei inuiſum inſtituerint, obſeruauerint, & ſcriptis ſuis cõmendauerint. Sic ſane poſuit in cælũ os ſuũ Lutherus: & lingua eius trãſiuit in terra. Inſuper totũ ſuũ ſtudium ibidẽ cõuertit in hunc fine: vt teſtimonijs ſcripturarũ perperã intellectis,

Pſal. 72

&(vt mos illi frequens est)incongrue ad rem propositã applicatis, congestisq; vndecunq; rationibus: cõmonstret tria illa præcipua vota, obedientiæ,castitatis, & paupertatis:repugnare orthodoxæ fidei, libertati Christianę,rectæ itidem rationi,diuinisq; præceptis.tanq̃ suscitata coniuratione omnino conspirauerit in totum ordinẽ monasticũ,ipse trãsfuga:animóq; constituerit,illum si possit è mũdo sustollere,machinisq; & telis literarijs omnia religionum monasterialiũ genera expugnare ac diruere. ¶Cæterũ in hac tãta improbitate(sicut & in alijs permultis)ipse Lutherus mores imitatur auitos:suumq; sequitur Vicletum.qui consimili insania debacchatus est in religionem monasticã & eius cultores: quemadmodũ ex nonnullis eius articulis constat, in concilio Constantiensi damnatis.quorum vicesimus secundus est.Sancti instituentes religiones priuatas: sic instituendo peccauerunt.Vicesimus tertius.Religiosi viuẽtes in religionibus priuatis:non sunt de religione Christiana. Triceſimus primus.Peccant fundantes clausſtra:& ingrediẽtes fiunt viri diabolici.Quadrageſimus quintus.Omnes religiones:indifferenter introductæ sunt à diabolo.Omitto ex industria & alios non minus impios,eiusdem materiæ articulos Viclefianos:ex actis sacrosanctæ synodi Constantiensis facile cuiq; obuios in promptu,& ad manum patentes.Ex quibus perspicuũ euadit: Lutherũ inde tetrum hausisse virus, quod libelli sui de votis monasticis æditione,totum dispersit in orbem. Q7 si sui solius damnatione contentus Lutherus, desertor fuisset suæ cœnobiticę professionis ac prȩuaricator,cæteróq; suis scriptis nõ induxisset ad imitandũ suæ peruersitatis exemplum:tolerabilius quidem & minus graue esset id malum, quo solus perijsset in suo scelere. Nunc vero cum execrabili imprecatione deuouet omnia monasteria,cũ detestatur id vitæ genus tanq̃ diuinis præceptis contrariũ, cum deniq; prolato in publicũ libro,quibuscũq; potest vijs alios inducit in apostasiã & defectionem à religione suscepta: enitens omnibus persuadere, non posse quẽpiam se astringere deo per votum perpetuo obligatoriũ : longe grauiorem sibi parat damnationẽ, & tanto quidem futurã(nisi resipiscat) acerbiorẽ: quanto plures,libri illius lectione fuerint contaminati, & ad id tentandũ quod suadet:impulsi.Quãuis enim multitudine eorũ quos in suam pertrahere conatur sententiã,aut existimet desertionis suæ peccatum minus fore,aut forte nullũ:eáq; fretus & ductus spe,retia tetenderit insidiosa quibus multos secum illaqueet.contrà tamen eo magis adaugebitur & increscet eius malum: quo plures suorum lectione scriptorum secum inuoluerit in ruinam. ¶Vt igitur huic pestifero veneno,tabiq; virulentæ paremus antidotum: elaborabimus in præsenti libro stabilire pro viribus,monasticæ professionis vitam ac mores.votorumq; indictionem & obligationẽ perpetuam , esse rationabilem ostendere:tanquam scripturæ sacræ sanctorumq; patrum sententijs apprime

Viclefus religionũ hostis.

6

consentaneam. Deinde machinamenta rationũ, sagittas & spicula quibus confodere nititur & destruere votorum stabilitatẽ,totúmq; vitæ monasticæ genus euellere: & afferemus in medium, & pro nostra facultate diluemus atque retundemus. Neq; paruum afferent ad hæc nostra molimina adiumentum,ea quæ superioribus annis conscripsimus in libello de laude monasticæ religionis.vbi de eius exordio, progressu, atque incremento,ex sacrarum literarum testimonijs, sanctorúmq; patrum dictis nonnulla edisseruimus:quæ huic nostro multum conducent institu to. Cæterum id vnum hic prægnitum esse volumus & præmonitum: nos in toto hoc libro,nomine religiosorum monasticæq; vitæ cultorum: accipere omnes & singulos cuiusuis sexus , ordinis & professionis monasterialis: qui sub regulari disciplina per ecclesiam approbata, triumq; votorum monachalium æditione degunt in domibus cœnobiticis. siue possessiones habeant : pro suæ communitatis sustentatione. siue illis careant:mendicitatem voluntariam amplexi,quocunq; etiam nomine peculiari nuncupentur.

¶Ex veteris & noui testamenti scriptura,solidum haberi testimoniũ:q; liceat, cõmendabileq; sit,vota facere deo. Cap.II.

PRimo omnium,vt totius religionis monasticæ fundamentũ(cui illa potissimũ innititur) effodiat Lutherus & demoliatur: vouendi in monasterijs morem condítionémq; improbat.obiectans eã:saluti animæ admodum esse periculosam. quoniã res est (inquit) sine authoritate & exemplo scripturæ.Sed & ecclesia primitiua & nouum testamentum:ignorant in totum,vouendæ cuiuscunq; rei vsum:nedũ probant perpetuum hoc voti genus rarissimę & miraculosæ castitatis.Est enim merum(ait)& pernicioſum hominũ inuẽtum:cuiusmodi sunt omnia alia per homines inuenta.Hæc Lutherus.Verum illi ostendendũ est aperto scripturæ testimonio:vouendi deo rem quãpiam vsum,admodum probari.¶In primis,Iacob cum præcepto patris obediens proficiscceretur in Mesopotamiam , vidisseq; in somnis scalam in cælum erectam:experrectus & attonitus tanti insomnij miraculo, inter cætera piæ religionis opera quæ ibi gessit:votum vouit domino dicens. Si fuerit dominus mecum, & custodierit me in via per quam ego ambulo:& dederit mihi panem ad vescendum & vestimentum ad induendum,reuersusq; fuero prospere ad domum patris mei: erit mihi dominus in deum,& lapis iste quem erexi in titulum: vocabitur domus dei, cunctorumq; quæ dederis mihi:decimas offeram tibi.¶Rursum,in libro Numeri capite sexto,declarat dominus Moysi:quo viuendi ritu & more,Nazaræus qui ad certum tempus voto se astrinxerit, vti debeat omnibus diebus suæ separationis à communi hominum victu: dicens. Vir siue mulier cum fecerint votum vt sanctificentur,& se voluerint do-

Gene.28

Numeri.6

mino consecrare: à vino & omni quod inebriare potest, abstinebunt.
Vbi manifeste approbat id voti genus: cuius obseruandi rationem &
Nume.30 modũ patefacit. Insuper eiusdẽ libri tricesimo capite, particulatim expli
cat dominus: quando vir siue mulier facto voto, obstringitur ad illud
reddendum, & quando non: id in primis proponens. Si quis virorum,
votum domino vouerit, aut se constrinxerit iuramento: non faciet irritũ
verbum suum: sed omne quod promiserit, implebit. ¶Cui respondet & 3
Deuter.23 illud domini verbum in Deuteronomio. Cum votum voueris domino
deo tuo: non tardabis reddere, quia requiret illud dominus deus tuus.
& si moratus fueris: reputabitur tibi in peccatum. Si nolueris polliceri:
absq; peccato eris. Quod autem semel egressum est de labijs tuis, obser
uabis: & facies sicut promisisti domino deo tuo, & propria voluntate &
ore tuo locutus es. Hæc ibi. Quis autem nisi talpa cæcior, non videt
his verbis probari à domino voti emissionem: eandémq; esse ad redden
dum quod promissum fuerit, obligatoriam? ¶Rursum, spectatæ virtu 4
tis mulier, Anna mater Samuelis: cum pro impetranda prole accessisset
1.Regum.1 tabernaculum domini in Silo: orauit ad dominum (ait scriptura) flens
largiter, & votum vouit dicens. Domine exercituum, si respiciens vide
ris afflictionem famulæ tuæ, & recordatus mei fueris, nec oblitus ancil
læ tuę, dederisq; seruæ tuæ sexum virilem: dabo eum domino omnibus
diebus vitæ eius, & nouacula non ascendet super caput eius. Quod sa
ne votum intentissimę orationi & lachrymis coniunctũ, vsqueadeo fuit
acceptũ domino: vt ipsa desiderij sui compos diuino fauore paulo post
euaserit. Cum igitur videmus hanc spectabilem matronam: de alio, vt
pote futura sobole, votum fecisse in perpetuũ tempus: promisisseq; deo,
quòd ea proles toto vitæ suæ decursu dedicaretur obsequio dei, in mini
sterio tabernaculi. cur non poterit aliquis iam vsu rationis potitus, de
seipso consimile facere votũ: quòd toto reliquo vitæ suæ tempore famu
labitur domino in obseruatione professionis monasticæ? Nonne si hoc
votũ perpetuo obligatoriũ, improbatur in eo qui se obstringit disciplí
næ regulari: eodem iure improbandũ erit & illud sanctæ mulieris votũ,
quod fecit de filio quẽ necdũ conceperat? Sed quis adeo desipiet: vt illud
improbet, quod dominus approbauit? ¶Ad hæc. Admonet vnũquẽq; 5
deiloquus propheta in psalmo, ad vouendum domino & implendũ sua
Psal.49 vota: cũ ait. Immola deo sacrificiũ laudis: & redde altissimo vota tua. Et
Psal.75 rursum. Vouete & reddite domino deo vestro: omnes qui in circuitu
eius affertis munera. Quid autem nos ad id hortaretur diuinus psaltes:
si non esset grata deo votorum promissio, illorumq; exhibitio? ¶Præ- 6
Eccẽs.5 terea Ecclesiastes eidem concinit sententiæ: dicens: Si quid vouisti deo:
ne moreris reddere. displicet enim deo: infidelis & stulta promissio. sed
quodcunque voueris: redde. multóque melius est non vouere: quàm
Prouer.20 post votũ promissa non reddere. Cui accedit & Sapiens in prouerbijs:

cum ait. Ruina est homini deuotare sanctos: & post vota retractare.
Nónne igitur valentiore iure detrimentum salutis infert: deo facta voti
7 promissio (qui sanctus est sanctorum) sine illius persolutione? ¶Demũ
Hieremias propheta, in epistola quam scripsit per manum Baruch no
tarij sui, ad Iudæos in Babylone captiuos: inter cætera argumenta qui
bus dilucide mõstrat deos gentium non esse veros deos, & ergo nequaq̃
colendos: etiam affert & istud, de illis loquens. Si quis illis votum voue- Baruch.6
rit, & non reddiderit: neq; hoc requirunt. Quibus verbis subinsinuat ex
posito: deum nostrum cæli & terræ creatorem (qui verus est deus) si
quis illi votum vouerit & non reddiderit: idipsum requirere, pœnásq;
8 pro tanta impietate exigere. ¶Demum in actibus apostolorum scribi- Actuũ.18
tur beatus Paulus totondisse sibi caput in Cenchris: quòd haberet vo
tum. Et alio tempore persuasus à sancto Iacobo, episcopo Hierosolymi- Actuũ.21
tano: legitur cum quatuor viris qui habebant votum super se, intrasse in
templum, seq; secũdum legem purificasse pro voti impletione. Hæc au
tem non fecisset Paulus, spiritu sancto plenus: si illicitum fuisset, deo vo
tum ædere, aut factum illi votum exoluere. Ex his omnibus itaque di
lucidum est cuique (nisi quis prorsus cæcutiat) impletionem voti, iuris
esse diuini: & ad illã, arctissimo vinculo cunctos obstringi. q̃q; non mo
do liceat vouere quippiam deo: sed & id cõmendabile esse, magnoperéq;
probandum. ¶Cæterum hic obstrepet importune Lutherus, vtrunq;
id Pauli votum, de quo in postrema ratione modo facta est mentio: ex
veteris testamenti ritu pependisse, & ad illum dũtaxat pertinuisse.
Quinimmo quæcunq; hactenus adducta sunt in hoc capite pro voto
rum approbatione: ex veteris etiam instrumẽti pagina esse deprompta.
cuius decurrente statu: & vota fiebant deo, eidémq; erant exoluenda. In
noui vero testamenti scriptura, nequaq̃ contineri dicet: vota esse deo fa
cienda, neq; pro ipsius decursu & tempore, licere illa deo promittere &
ædere. Et quod de votis ante proposuit Lutherus, in verbis suis circa
principium capitis huius adductis: se perhibebit dũtaxat intelligere
9 pro eo, in quo nunc degimus, noui testamẽti tempore. ¶Verum si hanc
quęrit tergiuersationem, & ad id declinat subterfugiũ Lutherus: hac ra
tione est reuincẽdus. Voti promissio & persolutio neq; pertinet ad vete
ris legis cęrimonias & sacra, neq; ad iudicia: sed tantũ ad ea quę dicũtur
decreta moralia, spectatq; ad cultum & veneratione diuini nominis, cui
augustiorem deferimus honorem & reuerentiam: cum quippiam ei vo
uemus & reddimus. Quæ autem in veteri testamento ad ritus sacrifi
ciorum ac iudicia populi non pertinent, sed ad mores formandos: ean
dem habent efficaciam in nouo testamento quam habuerant in veteri,
quemadmodum decem dei præcepta liquido produnt. Ergo votorum
emissio & impletio, in veteri testamento (vt multifariã est ostensum) ap
probata: eandẽ habet vim & efficaciã in noua lege, vt non minus nunc q̃

príus:habeatur lícita. ¶Ad hæc. Æditio voti atq; perſolutío,ad díuínæ 10
maieſtatis pertinet honorificentiam & reuerentiam: vt planum eſt.quã-
doquidem eo ipſo honoratur deus: quòd ab homine vltronee illi & lí-
bere quíppiam vltra debitum & præceptum offertur,tanq̃ à ſeruo:ſyn-
cære ín dominũ ſuum affecto.In nouo autem teſtamento ſyncærior de-
cet deũ cultus & veneratio ín ſpiritu & verítate,quàm ín veterí: ob am-
pliora beneficía humano generi ín eo exhibita. & promptior eſſe debet
animus noſter ad munus alíquod gratuitum vltro eí offerendum:ad te-
ſtíficandã noſtram ın eum gratitudinem, propter exuberantíorem gra-
tíam nobís præſtitam. Ergo valentíore iure, ın nouo teſtamento quàm
veterí:locum habet votorũ promiſſío,ítídem & perſolutío. ¶Rurſum, 11
Pſal.49 quod ín pſalmo dictum eſt,Redde altiſſimo vota tua,non plus conſtrín
gí poteſt ad ſolum tempus veteris teſtamentí: quàm íd proxime præce-
dens,Immola deo ſacrificium laudis.Eodem enim contextu atq; conti-
nuo,illa duo proferuntur:eíuſdémq; verſus complexu continentur.At-
qui íd pſalmí dictum,ímmola deo ſacrificium laudis.de oblatíone ora-
tionís laudatoríæ deo facienda,íntellectũ: nõ mínus ad nouí quàm ve-
teris teſtamenti tempus extenditur.ſíquidem æque ín noua,ac veterí le-
ge:obſequium díuínæ laudis exoluere deo debemus. Ergo & íd contí-
nue ſubiunctum,redde altíſſimo vota tua: ad vtriuſque teſtamentí per-
tinet ſtatum. Quare & ad nouam legem in qua verſamur:pertinet voto-
rum promiſſio & redditio. Quòd ſí quís illud prophetæ verbum, ím-
mola deo ſacrificium laudis. cenſeat eſſe íntelligendum de ímmolatío-
ne ſacroſanctæ euchariſtiæ ín officío miſſæ:quod verum eſt & ſingulare
ſacrificium laudis(quemadmodũ ín libri præcedentís capite vndecímo:
& ratíone penultíma illíus cap, quæ ínter cæteras eſt ordíne duodeci-
ma:dictum eſt,nonnullos graues authores,hoc modo ſacrificium lau-
dis íllíc accípere) tunc longe valentíus & efficacius ñoſtrum conficietur
propoſitum. Enímuero ímmolatío huíuſmodí ſacrificíj laudís,ſanctíſ-
ſímæq; euchariſtiæ in myſterío miſſæ: ad nouum pertinet teſtamentũ.
ímmo ſolummodo ad illud,& nullo pacto ad antiquum:vt norunt om-
nes. Ergo & votorum redditío quæ fiat altiſſimo: etíam ad nouí teſta-
menti, non minus quàm veteris, attínet tempus. ¶Denique, quod ex 12
Eccẽs.5 Eccleſiaſte ſupra adductũ eſt, Si quíd vouiſtí deo: ne moreris reddere.
& conſímile dictum ex líbro Numerí,ex Deuteronomío,& ex Prouer-
bíjs,cum ad moralia pertineat præcepta: quís níſí proteruiens aut ter-
giuerſans, velit vnquam ad ſolum veteris teſtamentí curriculum coar-
ctare? cum abſolute íd proferatur à Sapiente:& ſine certa temporís de-
terminatione. Violentiam igitur facit ſcripturæ,& ad coactum eam con
torquet ſenſum:qui vt veritatem ſubterfugiat,dictam ſententíam ad ſo
lum veteris inſtituti tempus conſtringit. Arctioribus enim loris com-
primit ea verba:q̃ pro rei qualitate premenda ſunt.

¶In noua etiã lege,authorítate & exemplo probari vota:ſan-
ctũq; virginitatis propoſitũ,à multís ín ea eſſe ſeruatũ. Cap. III

1 QVoníam autem ín verbís ante dictís,círca príncipium
2 præcedentís capítís: Lutherus proponit,votum eſſe ſí-
3 ne authoritate & exemplo ſcripturæ, & eccleſíam prí-
4 mitiuam nouúmq; teſtamentum ignorare in totũ vo-
5 uendæ cuiuſcunq; rei vſum.& ſupra oſtenſum eſt abũ-
6 de,authoritate & exẽplo ſcripturæ veteris organí: vo-
tum multifariam approbarí.non quídem tanq̃ permíſſum: vt líbellum
repudíj,nam tunc ſuapte natura malũ eſſet,quod vtíq; falſum eſt. neq;
tanq̃ pro íllíus ſtatus conditíone lícitum: & cum cærímoníjs veteris le-
gís,ſimul ea lege deſínente,abolítum.quoníam votum nõ ad figuras &
vmbras íllíus antíquí rítus pertinet:ſed ad mores,& primí præcepti cõ-
pletíonem, díuínum cultum concernentís.& ergo cum decalogo etíam
ín nouam tranſlatum eſt legem:& ín ea, non mínorí q̃ príus habuerat,
2 vígore corroboratum. ¶Relíquum nunc eſt,teſtímonío ſcripturæ ſacrę
pariter & ſanctorum patrum authorítatibus, commonſtrare: vouendí
morem ſimul & vſum ín ípſo nouæ legis exordío fuiſſe,necnõ ín primí-
tíua eccleſía frequentem atq; celebrem habuiſſe obſeruatíonem. Nempe
apoſtolí,cũ relictís omnibus, CHRISTVM (à quo externa pariter & Matth.4
interna fuerant vocatíone accítí ad eíus diſcípulatũ) ſecutí ſunt:votum Lucæ.5
paupertatís,re ípſa atteſtante,ædíderũt.Quod ſatís oſtendunt ílla bea- Matth.9
tí Petrí, nomíne omnium coapoſtolorum,verba. Ecce nos relíquímus Matth.19
omnía:& ſecutí ſumus te. De quíbus loquens beatus Auguſtínus, lí-
bro decímo ſeptímo de ciuitate dei,cap.quarto: aít. Dixerant potentes Auguſtí-
illí. Ecce nos dimíſímus omnía:& ſecutí ſumus te. Hoc votũ:potentíſſí- nus.
mí vouerant.Sed vnde hoc eis:níſí ab íllo,de quo híc contínuo dictum
eſt. Dans votum vouentí? Alíoquín ex íllís eſſent potentíbus: quorum 1.Regũ.2
ínfirmatus eſt arcus. Dans(ínquít)votum vouentí. Non ením domíno
quíſq̃,quícq̃ ratũ voueret:níſí quí ab íllo accíperet quod voueret. Hæc
íbí. De eíſdem etíam verbis beatí Petrí loquens ſanctus Bernardus, ín
declamatiomíbus ſuper euangelio Matthæí,ílla referente:aít, Arbítror Bernardus
verba lectionís huíus ea eſſe: de quíbus ad ímmortalem ſponſum à fí-
níbus terræ clamat eccleſía. Propter verba labíorum tuorum: ego cu- Pſal.16
ſtodíuí vías duras. Hæc nempe ſunt verba:quæ contemptum mundí ín
vníuerſo mundo, & voluntaríam perſuaſere homínibus paupertatem.
Hæc ſunt,quæ monachís clauſtra replent:deſerta anachorítís. Hæc ín-
quam ſunt verba,quæ Aegyptum ſpolíant: & optima quæq; eíus vaſa Exodi.12
díripíunt. Hic ſermo víuus & efficax,conuertens animas:felící æmula-
tíone ſanctítatis,& veritatis promíſſione fídelí. Hæc Bernardus. Præ-
3 dícta autem omnia:ſine voto nequaq̃ fiunt. ¶Eandem præterea pau-
pertatis profeſſionem edocuerunt apoſtolí:& inſtituerunt cõtínuo poſt

exuberantiſſimam ſpiritus ſancti ſuſceptionē. Ad quā quicunq; admittebantur: ſe voto aſtrinxerūt ad integram illius obſeruationem, neq; eis licebat ab illo vitæ inſtituto retrogredi: quod ſemel fuerāt amplexi. Huiuſce autem rei teſtis locupletiſſimus eſt beatus Bernardus: ita ſcribens

Bernardus in apologia ad Guilhelmum abbatem. Heu me miſerum, qualēcunq; monachum. Cur adhuc viuo: videre, ad id deueniſſe ordinem noſtrum? ordinem ſcilicet, qui primus fuit in eccleſia: immo à quo cœpit eccleſia. quo nullus in terra ſimilior angelicis ordinibus: nullus vicinior ei quæ in cælis eſt Hieruſalem mater noſtra, ſiue ob decorē caſtitatis, ſiue propter charitatis ardorē. cuius apoſtoli: inſtitutores. cuius, ij quos Paulus

Roma. 15
1. Corin. 16
2. Coriu. 8 & 9.

tam ſæpe ſanctos appellat: inchoatores extiterūt. Et quidem inter illos, cum nichil quod ſuum eſſet quiſpiam retinuiſſet: diuidebatur (vt ſcriptū eſt) ſingulis, prout cuiq; opus erat. non igitur: quod quiſq; puerīliter geſtire poterat. Hæc ille. ¶ Inſuper Ananias cum Saphira vxore ſua, conſcia detētionis occultæ vnius partis de precio agri vēditi: repentina morte eſt extinctus, quoniam contra voluntariæ paupertatis votum à ſe factum, aliquid ſibi proprium retinuiſſet. Q uod plane atteſtatur Hieronymus: in expoſitione loci huius apoſtolici, Si acceperis vxorē: non peccaſti. dicens, quod & in primo libro citatum eſt. Cæterū qui vel in cor-

Actuum. 4
Actuum. 5

1. Corin. 7
Hieronymus.
1. Thimo. 5

de ſuo promiſit: ſi aliter fecerit, habebit damnationem, quia primam fidem irritā fecit. Quod enim erat licitū: per votū ſibi fecit illicitū. Sicut Ananias & Saphira, quibus poſt votū de precio poſſeſſionis ſuę retinere nichil licuit: illicite tenuerūt. Ob quam cauſam: ſubita morte proſtrati ſunt Hęc Hieronymus. Cui ſuccinit Rabanus: de eodem Ananiæ facto ita loquens. Videtur mēdacium fuiſſe: quia totū vouerat Ananias.

Actuum. 5

Rabanus.

Eccēs. 5

Melius eſt autem non vouere: q̄ poſt votum nō ſoluere. Hæc ille. Q ꝛ ſi Ananias votum fecit: cur non & alij, eādem tunc profeſſi regulam apoſtolicā? ¶ Porrò nunc etiam expedit vno nouæ legis exemplo (ſed quod mille alijs exemplis excellentius eſt: atq; ſublimius) oſtēdere: votū ipſum non eſſe ſine authoritate ſcripturæ noui teſtamēti. exemplo inquam, ſa-

4

Lucæ. 1

cratiſſimæ virginis MARIÆ. Quæ cum ab angelo Gabriēle audiſſet ſe concepturam & parituram dei filium, mundi ſaluatorem atq; in domo Iacob perpetuo regnaturum: prudenter nunciati myſterij modum quo complendum eſſet, percontata eſt, dicens. Quomodo fiet iſtud? quoniā virum non cognoſco. Q uo quidem verbo plane indicauit: ſe concepiſſe animo propoſitum perpetuæ virginitatis ſeruandæ. Non enim id interrogans: præſentis tantum temporis habuit rationem. nam ea erat tum ætate: qua potuiſſet ſecundum naturæ legem, ex viro ſuo (cui legitime deſponſata erat, coniugaliq; fœdere iuncta) prolem concipere & parere. & ita fuiſſet illa interrogatio eius, ad angelum facta: præter rectam rationem ac nullius momenti. Sed ad futurū etiam tempus, ipſa prudentiſſima virgo & ſpiritu ſancto plena, oculos ſuæ mētis & verba inflexit:

quo apud ſe firmauerat animo atq; conſtituerat: ab omni viri conſortio, perpetuo abſtinere, integrāmq; deo cōſeruare candidiſſimam ſuam virginitatem: quoad vita ſibi foret ſuperſtes. Q uod etiam confirmat venerabilis Beda, in homelia euāgelij: legationem illam angelicam ad ſacroſanctam virginem deſcribētis. vbi ait: de ſalutatione illa honoratiſſima, ab angelo illi delata, loquens. Quæ ſalutatio, quantum humanæ conſue

Beda.

tudini inaudita: tantum eſt beatæ MARIAE dignitati congrua. Vere etenim gratia erat plena: cui diuino munere collatum eſt, vt prima inter fœminas glorioſiſſimū deo virginitatis munus offerret. Vnde iure, angelico aſpectu ſimul & affatu meruit perfrui: quæ angelicam ſtudebat vitam imitari. Hæc ille. Q uantū autem diſtat firmum perpetuæ virginitatis propoſitum in ſacratiſſima illa virgine: à voto perpetuæ caſtitatis? Certe nullo diſcrimine: vel minimo. vt ſi vnū in ea probetur ex ſcri-

5

pturæ teſtimonio: reliquum in eadem non debeat abnegari. ¶ Quanq; non deſunt grauiſſimi ſcriptores, & ſanctitate præclari authores: qui aſtruūt q̄ poſtq̄ illa ſancti viri ſui Ioſeph exploratum habuit animum, q̄ cum ea voluerit & ſuam domino virginitatem conſecrare, atq; in ſyncęro viuere cælibatu: ipſa tum votum ædiderit, deóq; protulerit de intemerata ſua virginitate illabefacte cuſtodienda. quod etiam votū: & ſanctum Ioſeph de ſe feciſſe deo, tradunt. Id ſane aſtruit inter cæteros beatus Auguſtinus in libro de nuptijs & concupiſcentia: his verbis, quæ etiam adducuntur in libro decretorum, viceſima ſeptima, quæſtione ſecunda, cap. ſufficiat. Beata (inquit) MARIA propoſuit ſe ſeruaturā votum virginitatis in corde: ſed ipſum votum non expreſſit ore. Subiecit ſe diuinæ diſpoſitioni: dum propoſuit ſe perſeueraturam virginem, niſi deus aliter ei reuelaret. Cōmittens ergo virginitatē ſuam diuinæ diſpoſitioni: conſenſit in carnalem copulam, non illam appetendo: ſed diuinæ inſpirationi in vtroq; obediendo. Poſtea vero cum filium genuit: quod corde conceperat, ſimul cum viro labijs expreſſit, & vterq; in virginitate permanſit. Hæc Auguſtinus. In eodem quoq; cap. ſufficiat: paulo ante hæc Auguſtini verba, eadem corroboratur ſentētia, hoc modo. Vouerat MARIA: ſe virginem perſeueraturam. Vnde ait angelo. Quomodo fiet iſtud? quoniam virum non cognoſco. id eſt me non cognituram propoſui. Neq; enim, quia tunc virum non cognoſcebat: neceſſe erat inquiri, quomodo poſſet filium habere: ſed quia nunq̄ ſe cognituram propoſue

Beatā virginē feciſſe votum: de ſeruanda ſua virginitate.

Auguſtinus.

Lucæ. 1

6

rat. Hæc ibi. ¶ At non eſt expreſſe ſcriptū in euāgelio (inquiet Lutherus) ſacroſanctam dei matrem ædidiſſe tale votum: de virginitate perpetuo ſeruanda. Eſto id. quoniā multa, ab ipſa ſingulari virgine laudatiſſime facta: nequaq̄ in euangelico codice ſunt conſcripta. Sed exinde inualidum ſumitur argumentū: ipſam ſacratiſſimā virginem, neutiquā id votum deo feciſſe. Proprium quippe eſt hæreticorū: ex eo q̄ quippiam in euangelio ſcriptum non eſt, ducere argumentum: id neq; factum eſſe.

quod vtíq; infirmũ eſt: & mancũ. Sufficere certe hoc nobis debet: ex euã
gelio manifeſte id colligi, vtpote ex illa ſua interrogatione prædicta, an-
gelo facta: q; firmũ ſeruandę virginitatis propoſitum in totũ vitę tẽpus,
habuerit. quod illi diuinitus inſpiratũ fuiſſe: ambigit nemo. ſicut & cõ-
pluribus etiã cãdidiſſimis virginibus, Agneti, Agathæ, Teclę, Cęcilię,
Lucię, & multis alijs: idẽ cęlitus indultum eſt deſideriũ. Quæ ad imita-
tionem ſuperſanctæ dei matris, ſuam ſponſo cæleſti virginitatẽ in tenel-
la ætate ſacrarunt: & pro ea cõſeruanda, ſpretis nuptijs, vſq; ad mortem
animoſe decertarũt. Fuit itaq; ſanctiſſima virgo MARIA, nitidæ virgi-
nitatis perpetuo ſeruandæ in nouo teſtamento primiceria & primipila:
quæ in eccleſia dei candidum illud perpetuæ caſtitatis vexillum & ni-
ueum erexit in ſublime: coëgitq; ſub eo numeroſum agmen ſacrarum
virginum. quæ eiuſdem militiæ ſacramento ſe obſtrinxerunt: ijſdemq;
copijs militaribus ſunt aſcriptę. ¶ In antiqua quidẽ lege, admodũ rara 7
erat & infrequens apud Hebræos, virginitas. q; tum multiplicando dei
Iudicum.11 populo erat indulgendum. Vnde & filia Iepthe vnigenita vbi reſciuit ſe
voto paterno deſtinatam morti: petijt ab eo duorũ menſium inducias:
ad deflendam cum ſodalibus ſuam virginitatem in montibus, q; q; mo-
riendum ei foret ante inita fœdera nuptialia. In noua vero lege poſtq;
ſacra dei mater explicuit vexillum illud niue candidius cõſecrandę deo
ſuæ virginitatis: cateruatim accurrerunt ad eã teneræ virgines, & ad al-
bicantia illius caſtra ocyus conuolarunt, id vno expoſcentes voto: vt ſub
deiparæ virginis militarent ſignis, eiuſdemq; cãdida geſtarent inſignia.
Vrſula Inter cæteras autẽ, Vrſula virgineæ dux & regina cohortis, agmen agẽs
denſum: vndena virginũ milia coëgit in aciem, cãdoreq; virgineo & pur
pureo martyrij decore adornata: ſecum prouexit in atria cæleſtia. Quid
memorẽ etiã innumeros virilis ſexus milites? qui CHRISTVM ſpon-
ſum virginũ rectis veſtigijs imitati: abdicarunt carnales illecebras, nu-
ptias aſpernati ſunt, & arduũ virginitatis ſeruãdæ callẽ ſubierũt. Quos
ſi particulatim referre pergerẽ: profuſior eſſet futurus ſermo, q; ſuſcepti
operis anguſtia depoſcat. Obmuteſcat ergo Lutherus & labia compri-
» mat: quibus effutit, eccleſiam primitiuã & nouum teſtamẽtum nequaq;
» probare perpetuũ hoc voti genus rariſſimę & miraculoſę caſtitatis. qui-
» bus itidem oblatrat: hoc eſſe merũ & pernicioſum hominũ inuẽtum. cũ
» iam aperte ſit oſtenſum: à deo primum prodijſſe tam ſalutare inſtitutũ.

¶ Non ſolum temporaria & ad certum ſeruanda tempus:
ſed & perpetua totóq; vitę ſpacio obligantia vota, fieri ab
hominibus poſſe. Cap. IIII.

IN ſuperioribus quidem verbis, circa ſecundi capitis huius
» libri principium citatis, propoſuit Lutherus: nouum teſta-
» mentum & eccleſiam primitiuam damnare perpetuum hoc
» voti genus, rariſſimæ & miraculoſæ caſtitatis: quod in præ-

cedente capite, diffuſe refutatum eſt. Vbi adiecit ex induſtria, particulã
illam, perpetuũ: ad genus voti, quoniã ſentit, q; ſiqua fiant vota in mo-
naſticæ vitæ profeſſione: ea ſolum debere eſſe ad tempus obligantia, &
quãdiu voluerit is qui huiuſmodi votis ſe obſtringit. eo quidem pacto,
vt cum viſum ei fuerit: poſſit depoſito habitu monachali redire ad ſecu-
lum, & ſi animo ſuo ſedeat, eiq; ſit cordi: vxorem ducere & liberos pro-
gignere. Quod ex verbis eius ſequẽtibus: ex libro ipſius de votis mona-
ſticis inſcripto deſumptis (ſicut & omnia: quæ in hoc libro adducentur
» ab eo dicta) erit omnibus apertiſſimum. Votum (inquit) caſtitatis & to-
» tius monaſticæ, ſi pium eſt: debet neceſſario ſecum inuoluere libertatem
» rurſus omittẽdi, & in hanc ferme ſententiã interpretari. Voueo tibi obe
» dientiam, caſtitatem, paupertatẽ ſeruandã in tota regula ſancti Augu-
» ſtini vſq; ad mortem, libere. hoc eſt vt mutare poſſim: quando viſum fue
» rit. Si aliter interpreteris aut intellexeris: cernis ex prædictis peccari ad-
2 » uerſus libertatem diuinam nobis mandatã. Hæc Lutherus. ¶ Sed non
videt ipſe: in medio die palpitans ac captus oculis: q; ſecum pugnent illa
verba, quæ tamen ſimul connectit. vouere tria illa vota vſq; ad mortem
ſeruanda: eadémq; vouere libere, vt poſſit vouens ea reſcindere & infrin
gere, cum libitum ei fuerit. Si enim vſq; ad mortem quis ea vouet: nõ er-
go libere, ad Lutheri ſenſum (id eſt, cũ facultate prætermittendi ea vota:
quando placitum ei fuerit) eadem vouet. E diuerſo ſi ſecundũ illam in-
telligentiã, libere quis ea vouet vota, & cũ poteſtate dimittendi illa pro
ſuo arbitrio, atq; frangendi: non ergo vſq; ad mortẽ vouet ea ſeruanda.
Vt plane hæc duo, vouere vſq; ad mortem obſeruanda vota, & libere vo
uere (quæ in eodem orationis contextu vnà coniungit) manifeſte inter ſe
3 » diſſideant, neq; inuicem cohærere poſſint. ¶ Præterea. Irrationabile id
plane videtur, hominem in contrahendo fœdere cõnubiali ſe poſſe per-
petuo obligare vxori: quãdiu vita vtriq; ſuperſtes fuerit, neq; à data fi-
de cõiugali eum poſſe deſciſcere: aut abrumpere vinculũ illud ante obi
tum vxoris. & tamen virũ tractũ deſiderio contemnendi mundũ, & deo
ſeruiendi in profeſſione monaſtica: non poſſe perpetuo ſe obſtringere ad
obſeruandũ id vitæ genus, & vota illi annexa. Sic enim maior fieri poſ-
ſet hominis ad hominẽ obligatio, q; hominis ad deum: à quo tamen to
tus pendet. neq; deo polliceri quis poſſet tam diuturnum obſequium:
4 quantum homini pollicetur. quod reuera abſurdum eſt. ¶ Ad hæc. In
aliis vitæ generibus videmus ſuſcipi profeſſionem ab ijs qui ea ample-
ctuntur, ad finem vſque totius ætatis: & ante mortem, illam ſemel ſu-
ſceptam deſeri non poſſe. Vt ſi quis ſacris initietur ordinibus, & ad ſa-
cerdotalem gradum prouehatur: non datur illi, ex ſtatu illo eccleſiaſtico
pro nutu ſuo regredi in laicũ, neq; abiecto ſacerdotio rurſum inſeri tur-
bæ populari & plebeiæ. Quid ergo? nunquid licebit poſt facta deo vota
& ſuſceptã cucullam, rurſum illam exuere: & poſt oblatã deo ſui ipſius

consecrationem,è sacro ad prophanũ vitæ institutum regredi. Quis oro sanæ mentis: id vnq; senserit? Nam si ita se res haberet: status monasticus esset omnium vitæ generũ, quibus itur ad deum, abiectissimus,& nulla nixus firmitate. qui tamen à sanctis patribus merito sublimi constituitur loco: dignitatéq; non modica (vt sequens ostendet sermo) est conspicuus. ¶ Adde. q; si pro nutu liceret cuiq; à suscepta professione monachali ad vitam secularem regredi: nichil in monasterijs stabile, nichil firmum, nichil deniq; constans subsisteret. Hodie siquidem id vitæ institutum profiterentur plęriq;: & cras aut perendie illud reijcerẽt, causati se amplius ferre nolle iugum regularis disciplinæ: q; eis illud, graue & intolerabile videretur. Neq; id tentãtes: soluerẽt aut præuaricarẽtur vota. quoniam ea fecissent, illa conditione: q; ab eis discedere reuocareq; pedem, cum visum sibi fuerit, possent. Et hoc pacto, quemadmodũ apes in alueario alternant intrandi egrediendiq; vices, subindéq; eædem modo introëunt apiarium, modo exeunt: cernerentur in domibus cœnobiticis religiosi ijdem nunc parare ingressum, nunc egressum tentare: nũc item assumere cucullam, paulo post vero eandem abijcere. vt nichil tunc in mundo miserabilius aut horrendum magis esset & despicabile: q̃ domus monastica. ¶ Rursum. vbi tunc locum haberent hæc salutaria do- 6
Lucæ.9 Lucæ.17 Matth.10 mini nostri documenta? Nemo mittens manum ad aratrum & aspiciẽs retro: aptus est regno dei. Et memores estote vxoris Loth. Et qui perseuerauerit usq; in finem: hic saluus erit.& similia id genus: quæ ad persistendum in bono opere, studiose nos admonẽt. Sane & apud antiquos patres anachoritas, nichil erat magis probrosum & ignominiosum: q̃ ex vita eremitica redire ad seculum. Apud Lutherum vero, glorioſum erit: quempiam ex monacho fieri nõ monachũ. ¶ Huic accedit, q; bea- 7
Bernardus tus Bernardus in vno sermonum de purificatione beatæ MARIAE virginis purissimæ, post præclaram exhortationem ad fraternam dilectionem, ad sanctum feruorem, ad humilitatem,& cæteras virtutes: demũ subnectit. In quibus omnibus siquis forsitan proficere dissimulat, & proficisci de virtute in virtutem: nouerit, quisquis huiusmodi est, in statione non in processione se esse, immo vero & in regressione: quoniam in via vitæ non progredi: regredi est, cum nichil adhuc in eodem statu permaneat. Hæc ille. Secundum Lutheri vero placitum, contrà, regredi à via domini: erit in ea progredi. & retrocedendo: quis ad profectum vberiorem promouebitur. quod quonã modo fieri possit: non video. ¶ Po- 8
Mapheus Vegius stremũ, afferet huic rei propositæ non contẽnendas suppetias Mapheus Vegius: vir pręclaræ & religiosæ eruditionis. qui in suo opere, de perseuerantia religionis inscripto,& in septem libros dissecto: copiose, elegan ter & pie differit, quanto sit enitendum studio & quibus vijs: ad persistendum in religione monastica, quam quis semel fuerit amplexatus. ¶ Cæterum ad subuertendum Lutheri lapidem angularem,& in fun-

damento suæ structuræ positum, quem in huius capitis fronte monstrauimus ab eo erectum: operęprecių fuerit hic paucis ostendere, vota perpetua deo recte fieri posse: non solũ ad aliquod tempus, sed semper ob-
9 ligatoria. Quod & sequentibus moliemur rationibus. ¶ Primum. nam rem quampiam inanimatã, vt domum, agrũ, aut vestem: recte quis consecrare domino poterit, votoq; dicare in tempus perpetuũ. vt non possit illud postea accõmodari in alium vsum: aut retrahi à domini ministerio cui semel est dicatum, ad prophanos vsus, secũdum illud verbũ domini in Leuitico. Omne quod domino cõsecratur, siue homo fuerit siue ani- Leuiti.27
mal: non veniet, nec redimi poterit. quicquid semel fuerit consecratũ: sanctum sanctorũ erit. Et rursum. Quod semel domino consecratũ fuerit: non poterit amplius in alios vsus applicari. Igitur & seipsum poterit etiam homo dedicare deo: consecratione in omne tempus vitæ reliquum obligatoria. Alioqui sanctior erit & augustior oblatio domino facta, cum domus aut vestis illi in ministeriũ dicatur perpetuum: q̃ cum seipsum obtulerit homo per monasticæ vitæ professionem in obsequium. q; non posset ipse perpetuo voto se obstringere: ad stabilem in eo dei obse-
10 quio permanentiã. ¶ Insuper, videmus templum aliquod domino consecratum: amplius ad cõmunem hominũ vsum non cõuerti, nec vas aliquod sacrum. Et Balthasar rex Babylonicus præsentem dei vltionẽ sen- Danie.5
sit: quòd vasa templi dominici in ministeriũ suæ mensæ temerarius applicuit. Hominem igitur deo per votum religionis dedicatũ: quis probe admiserit, prætermisso voto, ab ea sui consecratione ad seculum regredi posse? Nonne si idipsum annuimus: maiorẽ inanimi dei templo aut vasi deferimus honorem & veneratiõnẽ: q̃ animato eius templo & homini?
11 qui est templum dei viui: & spirituale quidẽ ac viuũ templum. ¶ Præ- 1.Corin.3
terea. Cum admonet diuinus propheta nos vouere & reddere domino Psal.75
munera: simpliciter & absolute id profert,& sine certa temporis determinatione, relinquens id vouẽtis arbitrio: an perpetuo voto aut temporario se velit astringere. Non enim dixit. Vouete ad tempus solum: aut ad certos aliquot dies, ne videretur damnare votum pro toto vitæ tempore obligatoriũ. sed duntaxat ait, vouete: nulla adiecta temporis mentione. quo insinuet, nos eo quo vouerimus modo: exoluere votum debere. vt si ad tempus vouerimus: illud ita reddamus. sin vero ad perpetuũ nos astrinxerimus votum: illud itidẽ integre persoluamus. Detorquent igitur ad suum sensum scripturã,& suo arbitratu coarctant: qui dicũt nos solum ad tempus posse quippiam vouere, quoniã quod simpliciter pro-
12 latum est: ipsi cum adiectione constringunt. ¶ Ad hæc. Qui ad certum aliquod temporis spacium vouet se quippiam boni facturũ, vt per annum integrum: præstat deo gratum obsequium illa voti ædition̄e. Qui vero per maius tẽporis interuallum vt per quinquenniũ, vouet se idem bonum operaturũ: gratius deo præbet officium, quoniã diuturnius,&

quod prolixiore extenditur mora. Qui igitur per maximum temporis quo poteſt ſpacium, vtpote totum ſuæ vitæ curriculum, alligat ſe voto cuipiam: gratiſſimum deo munus offert, cæteriſq; præſtantius. Quare admittens votum duntaxat temporarium fieri poſſe, & nō perpetuum: quod minus eſt bonum, relinquit homini. quod vero dignius eſt & perfectius: adimit eidem. Non recte igitur is conſulit hominis perfectioni: quam, ne ad ſummum prouehatur apicem, impedit & detrūcat. ¶ De- 13
niq; vouentes deo monaſticæ diſciplinæ profeſſionem, & poſtea eandem iam inchoatam deſerentes: perſimiles habentur populo Iſraëlitico, qui
Exodi. 16 egreſſus Aegypto & per deſertum tendens in terram repromiſſionis: ſu-
Numeri. 11 ſpirauit poſt ollas carnium Aegypti, poſt allia, cępas & pepones Aegyptios, neglecto manna dulciſſimo: cęlitus ſibi in cibum quotidianū prę-
parato. Quinimmo & ad id progreſſus eſt inſaniæ idem populus: vt du-
Numeri. 14 cem ſibi conſtituere voluerit ac deligere, cuius auſpicijs & ductu reuerteretur in Aegyptum. Atqui graui plaga populus ille eſt afflictatus & percuſſus à domino: ob hanc mentis incōſtantiam, ingratitudinémq; & reuerſionem ad vomitum ſuū. Igitur & qui ſubierint arctitudinē vitæ regularis, & poſtea defecerint ab ea per votorū violationem, reditumq; ad ſecularem vitam quam abdicauerant: non euadent manum domini vltricē, ſed graues temeratæ fidei & promiſſionis dabūt pœnas. ¶ Por- 14
rò qui hac de materia ampliorem & exactiorem expoſcit pertractationem: recurrat ad octogeſimum ſeptimū caput libri de ſacramentalibus,
Thomas Vvalden venerandi patris doctrináq; præſtantiſſimi, Thomæ Vvalden. vbi contra Vicleſum & ſuos aſſectatores comprobat egregius ille author, & multiplici ſacræ ſcripturæ teſtimonio, & eximiorum patrum Auguſtini, Ambroſij, Damaſceni, cæterorumq; authoritatibus: vota monaſtica debere eſſe perpetua, neq; monachum poſſe à ſuo reſilire propoſito nec regredi ad ſeculum, quod hic inficiatur Lutherus.

¶ Religionis monaſticæ dignitatē, ab antiquitate eiuſdem, & diuturnitate temporis quo viguit: liquido patefieri. Cap. V.

CEterum quoniam totum Lutheri ſtudium & conatus in eo (quem impugnamus) libro ſuo, de votis monaſticis inſcripto, tendit ad vituperationem, damnationem ac improbationem vitæ monaſticæ: operępreciū facturi ſumus (niſi noſtra nos fallat ſententia) ſi è diuerſo elaboremus eam claris extollere laudibus: prędicareq; inſigniter, & ingenti commēdatione admodum dignam eſſe oſtendere. Quod primum tentabimus aggredi per manifeſtationem antiquitatis ipſius, & diuturnitatis: qua ſubſtitit in terris, atq; in vſu fuit. ¶ Enim- 1
Gene. 12 uero legimus in Geneſi: dictum eſſe Abraæ à domino. Egredere de terra tua, & de cognatione tua & de domo patris tui: & veni in terrā quam monſtrauero tibi. Per quam quidem Abraæ vocationem ex ſolo natali

in terrā alienā: myſtice deſignatur interna dei inſpiratio, qua multos vocauit & quotide vocare non deſinit ad mūdi abrenunciationē, terrenarū opū & deliciarū abdicationē: necnō ſęquerioris vitę in monaſtica auſteritate profeſſionē. quēadmodū appoſite & cōcinne locū illum in moralē traducens expoſitionē Nicolaus Liranus, diligētiſſimus totius ſacrę ſcriptu- Nicolaus Liranus.
ræ ad literam interpres: idipſum cōgruenter annotat & argute. Neq; ab illius ſentētia diſſidet Iſidorus: in eiuſdē literæ explanatione dicēs. No- Iſidorus.
bis quoq; exeundum eſt de terra noſtra: id eſt de facultatibus & opibus terrenis. & cognatione, id eſt cōuerſatione vitiorū, quæ nobis à natiuitate cohęrētia: quaſi affinitate cōſanguinitatis ſunt coniuncta. & de domo patris: id eſt de memoria mūdi. vt ei renūciātes, poſſimus cū populo dei dilatari: & in terrā promiſſionis cęleſtis cū tēpus venerit introduci. Hęc Iſidorus. Nulla autē cōmodiore via & expeditiore datur exitus homini & elongatio ab opibus terrenis, à cōuerſatione vitiorū & à memoria mundi: q̄ per ſuſceptionē monaſterialis vitæ. qua ſecretus à mūdi fluctibus, & abſtractus à turbine rerū terrenarū: intētius atq; trāquillius va-
2 cat homo deo. ¶ Rurſum Moſaicæ legiſlationis tēpore, Nazarei ad certum & ſtatū tempus domino cōſecrati: eoq; decurrente ſeiugati à cōmu-
ni hominū cōſortio, peculiaréq; vitæ genus diuina lege determinatū ſor- Numeri. 6
titi: figura quædā erant & rudis effigies cœnobiticę profeſſionis, qua ſe-
3 parātur homines à ſeculi cōmunione & cōtagio. ¶ Helias item prophe-
ta domini, vir piloſus & zona pellicea lumbos accinctus, deſerta perer- 3. Regū. 17
rans & ſpeluncā habens in domiciliū: religioſæ etiā inſtitutionis imagi-
nem prę ſe tulit aſperitate veſtiū & ſolitudinis incolatu. Nec minus He-
liſeus eius diſcipulus, cū filijs prophetarū cōmune tenēs habitaculū, ab 4. Regū. 4
hominū turba ſecretū: expreſſit vitę regularis typū & effigiem, quę in cō-
uentu multorū deo dedicatorum agitur: à cętera multitudine populi, &
4 diſcerniculo habitationis & certa viuēdi ratione, ſeparatorū. ¶ Præter-
ea, ſācti illi veteris inſtituti patres: de quibus beatus Paulus ad Hebræ- Hebræ. 11
os ſcribens, ait. Circuierūt in melotis, in pellibus caprinis, egētes, angu-
ſtiati, afflicti: quibus dignus nō erat mūdus. in ſolitudinibus errātes: in
mōtibus & ſpelūcis, & in cauernis terrę. nónne etiā viuā quandā expreſ-
ſerūt imaginē vitæ abſtractioris & ſęquerioris, quæ agitur intra ſepta mo-
naſticæ religionis? Illa ſiquidē veſtium durities, ſequeſtratio à turba po-
puli, habitatioq; in deſertis montibus & ſpeluncis, quæ in priſcis illis
patribus cōmendatur ab apoſtolo: magnā habet cognationē cū ritu viuē-
di in arctitudine clauſtrali. Perſpicuū eſt igitur: in veteri lege repręſenta-
5 tam eſſe hāc vitæ formā. ¶ In ipſis vero noui teſtamēti foribus: protinus
ſe offert diuinus præco Ioānes baptiſta, tenerís ab annis habitator deſer- Lucæ. 1
ti, veſtem pilis camelorum contextā indutus, & mira victus abſtinentia Matth. 3
vitā agens. Quí à vulgari hominū frequētia ſeiunctus ac manens in ſoli-
tudine: forma fuit nō obſcura monaſticæ profeſſionis, in ſeceſſu à popu-

lo, aſperitatéq; veſtiũ & tenuitate victus, agẽdæ. ¶Quid & CHRISTI 6
referã diſcipulos, poſt ſuam ad apoſtolatũ vocationẽ cum eo diuerſatos
Matth.10 propemodũ ſecũdum diſciplinæ regularis ritũ & legem: in abdicatione
Lucæ.9 bonorũ temporaliũ, ſine eorũ ſolicitudine & cura, & miſſos ad prædicã-
dũ ſine ſacculo & pera & pecunia: quo expeditiores eſſent ad verbũ dei
annunciandũ populo? Nonne in hac ipſorũ ante domini noſtri paſſionẽ
cõuerſatione, quaſi in tabula quadã egregie depicta: legitur nõ obſcure
cõmendabilis inſtitutio religionis monaſticæ? ¶Sed & poſt acceptas ſpi 7
ritus ſancti primitias, largiter ipſis infuſas: inſtituerunt primi illi patres
ac principes eccleſiæ, apoſtoli, ſingulare viuendi genus: vt viuũ quoddã
Actuũ.4 exemplar, & primitiuã vitæ monaſticæ formã. quod profiteri volentes:
vendiderũt poſſeſſiones ſuas, & attulerũt precium ad pedes apoſtolorũ.
Inde diſtribuebatur ſingulis, pro vt cuique opus erat: nec quiſq; aliquid
ſuum eſſe dicebat: ſed erãt eis omnia cõmunia. Videmus igitur, ſpiritus
ſancti magiſterio ac directione nõ modo approbatã: ſed & inſtitutã hãc
quæ in cœnobijs obſeruatur, in cõmunitate rerũ viuendi regulã. ¶Cæ- 8
terũ ad ſolidiorẽ huius & proxime præcedẽtis rationis corroborationẽ,
id magnopere cõducit: quod venerabilis pater Thomas Vvalden, carme-
litani ordinis decus illuſtre, in libro ſuo de ſacramẽtalibus, potiſſimũ ca-
pite octogeſimo tertio & octogeſimo quarto, pertractat de religionis mo
Viclefus. naſticæ inſtitutione. Quoniã enim Viclefus impius & religionẽ omnem
extinguere tentãs (vt nũc eius aſſecla facit Lutherus) inter cæteras cõtra
profeſſionẽ cœnobiticã cõtumelias, dixit ordines iſtos religionũ mona-
ſterialiũ eſſe aduẽtitios & ab homine puro factitios: adijciẽs, amplius q̃
trecẽtis poſt CHRISTVM annis, religionẽ monachicã ſumpſiſſe initiũ.
Thomas Vvalden. cõtrà hic veritatis aſſertor & propugnator acerrimus Thomas: in dictis
duobus capitibus præclare & luculẽter oſtẽdit, q̃ CHRISTVS omnẽ
religionũ monaſticarũ perfectionẽ primus inſtituit in euãgelio: omnẽq;
regularẽ diſciplinã inuenit, atq; in ſeipſo tenuit, ſuiſq; diſcipulis eandem
tenendã impoſuit. Siquidẽ obedientiã illis ſeruandã mõſtrauit: cũ cuiq;
Ioannis.1 eorũ dixit. Sequere me. Quod nõ tantũ de greſſu corporis: ſed & de men
Matthæi.9 tis affectu & morũ imitatione, intellexit. Paupertatẽ vero: cũ iuſſit q̃ ni-
Matth.10 hil in via tollerẽt. & ad perfectionẽ tendẽti perhibuit vendenda eſſe om-
Matth.19 nia & danda pauperibus: ſeq; in perfectionis via ſequendũ. Continentiã
Ibidem. vero & cælibatum edocuit à ſuis obſeruandũ: cum tertiũ eunuchorũ ge-
nus propoſuit: ſpontanee capeſſendũ. Itaq; diſcipuli cũ ipſo domino no-
ſtro cõuerſãtes: ipſum vt patrem imitati ſunt in his & alijs religionum
inſtitutis, orationis aſſiduitate, vigilijs, prędicatione verbi dei, & cæteris
ſpiritualibus exercitijs. Quæ à CHRISTO vt primo fonte exuberan-
ter primũ manarunt: & in quoſcũq; poſteri temporis religioſos placido
decurſu profluxerunt. vt de eius plenitudine omnes monaſticarũ regu-
larũ patres poſtea acceperint: quiſq; quod ſuæ inſtitutioni & diſciplinæ

9 videbatur accommodũ. ¶Inſuper ediſſerit idem probatiſſimus author
in loco ſupra dicto: q̃ in ipſo euãgelio CHRISTVS duos diſtinxit ho-
minum ordines, perfectorũ ſcilicet: quibus conſilia euãgelica propoſuit
cuſtodiẽda: ad propinquiorẽ vitæ cæleſtis imitationẽ, & hic religioſorũ
eſt ordo. & imperfectorũ minúſq; ſpiritualiũ: quibus cõſtituit hãc viuen
di regulã. Si vis ad vitã ingredi: ſerua mandata. & is erat ordo turbæ po Matth.19
pularis atq; plebeiæ. Hanc autẽ diſtinctionẽ duplicis ordinis, in euãge-
lio inchoatã: apoſtoli quoq; continuarũt, poſt miſſionẽ ſpiritus ſancti in
fideles. Nam ipſi cũ ſacratiſſima virgine MARIA & cęteris mulieribus
religioſis, obſeruarũt ordinẽ illum perfectorũ: perſeuerãtes in oratione Actuũ.1
cõmunitatẽq; vitæ ſeruantes cũ ijs qui abdicatis ſuis bonis voluerũt illo- Actuũ.4
rum diſciplinæ ſe addicere. ita q̃ à cõuerſatione beatiſſimæ dei matris &
apoſtolorum in cœnaculo: traducta eſt deinceps ſchola religionis perfe-
ctorum in monaſterijs. Et hanc regulã apoſtolicam (non quidẽ, quã ipſi
primũ inſtituerunt: ſed quã à CHRISTO inſtitutã ipſi continuarũt, &
alijs implendã tradiderũt) obſeruarũt ad vnguẽ ſancti illi fideles & pau-
peres, cõmorantes in Hieruſalẽ: pro quorũ ſuſtẽtatione curauit beatus
Paulus collectas fieri in eccleſijs, vbi verbum domini annunciauit. vt ex Roma.15
multis ſuarũ epiſtolarũ locis conſtat. Eodem vero tẽpore, ordinẽ minus 1.Corin.16
perfectorũ tenuerũt fideles ex gentibus cõuerſi: quibus nulla imponebã 2.Corin.8
tur ab apoſtolis onera, niſi vt abſtinerẽt à fornicatione, ab idolothitis, à & 9.
ſuffocato & ſanguine: cũ obſeruatione pręceptorũ dei, quæ cuiq; ad ſalu Gala.2
tẽ ſemper fuit neceſſaria. Deinde hãc perfectionis diſciplinã, in pauper- Actuũ.15
tate, caſtitate & obedientia tenendã: traduxit beatus Marcus euãgeliſta
(vt ſequens latius explicabit ratio) ab illis pauperibus hieroſolymitanis
ad Alexãdrinos, perfectiore adhuc ſãctitate & auſteriore viuẽdi genere:
q̃ apud hieroſolymas habebatur. Ab illis vero deinceps & eremitæ cele-
berrimi atq; frequẽtiſſimi in partibus Ægyptijs profluxerũt: & in diuer
ſis mũdi plagis religiones monaſticæ, magno cũ ſalutis prouentu demũ
ſunt deriuatę. Quorũ omniũ fons, origo & principiũ, fuit ipſe dominus
noſter: primus religioſæ (quę ad perfectionẽ tẽdat) vitę inſtitutor in euã-
gelio, & integerrimus obſeruator. Hæc omnia diffuſe pertractat, & ſoli-
diſſimis cõprobat teſtimonijs in loco prius citato, idem grauiſſimus au
thor & alia longe præclariora. Quinimo per totũ nonũ illius operis titu
lũ (qui ab octogeſimo tertio capite: cõtinue ad nonageſimũ ſecundũ vſq;
caput protẽditur) omnes Viclefi calũnias & contumelias contra religio-
nem monaſticã vibratas, fortiſſime retundit ac confutat. Et totus itidẽ
ille locus per decem extentus capita: refutandæ etiam Lutheranæ im-
10 pietati, hic cõtra religiones debacchãti: eſt maxime accõmodus. ¶Præ-
terea. circa ipſam primitiuæ eccleſiæ originẽ, fuit à beato Marco euãge
liſta, inſtituta eccleſia apud Alexandriam Aegypti: apoſtolicæ formæ
à beato Luca in actibus apoſtolorũ deſcriptæ & modo adductæ, cõfor- Actuũ.4

mis, magnáq; affinitate reſpondens. Cuius, viuendi normam ac ritum
Philo. miris extollit laudibus Philo Iudæus: quemadmodũ liquido cõſtat ex
Euſebius. ipſius teſtimonio, per Euſebium Cęſarienſem in eccleſiaſticæ hiſtoriæ li
bro ſecundo, capiteq; decimo octauo ex libris eiuſdem Philonis adduc
to. Vbi ſanctæ illius eccleſiæ Alexandrinæ mores & victũ deſcribens:
abdicationẽ facultatũ ſuarum omnimodã, quam faciunt qui illius vitæ
conſortio ſe addicunt, enarrat: ſequeſtrationémq; ipſorum à cõmuni ho
minum contubernio. Deinde auſteritatem victus eorũdem, admirandã
potius q̃ imitandã refert: continuataq; in multos dies ſine cibi & potus
ſumptione ieiunia. perpetuã inſuper à vino & carnibus abſtinentiam:
vſumq; ſolius aquæ ad potum, & panis cum ſale vel hyſſopo ad cibum.
Demũ illorũ cælibatũ & expertem omnis maritalis congreſſus tum vi
rorum tum fœminarũ pudicitiam cõmemorat: & alia nonnulla, ad ſanc
tæ illius congregationis cõmendationẽ plurimũ facientia. Quę omnia:
in prædicto eccleſiaſticæ hiſtoriæ loco, non minus elegãter q̃ copioſe re
citata leguntur. Ecce in ipſo legis euangelicæ veſtibulo & exortu admi
rabile vitæ genus: in ſegregatione à publica hominũ frequentia, in ieiu
niis & ſingulari victus parſimonia, in cælibatu ac caſtimonia: perſimile
omnino cœnobiticæ obſeruationi, vt ad illius Alexandrinæ inſtitutio
nis exemplum videatur hæc monaſtica profeſſio efformata. ¶ Denique
beatus pater Dionyſius Areopagita, circa nouæ legis exordium inſigni
doctrina & vitæ ſanctitate refulgens, apoſtoliſq; contẽporaneus (vt qui à
Cap. 5 ſancto Paulo apoſtolo, ex tenebris gentilitatis ad veræ fidei lumen con
uerſus fuerit: quẽadmodũ in primo libro diffuſius eſt declaratum) in li
bro ſuo de eccleſiaſtica hierarchia, capite ſexto, differens de initiandorũ
ordinũ triade: primũ eorum locum dicit obtinere monachos, his verbis.
Dionyſius. Porrò initiandorũ omniũ excellentior ac ſublimior ordo, monachorum
eſt ſancta diſtinctio: expiatione omni, tota virtute atq; exactiſſima ſuarũ
operationũ caſtitate, mũdata. omnis item (quantũ ſibi licet inſpicere) ſa
cræ operationis ſpiritualiter ſpeculatrix & particeps facta: põtificúmq;
cõſummãtibus virtutibus tradita. Et paucis interiectis: ſubtexit. Vnde
ſancti præceptores noſtri, diuinis eos appellationibus ſunt proſecuti:
partim terapeutas, id eſt cultores, à ſyncęro dei famulatu atq; cultu: par
tim monachos, ab indiuidua & ſingulari vita, appellantes. vt quæ illos
ſanctis diuiſibilium complicationibus: in diuinã & deo gratam mona
dem perfectionemq; promoueat. Hæc Dionyſius. Deinde paulo poſt
eodẽ loco myſteriũ monaſticæ conſummationis ex apoſtolico ritu tum
obſeruari ſolitũ, modumq; quo tũc fieri ſolebat monachalis profeſſio,
adaperit: & quid ſpiritualis intelligentiæ cõtineat tale myſterium, præ
clare ac late depromit. Ex quo loco manifeſtum ſumitur argumentum:
monachorum ordinem & ſtatum, circa primordium nouæ legis atque
apoſtolorum tempore fuiſſe, magnóque in precio tum eſſe habitum.

Idem etiam ſacratus pater Dionyſius inter epiſtolas ſuas vndecim, vnã
ordine octauam ſcribit ad Demophilum monachum: plenã ſalutaris do
ctrinæ, atq; ad manſuetudinẽ, benignitatẽ & humilitatẽ exemplo IESV
CHRISTI & ſanctorũ patrum, exhortatoriã. Ex qua liquidũ eſt, ordi
nem monachorũ fuiſſe iam inſtitutum in exordio eccleſiæ: cuius ordinis
12 profeſſionẽ Demophilus ille ſuſceperat. ¶ Poſtremũ. Paulo poſt tempo
ra apoſtolorũ, cum adhuc fortiſſimorũ CHRISTI athletarũ ac marty
rum effunderetur ſanguis, & deinde poſt cõſummata eorum certamina:
mira ſanctitate emicuerunt eremitæ, mundi contemptores, relictis vrbi
bus incolentes deſerta, cauernas & ſpeluncas. vtpote ſanctus Hilarion Hilarion.
in Syria: cuius vitã admirabilem conſcripſit beatus Hieronymus. Pau- Paulus
lus primus eremita: Hieronymiano etiã eloquio illuſtratus & poſterita eremita.
ti cõmendatus. Sanctus etiã Antonius, clariſſimus Ægypti ſplendor: cu Antonius.
ius acta, mores & felicem exitũ ſcripſit Athanaſius epiſcopus Alexan
drinus, illi coætaneus. Præterea Macharius, & alij innumeri: contẽpto Macharius
mundo angelicã in terris vitam agentes. quorũ ſingularem ſanctimoniã
vitæq; auſteritatem, Heraclides Bithiniæ epiſcopus literariis tradidit Heraclides
monumentis: in libro quem paradiſum appellauit. & quorũ etiã memi
nit Caſſianus in ſuo libro de inſtitutis monachorũ, & de collationibus Caſſianus.
patrum. Hi autem omnes, monaſticæ vitæ formam quandã manifeſte
præ ſe tulerunt & explicuerunt: in ipſo mundi contẽptu, auſteritate vi
uendi, ieiunijs, abſtinẽtijs, caſtitate & diuitiarũ abiectione. vt ex eis vi
deatur quodã modo, & ſecũdo quidem loco, poſt CHRISTI ſcilicet &
apoſtolorũ diſciplinã (quæ prima iecit cœnobiticæ vitæ fundamenta in
noua lege, vt dictum eſt) deducta monaſtica inſtitutio: in cõmuni ſocie
tate ijſdémq; ſub tectis degens & victitãs. Anachoriticã igitur ſeueritа
tem atq; aſperitatẽ probans: non poteſt monaſticã improbare, vt arborẽ
ex ea radice cõſurgentẽ: & tanq̃ riuũ ex illo lympido fonte profluẽtem.

¶ Excellentiam ſanctitatis & doctrinæ eorum qui ordines
monaſticos inſtituerunt: magnam arguere cœnobiticæ vi
tæ dignitatem & perfectionem. Cap. VI.

SOlent quidem primi vrbiũ conditores, ſplendore vir
tutum ſuarum, rerúmq; geſtarũ gloria: magnã afferre
cõditis à ſe vrbibus cõmendationẽ & laudem. vt tanto
præclarior vrbs aliqua habeatur: quanto præſtantior
claritudine nominis fuerit, qui eam primus cõdidit.
Haud aliter & eximia vitæ ſanctimonia illuſtriſq; do
ctrina eorũ, qui regulas cœnobiticæ inſtitutionis primi ordinarunt: le
géſq; tulerũt, quibus in eo vitæ genere, ſancte religioſeq; viuatur: nõ mo
dicã affert dignitatẽ & authoritatẽ monaſticæ profeſſioni. vt eo debeat
haberi cõmẽdatior & auguſtior, quo excellẽtiores eruditione & virtute
fuerũt: qui eã tanq̃ rerũ publicarũ legiſlatores certis legibus ac regulis

Basilius.

Chrysosto-mus.

Hieronymus.

Augustinus.

Benedictus

Gregorius.

Dominicus Frācisc̃us.

Thomas Aquinas.

institueruñt. ¶Inter quos primo fere loco post tempora apostolorũ emi- 1
cat magnus ille Basilius Cęsariẽsis episcopus: doctrina Christiana & sanctitate vitæ clarissimus. qui regulam composuit monastici ordinis directricem: qua procul à seculi procellis in arctitudine claustri vita transigatur. Præterea de institutis monachorũ egregium opus & singulare idem contexuit: quod à viris eruditissimis & pie in deũ affectis plurimũ commendatur. ¶Cui contẽporaneus & magna familiaritatis necessitudine 2
coniunctus Ioannes Chrysostomus: tres ædidit libros admodũ præclaros contra vituperatores vitæ monasticæ, reliquis operibus eius annexos & insertos. Ex quorũ lectione liquido constat: & ea tempestate (iam ferme duodecies centũ fluxerũt anni) fuisse sacrilegos cœnobiticæ obseruationis calũniatores: qui eam grauissimis insectati fuerint maledictis, & acerba vituperatione sugillarint. ne existimet Lutherus: se primũ esse huius impietatis cõmentorem & machinatorem. cognoscãtq; iam olim sanctorũ patrum scriptis confutatã esse tantam improbitatẽ: quam tot ante seculis damnatam, hac ætate resuscitare atq; in auras reuocare, nequicq̃ conatur. ¶Beatus item Hieronymus, splendidũ ecclesiæ catholi- 3
cæ iubar: & regulam monasterialis institutionis compegit, & opusculũ de laude vitæ monasticæ conscripsit, eamq; in compluribus suis epistolis magna laude frequens prosequitur: quã etiam ad finem vsq; vitæ suæ in solo Bethleemitico duxit. ¶Circa eadem quoq; tẽpora, beatus Au- 4
gustinus in Africa post susceptũ baptisma, vitã ante pontificatũ egit secundum apostolorũ institutũ & legem: quæ monasticæ vitæ archetypus est, & forma primaria. Insuper & regulam viuendi suis fratribus tradidit: quã, declinantes turbam hominũ & in monasterio agentes, seruarẽt. ¶Ad hæc, Beatus Benedictus monachorũ pater celeberrimus, mundi 5
contemptor & aspernator opum: certã itidem viuendi in monachica disciplina legẽ suis alumnis constituit. quã postea amplexati sunt q̃plurimi: per totũ pene orbem fœcunda fœtura dispersi. vt & beatus Gregorius virtute & doctrina sacra eximius: ante susceptã sedis apostolicæ moderationẽ, legatur relicto seculo hanc viuendi regulam fuisse professus. Qui & per totũ secundũ suorum dialogorũ librum: vitã admirabilem & miracula plurima eiusdẽ sancti patris Benedicti diffuse recẽset. ¶Cũq; 6
exactis annorũ nõ paucis curriculis totus fere mũdus inerti vitiorũ premeretur veterno, & ingẽti colluuie exundaret in eo iniquitas: diuina vocatione accíti sunt sancti Dominicus & Franciscus, ad excitandos homines è graui sopore peccati: religionémq; sacrã fratrũ prædicatorũ & minorum erexerunt. quæ in paupertate diuitiarũ abiectrice deo militaret: verbúmq; domini assidua prædicatione disseminaret in populo. ¶Quos subsecutus beatus Thomas Aquinas, tanq̃ stella matutina: 7
doctrinæ & sanctitatis claritate mirifice emicuit. atque inter plurima literaria monumenta, quę posteritati reliquit: etiã librum contexuit sin-

gularem contra impugnãtes religionẽ. In quo validissimis sacrarũ literarum sanctorũq; patrum testimonijs elidit, eneruat & dissoluit improborum quorũdam rationes: quibus ea tẽpestate oblatrarunt in religionem monasticã. Nam & tunc nõnulli impietatis spiritu exagitati, more Cerberi trifaucis horrendos ædiderũt latratus in monachicæ disciplinæ constitutionẽ. quorum ora sacrilega compressit opere illo luculento sanctus Thomas: fortissimus religionis monasticæ propugnator. Quod sane opus, & ad contundendã Lutheri insaniã (qui toties condẽnatã hanc impietatem, instituta vitæ monachalis improbantẽ: infausto molimine nititur rursum in lucẽ excitare) magnopere conducit, & appríme est vti- 8
le. ¶Taceo præterea sanctũ Bonauenturam, Franciscanæ regulæ obser- Bonauen-
uantissimũ: miróq; fulgore doctrinæ & virtutis rutilantẽ. Qui etiã con- tura.
tra monasticæ religionis improbos hostes, potissimũ in paupertatẽ cœnobiticã ora impia laxantes: duos composuit libros insignes. vnum, de paupertate CHRISTI, inscriptũ. & alterũ: apologiã pauperũ. In quibus, ipsam paupertatẽ: pie, religiose & argute tutatur. Omitto & beatũ patrem Bernardum, Cistercienſis ordinis sidus clarissimũ: & in sancta Bernardus
dei ecclesia coruſco doctrinæ sanctitatisq; splendore præfulgentẽ. ¶Præ- 9
tereo & Carthusiani ordinis & Cælestinorũ patres authores, primósq; institutores: in laudabili vitæ austeritate, arctitudinéq; monasterij salutarem militiã meditatos, qua & fugiatur seculũ, & mundus omniquaq; contẽnatur. Prætermitto demũ & reliquos, cæterorũ monasterialis vitæ modorũ fundatores primarios: quos omnes, operosum esset & prolixũ, singillatim recẽsere. Ex his itaq; manifeste liquet: religionem monasticã probatissimos habuisse authores & patronos, sanctitateq; vitæ cõmendatissimos. vt eo cognoscamus argumento: eam plane haberi debere sanctam, deóq; placentẽ & acceptissimã. ¶His omnibus insuper accedit cu- 10
iusq; horum ordinũ monasticorũ publica approbatio: per sedem apostolicam diuerso tẽpore (vt ipsa rei expostulabat oportunitas, oblataq; occasio) facta, & à tota ecclesia per tot seculorũ interualla ac spacia: receptus illorum vsus. Per quẽ sane cõsensum publicũ, tãto annorũ curriculo toti populo Christiano notissimũ, magnũ accrescit robur & authoramentũ huic monachalis obseruantiæ professioni: solidissimas vires, ex summorum pontificũ authoritate, totius ecclesię approbatione, cõmuniq; Christiani populi consensu, iã assecutæ. Quocirca quisquis verbo aut scripto improbat has sacras viuendi leges, tãto firmatas robore: & apostolicę sedi rebellis esse cõuincitur, & ecclesiæ sanctæ aduersus, atq; oblatrator in id quod cõcordi omniũ assensu iã olim est probatũ. Quinimmo idẽ, & antitheus est, deóq; cõtrarius: non tã in homines q̃ in deũ bella ciens, pugnamq; mouens. cũ id vitæ institutũ demoliri & destruere nititur: quod deus cõstruxit & erexit sãcti spiritus occulto afflatu, dũq; illud dei opus 11
impedire laborans: plane illi repugnat & obluctatur. ¶Vnde & persi-

milis esse dinoscitur monachicę disciplinæ criminator & sugillator: feris illis & barbaris gẽtibus, quæ indolẽtes templũ domini in Hierusalẽ re-
1. Esdræ. 4 ædificari ab ijs qui reuersi fuerant de captiuitate Babylonica: per falsas & subdolas ad regem Persarũ delationes conati sunt impedire operis illius consummationẽ. & aliquot etiam annis impediuerunt: ne cœpta ad exitum perduceretur ædificatio. Verum quemadmodũ illi Iudæorum
1. Esdræ. 5 & 6. æmuli: non omnino præualuerũt in finem. nam benigno Darij Persarũ regis indultu, necnõ & iussu: intermissa diu templi illius Hierosolymitani cõstructio, demũ absoluta est & completa. Ita nec maledicus obtrectator (quisquis fuerit) in sanctã religionis monasticæ institutionẽ: assequetur vnq̃ improbi voti sui expletionem, vitæ scilicet cœnobiticæ exterminium, quantũlibet repugnare deo laboret. Nam magnificũ hoc opus disciplinæ monasterialis, quod inchoauit deus & hactenus conseruauit: ad finẽ vsq; custodiet integrũ & incolume, virtutéq; potẽti dexteræ suæ proteget contra omnes inimicos eius. ¶ Quã ob rem aut insania mentis agitatũ cæcóq; furore Lutherum crediderim, aut satanico percitũ œstro: cum in suo (quẽ nunc confutandũ suscepimus) libro, ita inter cætera scri
2 bit. Propter hanc vel solam abominationẽ (quia scilicet sancti patres aliter interpretantur locos aliquot scripturæ, ante à se adductos: q̃ ipse velit eos interpretari debere. quæ certe abominatio non est: sed veritas) era-
2 dicata, extincta, abolita cupio (sicut & oportuit) vniuersa monasteria.
2 Quæ & vtinã (ereptis Loth & filiabus suis: de medio eorum) dominus
2 igne & sulphure cælesti ad exemplum Sodomæ & Gomorræ demerge-
2 ret in profundũ, vt ne memoria quidẽ eorum supereesset. neq; enim satis
2 fuerit: illis anathema imprecari. Hæc Lutherus. Quæ quidem verba, vesani hominis esse videntur: aut rabie quadam horrida maledicendi ijs quæ sancta sunt & sacra, concitati. Et quãuis illa, nequaq̃ confutatione immo nec recitatione digna sint: hic tamen eadẽ adducta volui, vt ex limbo vestis de tota tunicæ qualitate & textura dijudicent homines: & ex vngue (vt aiunt) leonem agnoscãt. Vtq; ex modica libri portiuncula: de toto libro (qui prolatæ modo particulæ haud dissimilis est) iudicium ferant. perinde atque modica fellis degustata parte: totius amarorem tetrumq; saporem possunt omnes facile deprehendere.

¶ Tres virtutes, circa quas vota cõsistunt monastica: tribus præcipuis vitijs humano generi maxime noxijs aduersari, & tribus etiam libere deo seruiendi impedimentis. Cap. VII.

INnotescit etiam cœnobiticæ professionis dignitas & cõmendatio non mediocris, ex amplissimo salutis animarum prouentu: quẽ consequuntur, qui exacte & ad vnguem illam custodiunt. Enimuero cum tria sint præci-1
pua scelerũ genera: quibus hostis antiquus animarum nostrarum castra oppugnat, & q̃plurimos in hac mũdi

arena palestráq; prosternit humi: vtpote superbia, auaritia & luxuria, iuxta illud beati Ioannis in prima sua epistola canonica verbum. Omne quod est in mũdo: concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorum, & superbia vitæ. quæ non est ex patre: sed ex mundo est. Illis autẽ tribus peccatorũ generibus, sua opponunt signa & ex diametro aduersantur tria illa præcipua vota: quibus monastica religio præsertim innititur. Nempe superbiæ cõtraria est obedientia: qua religiosus per humilitatem, suam abdicat voluntatẽ. Auaritiæ vero, aduersa est paupertas cœnobitica: resecans omnẽ priuatæ possessionis cupiditatem & affectũ. Deniq; luxuriæ opposita est castitas: reprimẽs effrenem carnis libidinẽ, & omnem vitæ incontinentiã. Sicut igitur per tria illa vitia militant homines in castris satanæ, mundũq; sequuntur & eius concupiscentias: ita quoq; per tres illas virtutes, ad quas exercendas voto se obstringunt religiosi: abducuntur addicti monasticæ professioni, à laqueis mundi, de-
2 bellãtq; antiquum serpentem, & traducuntur ad dei castra. ¶ Cæterum assignatur ab alijs eruditione præclaris authoribus: & altera ratio prędictorum trium votorũ, in professione monastica fieri solitorũ, & ea quidem: huiusmodi. Quemadmodũ in baptismo (quo homo per fidei religionem deo obligatur) quis peccato moritur: ita per votũ religionis monasticæ, profitens eam, non solum peccato sed & seculo moritur, vt soli postmodũ deo viuat in illo opere: in quo se deo ministraturũ per votum promisit & astrinxit. Sicut enim per peccatũ, animæ vita tollitur quam accepit in baptismo viuificata per fidem & gratiã: ita per occupationes importunas seculi, CHRISTI ministeriũ impeditur, vt non possit syncere deo impendi. Vnde ad Timotheũ scribens beatus Apostolus: ait. Nemo militans deo, implicat se negocijs secularibus: vt placeat illi cui se 2. Timo. 2
probauit. Ideo per syncerũ religionis votũ & abrenunciationem mundi, potissimum ea abdicantur & abnegãtur: quibus humanus animus maxime occupari consueuit & à diuinis obsequijs impediri, eo ipso quòd intricetur & irretiatur rebus huius seculi. Eorum autem quæ animũ hominis occupatum tenere solent & inuolutũ seculo: primum & principale est coniugium, dicente apostolo in prima ad Corinthios epistola. Vo- 1. Corin. 7
lo autem vos sine solicitudine esse. Qui sine vxore est: solicitus est quæ domini sunt, quomodo placeat deo. Qui autem cum vxore est: solicitus est quæ sunt mundi, quomodo placeat vxori, & diuisus est. Secundũ vero: est possessio diuitiarum terrenarũ. quemadmodũ perhibet dominus noster apud Matthæum. Solicitudo huius seculi & fallacia diuitiarum Matthęi. 13
suffocat verbum: & sine fructu efficitur. Et glossa exponens illud verbũ CHRISTI apud Lucam, conformis sententiæ. Quod autem in spinas Lucæ. 8
cecidit: hi sunt qui audierũt, & à solicitudinibus & diuitijs & voluptatibus vitæ euntes suffocãtur: & non referunt fructũ, ait. Diuitiæ etsi delectare videãtur, suis tamen possessoribus sunt spinæ: cum aculeis cura-

rum mentes eorum confodiant,quæ auide quæruntur & ſolicite ſeruan
tur. ¶Deniq; tertium retrahens nos à diuino obſequio libere ſyncæréq; 3
impendendo ei, cui omnia debemus: eſt propria voluntas. Nempe qui
ſuæ voluntatis eſt arbiter: ſolicitudinem habet anxiam de vitæ ſuæ gu-
bernatione, & quomodo eam tranſigat & ad finẽ vſq; quiete traducat.
ea vero ſolicitudo mẽtem diſtinet:ne omnino feratur ad deum. Proinde
ſalutare nobis adhibetur conſilium per ſacrarum literarum authores:
vt noſtri ſtatus diſpoſitionẽ diuinæ prouidentiæ committamus. quem-
1.Petri.5 admodum per beatum Petrum in prima ſua epiſtola:his verbis. Humi-
liamini ſub potẽti manu dei,vt vos exaltet in tempore viſitationis: om-
nem ſolicitudinem veſtram proijciẽtes in eum,quoniam ipſi cura eſt de
Prouer.3 vobis. Et per Sapiẽtem in prouerbijs. Habe fiduciam in domino ex to-
to corde tuo,& ne innitaris prudentiæ tuæ. Rurſum per Tobiã ſenio-
Tobię.4 rem,hoc ſalubre documentum dantem filio ſuo. Omni tempore bene-
dic deum,& pete ab eo vt vias tuas dirigat:& omnia cõſilia tua in ipſo
permaneãt. Deniq; per prophetã in pſalmo:hoc memorabile monitum
Pſal.54 cuiq; noſtrum inculcantem. Iacta in dominum curam tuam, & ipſe te
enutriet:& non dabit in æternum fluctuationẽ iuſto. Hanc ob rem per-
fecta religio monaſtica triplici voto conſecratur: tanq; antidoto efficaci
& remedio præſentaneo,cõtra hęc tria integre deo ſeruiendi impedimẽ-
ta. vtpote voto caſtitatis:per quod abrenunciatur coniugio. voto itidem
paupertatis:per quod valedicitur diuitijs. & demum voto obedientiæ:
per quod abnegatur propria voluntas. ¶Porrò per hæc tria vota:homo 4
ſacrificium offert deo de omnibus bonis ſuis. Nempe per votum caſti-
tatis:exhibet deo in hoſtiam & oblationem,corpus proprium,ſecũdum
Roma.12 illud beati Pauli ad Romanos verbum. Exhibeatis corpora veſtra ho-
ſtiam viuentem, ſanctam, deo placentem. Per votum autem pauperta-
tis:ſacrificium deo facit de exterioribus ſuis bonis. de quo ſacrificij ge-
Roma.15 nere:ſcribit apoſtolus ad Romanos. Obſequij mei oblatio: accepta fiat
in Hieroſolymis,ſanctis. Per votũ vero obedientiæ:immolat homo deo
Pſal.50 ſacrificiũ ſui ſpiritus & animi. de quo diuinus pſaltes ait. Sacrificium
deo,ſpiritus contribulatus:cor contritum & humiliatum deus non de-
ſpicies. Nec ſolum ſpirituale ſacrificium, per hæc tria domino offertur
ab eo,qui in profeſſione vitæ monaſticæ ad prædicta vota ſeruanda ſe
obſtringit:ſed etiam holocauſtum myſticũ,quod erat in veteri lege inter
omnia oblationum genera potiſſimum,deoq; acceptiſſimũ. Quod atte-
Gregorius ſtatur beatus Gregorius:ſuper Ezechielem dicẽs. Cum quis ſuum ali-
quid deo vouet,& aliquid non vouet:ſacrificium eſt. Cum vero omne
quod habet,omne quod viuit,omne quod ſapit,omnipotenti deo voue-
rit:holocauſtum eſt. Hæc ille. Atqui religioſus ſubiens vitæ cœnobiti-
cæ diſciplinã,omne quod habet:vouet deo,per paupertatẽ. omne etiam
quod viuit:eidem vouet per caſtitatem,corpus ſuũ(in quo naturæ vita

conſiſtit)deo per ſanctimoniã conſecrans. demum omne quod ſapit:deo
itidem vouet per obedientiã,animum ſuum(qui ſedes eſt ſapientiæ)de-
dicans deo,per propriæ voluntatis abdicationem. Is igitur ſpirituale in
illa ſua profeſſione offert holocauſtum, oblationẽq; perfectam & ho-
ſtiam conſummatã deo,in odorem ſuauitatis:nihil ſibi ipſi reſeruans.

¶Obedientiam,paupertatem & caſtitatem,trium votorum
monaſticorum materiã: ſacræ ſcripturæ & ſanctorum pa-
trum teſtimonio,ſolide comprobari. Cap. VIII.

PRædictis & illud non immerito ſuperaddendum eſt:
tres ante nominatas virtutes,obedientiã,paupertatem
& caſtitatem(in quarũ voto & exercitio:tota monaſti-
cæ perfectionis ſumma conſiſtit) ex ſacris eloquijs &
euangeliorum authoritate,necnon grauiſſimis ortho-
doxorum patrum ſententijs:ſuum etiam deſumere ro-
1 bur & ſtabilimentũ. ¶Siquidem obediẽtia(quæ primum ſortitur inter
eas locum:quòd radix virtutum omniũ & mater,ſit humilitas)inſinua-
tur eſſe via perueniendi ad CHRISTVM: atq; cõmendatur his domi-
ni verbis. Si quis vult venire poſt me: abneget ſemetipſum,& tollat cru- Matth.16
cem ſuam,& ſequatur me. Quæ autem verior aut integrior ſui abnega-
tio aſſignari poteſt:q; abdicatio proprię voluntatis,& illius propter deũ
ad alterius arbitrium ſubiectio? Nihil enim omniũ,magis propriũ no-
bis eſt & ſingulare:quàm noſtra voluntas. quam cum abnegamus,& in
alterius conſtituimus arbitrio:perfecte & ſyncære noſipſos abnegamus.
noſtrámq; tollimus crucem: quantũuis grauia nobis patrum monaſti-
corũ præcepta ferentes modeſte, & prompte exequẽtes. ſequimur iden-
tidem in eo ipſo opere per rectam virtutis ſemitã CHRISTVM:qui fa
ctus eſt pro nobis obediens patri vſq; ad mortem, mortem autẽ crucis. Philip.2
Eandem quoq; virtutem capeſſendã eſſe admonet dominus: dicẽs apud
Lucam diſcipulis ſuis,& per eos:quibuſcunq;,aliorũ directioni præpo
ſitis. Qui vos audit:me audit. & qui vos ſpernit: me ſpernit. Cui ſenten- Lucæ.10
tiæ euãgelicæ accedens Bernardus: in libro de præcepto & diſpenſatio-
ne ait. Obedientia quæ maioribus debetur:deo exhibetur. Quãobrem Bernardus
quicquid vice dei præcipit homo:omnia accipienda ſunt,ac ſi præcipiat
deus. Rurſum in euangelio dominus de ijs qui authoritate alijs præ-
ſunt,vitam tamen agunt ſceleratã:ait. Omnia quæcunq; dixerint vobis, Matth.23
ſeruate & facite: ſecundũ opera vero eorum nolite facere. Dicunt enim:
& non faciunt. Quòd ſi illis obediendũ eſt maioribus:qui recta quidem
dicunt,& eadem opere non complent. quanto magis illis:qui præcipiũt
bona & proba opera,atq; eadem etiam agunt? Præterea beatus Hiero-
nymus ad Ruſticum monachum ſcribens: eiuſdem virtutis amplecten-
dæ ſalutare tradit documentũ, dicens. Prepoſitum monaſterij timeas vt Hieronymus.
dominũ:diligas vt patrem. Credas eſſe ſalutare:quicquid ille præcepe-

rit. Nec de maioris sententia iudices: cuius officiũ est obedire, & imple-
Deute. 6 re quæ iussa sunt, dicente Moyse. Audi Israël & tace. Demum cõsonat
Hebrę. 13 his & beatus Paulus: ita scribens ad Hebræos. Obedite præpositis ve-
stris: & subiacete illis. Ipsi enim peruigilant: quasi rationem pro anima-
bus vestris reddituri. ¶Sed nunc exemplis propositam commẽdemus 2
obedientiæ virtutem, & monstremus quid fructus suis attulerit cultori
bus obedientia: atq; ex opposito, quantum iacturæ multis ingesserit in-
Roma. 5 obedientia. In primis dominus noster factus (vt dictũ est) obediens pa-
tri: totum reparauit genus humanum, instaurauitq; ad vitã. quod pro-
Gene. 3 toplastus diuino inobediens præcepto secũ pręcipitauerat atq; prostra-
Gene. 22 uerat in mortem. Abraam itidem dei iussioni obtemperans, filiúmque
dilectum paratus immolare: benedictionem à domino obtinuit & pro-
pagandi seminis sui repromissionem. Contrà vero Saul in subuersione
1. Regũ. 15 Amalechitarum obsurdescens ad dei pręceptum & illud præuaricatus:
4. Regũ. 5 regio deiectus est solio, factúsq; reprobus. Rursum Naaman Syrus vo-
ci propheticæ tandem obsecutus, ad modestam seruorum suorum sug-
gestionem: cum septies in Iordane se ablueret, mũdatus est à lepra. Po-
pulus vero Israëliticus sæpius deo rebellis & ad obmurmurãdum pro-
Numeri. 11 pensus, immo & ducem sibi constituere conatus vt reuerteretur in Ae-
Numeri. 14 gyptum contra diuinam constitutionem: plurimis eisdemq; grauissimis
Hiere. 35 plagis in deserto est afflictus. Præterea filij Ionadab de domo Rechabi-
tarum, quoniam paterno obsecuti præcepto abstinuerunt à potu vini:
benedictionem à deo consecuti sunt, atq; promissionem continuæ in sua
3. Regũ. 13 posteritate successionis. E diuerso prophetes ille missus ad increpãdum
Hieroboam regem Israel, quia eo in loco comedit & bibit, quod sibi à
3. Regũ. 19 domino fuerat vetitum: à leone in via strangulatus est. Quid Heliseum
itidem domini prophetam cõmemorem? qui pallio Heliæ humeris suis
imposito, prompte vocãtem secutus: demum & ipsum sui magistri pal-
4. Regũ. 2 lium & duplicem eiusdem spiritum est consecutus. Neq; minorem ob-
Matth. 4 tinuere gratiam discipuli CHRISTI, per ipsum figurati: qui vocanti
domino obtemperantes, incunctanter adhæserunt. Cætera exempla (nã
cõplura supersunt) aliis perquirenda relinquimus: ¶Paupertas etiam, 3
secunda virtus, cui obseruandæ se voto obligant monasticæ institutio-
nis alũni: suum ex euangelicis verbis sumit fundamẽtum & põdus, vbi
Matth. 19 CHRISTVS dixisse legitur adolescenti. Si vis perfectus esse: vade &
vende omnia que habes & da pauperibus, & sequere me. Reddit enim
illa inclyta virtus expeditum hominem & promptum: vt sine impedi-
mento sarcinàq; diuitiarũ gressus mentis retardãtium, CHRISTVM
libere sequatur, pauperem pro nobis factum: contestatúmq; se non ha-
Matth. 8 buisse, cum hic vitã ageret, vbi caput reclinaret. Cuius paupertatem in-
spectãdam pariter & imitandã, nobis proponit beatus Paulus: cum ita
2. Corin. 8 scribit ad Corinthios. Scitis gratiã domini nostri IESV CHRISTI:

quoniam propter vos egenus factus est cum esset diues, vt illius inopia
vos diuites essetis. Rursum cõmendat vltroneam illam paupertatẽ quæ
in bonorũ terrenorũ abdicatione consistit, CHRISTVS: cum ait. Om- Matth. 19
nis qui reliquerit domũ, vel fratres aut sorores, aut patrem aut matrẽ,
aut vxorem aut filios, aut agros, propter nomen meum: centuplum acci
piet, & vitam æternã possidebit. Eandémq; voluit arcte obseruari domi-
nus noster à suis discipulis: cum eos misit ad prædicandũ euãgelium re-
gni, dicens eis. Nolite possidere aurum neq; argentũ, neq; pecuniam in Matth. 10
zonis vestris: non peram in via neq; duas tunicas, neq; calceamenta neq;
virgam. Dignus est enim mercenarius cibo suo. Quod quidem domini
institutũ vsqueadeo accurate sunt executi eius discipuli: vt de ipsis meri-
to dixerit beatus Iacobus. Audite fratres dilectissimi. Nonne deus ele- Iacobi. 2
git pauperes in hoc mũdo: diuites in fide & hæredes regni, quod repro-
misit deus diligentibus se? Astipulatur etiam prædictis scripturæ sacræ
testimonijs & beatus Augustinus: dicẽs in libro de ecclesiasticis dogma-
tibus, Bonum est, facultates cum dispensatione pauperibus erogare: sed Augusti-
melius est pro intentione sequendi dominũ, eas insimul donare, & absо nus.
lutum solicitudine cũ CHRISTO egere. Et merito hoc posterius, ibi-
dem melius esse dicitur: quãdoquidẽ à CHRISTO beati esse pauperes Matth. 5
spiritu prædicantur, quoniã ipsorum est regnum cælorũ. Et apud Lucã
ait dominus ad discipulos suos. Beati pauperes: quoniã vestrum est re- Lucæ. 6
4 gnum dei. ¶Cæterum quanta cõmendatione digna sit hæc virtus, & q̃
sublimem illum cõstituat apud deum, qui eam fuerit vltronee amplexa-
tus: non inutile fuerit hoc loco ex Chrysostomo audire. qui in homelia
quadragesima septima super Matthæum: ait. Si voluerís videre amãtis Chrysosto-
aurum, animã: quẽadmodũ vestimentũ à decem milibus corrosum ver- mus.
mibus, & nihil habens sanum: ita inueníes perforatã eam vndiq; à soli-
citudinibus, & à peccatis putrefactã, & ærugine plenam. Sed nõ anima
inopis voluntarij, talis est: sed fulget quidem velut aurum, splendet autẽ
velut margarita, floresćit autem velut rosa. Non est illic tinea, nõ est illic
fur: non est illic solicitudo vitæ huius negociorum, sed sicut angelus ita
conuersatur. Non subiacet dæmonibus, non assistit regi: sed assistit deo.
& non militat cum hominibus: sed cum angelis. Non habet thesaurum
terram: sed cælum. non indiget seruis: magis autem habet seruos posses-
siones, & cogitationes quæ rebus dominãtur. Quid igitur paupere hoc
melius est vnq̃? Pauimentũ deniq; habet cælum. Si autẽ pauimentũ ta-
le est: excogita tectum. Sed non habet equos & currum. Quid autem ei
opus est: qui super nube vehi debet & esse cũ CHRISTO? Hæc Chry- 1. Thessa. 4
sostomus. ¶At si quis fortasse dixerit, se paupertatẽ quidem capessere
libenter velle: nisi obstaret timor futuræ omniũ rerum penuriæ, defutu-
risq; demum victus & amictus ob extremam inopiam. Hunc vanũ timo
rem trepidámq; formidinẽ dissijcit Augustinus in opusculo de eleemo-

Augustinus. 3.Regũ. 17 Danie. 14 ſyna dicens. Helias in ſolitudine coruis miniſtrantibus paſcitur: & Danieli in lacu ad leonum prędam iuſſu regis incluſo, prandium diuinitus apportatur. Et tu metuis: ne operanti & etiã apud dominum promerẽti deſit alimentum, cũ ipſe in euangelio ad exprobrationem eorũ quorum Matth. 6 mens dubia & fides parua: conteſtetur & dicat. Aſpicite volatilia cæli, quoniã non ſerunt neq; metũt, neq; congregãt in horrea: & pater veſter cæleſtis paſcit illa. Nonne vos pluris eſtis illis? Volucres deus paſcit: & volucribus alimenta diurna præſtãtur. & quibus nullus diuinæ rei ſenſus eſt: eis nec cibus nec potus deeſt. & tu Chriſtiano, tu dei ſeruo, tu bonis operibus dedito, tu domino ſuo charo: aliquid exiſtimas defuturum? An eis terrena deerunt: quibus cæleſtia & diuina tribuuntur? Vnde hæc incredula cogitatio: vnde impia & ſacrilega iſta meditatio? Quid facit in domo dei: perfidũ pectus? Quid qui CHRISTO omnino non credit: appellatur & dicitur Chriſtianus? Hæc Auguſtinus. Sed nunc ad alia tranſeundũ. ¶ Demum caſtitas, tertia virtus, ad quam obſeruandam ſe voto aſtringũt religionis monaſticæ cultores: haud minus atq; reliquę duæ, ex ſacra ſcriptura accipit authoramentũ & robur, Matth. 19 vtpote ex illis domini noſtri verbis in euangelio, de tertio eunuchorum genere. Sunt eunuchi: qui ſe caſtrant propter regnum dei, cultro ſcilicet ſpirituali repreſſionis libidinum. Et ne quis arbitretur illud omnibus eſſe præceptum, ſed vltronee volẽtibus id arduum virtutis iter aggredi, conſilium: continuo ſubiungit. Q ui poteſt capere: capiat. Quod & beatus Paulus aperte teſtatur: ita ſcribens ad Corinthios. 1. Corin. 7 De virginibus, præceptum domini non habeo: conſilium autem do, tanq̃ miſericordiã conſecutus. Apoca. 14 Præterea in ſacra Ioannis deo dilecti diſcipuli viſione, qui cum mulieribus non ſunt coinquinati ſed virgines permãſerunt: dicuntur in præmium tantæ virtutis, ſine macula eſſe ante thronum dei, nouũmq; cantare canticum coram deo & agno, & agnum ſequi quocunq; ierit. Apud Eſaiam quoq; dominus eunuchis ſpontaneis & voluptatũ Eſaiæ. 56 carnis refrenatoribus, amplißimam repromittit mercedem: dicẽs. Et nõ dicat eunuchus: ecce ego lignum aridũ. quia hæc dicit dominus eunuchis. Qui cuſtodierint ſabbata mea, & elegerint quę ego volui, & tenuerint fœdus meum: dabo eis in domo mea & in muris meis locum, & nomen melius à filijs & filiabus, nomen ſempiternum dabo eis quod non peribit. Commendant inſuper eandem virtutem ſacri doctores, vt angelicæ vitæ æmulam: reddentẽmq; homines angelis dei propemodũ puri- Hieronymus. tate cordis & corporis perſimiles. Vt ſacer Hieronymus: in ſermone de aſſumptione beatæ MARIÆ virginis. Bene angelus ad virginem mittitur: quia ſemper eſt angelis cognata virginitas. Profecto in carne præter carnem viuere: non terrena vita eſt, ſed cęleſtis. Vnde in carne angelicam gloriã acquirere: maioris eſt meriti, q̃ habere. Eſſe enim angelum: felicitatis eſt. eſſe vero virginẽ: virtutis. dum hoc obtinere nititur cũ gratia: quod habet angelus ex natura. Vtrunq; tamen, & eſſe virginẽ, & eſſe angelum: diuini muneris eſt officium, nõ humani. Hæc ille. Cui reſpondet & beatus Ambroſius: in libro de viduis dicens. Supergreditur virgi- Ambroſius nitas conditionem humanæ naturæ: per quã homines angelis aſſimilantur. Maior tamen eſt victoria virginũ: q̃ angelorum. Angeli enim, ſine 6 carne viuunt: virgines vero, in carne triumphant. ¶ Conſonat eidem & beatus Bernardus in epiſtola ad Henricum archiepiſcopũ Senonẽſem: Bernardus. (quæ inter cæteras eſt quadrageſima ſecunda: & admodũ luculenta) cũ ait. Differunt quidem inter ſe, homo pudicus & angelus: ſed felicitate, nõ virtute. Sed etſi illius caſtitas felicior: huius tamen fortior eſſe cognoſcitur. Rurſum idem: in eodem loco. Quid caſtitate decorius? quæ mundum de immundo, conceptum ſemine: de hoſte domeſticum, hominem deniq; angelum facit. Iterum idem ſubnectit ibidem. Sola eſt caſtitas: quæ in huius mortalitatis & loco & tempore, ſtatum quendam immortalis gratiæ repræſentat, in qua nec nubẽt nec nubentur. Hæc ibi. Sanctus quoq; Cyprianus in libello de ſingularitate clericorũ, miris caſtitatẽ extollit præconijs, eo præſertim loco, in quo poſt enumerata grauiſſima & plurima incommoda, quæ ex contubernio clericorũ cum fœminis oboriuntur: ſubiungit. Tot itaque & tantas ſtrages calamitatis, & Cyprianus ſtrages peſſimæ conuerſationis nemo proſternit, nemo calcat, nemo funeſtat: niſi ſingularis caſtitas ſola. quæ munimen inuictum eſt ſanctimoniæ & expugnatio fortis infamię: fortitudinis firmitas, & laſciuię petulantis infirmitas, probitatis præſidiũ, & improbitatis excidium. animæ victoria, & corporis præda: vbertas gloriarũ & captiuitas criminũ. pronuba ſanctitatis, & repudium turpitudinis: ſyncæritatis indicium, & abolitio ſcandalorum. exercitium cõtinentiæ, & euacuatio tota luxuriæ: pax ſecura virtutum, & debellatio inquieta vitiorum. puritatis culmen & libidinis carcer, honeſtatis portus & ignominiæ naufragalis locus: virginitatis mater & hoſtis immunditiæ. Lorica pudoris & ſpolium probroſitatis: corruptionis exitium, murus rigoris & deſtructio vulgaritatis. ſeueritatis gladius triumphator, & diſſolutionis occiſor: armatura virium & exarmatura fluxarum. Hæc ille, & multo plura, continuo contextu ſubſequentia: in ampliſſimã caſtitatis pariter & virginitatis cõmendationem. Inſuper idem celeberrimus author (Cyprianum dico) in ſuo tractatu de habitu virginũ: cœtum virginalem & virorum & mulierum magnificis proſequitur laudibus, nitidumq; virginitatis candorem eximijs adornat titulis. Q ui totus admodum ſalutarẽ continet doctrinam: & lectu digniſſimus eſt. ¶ Demũ omitto de induſtria, cætera virginitatis præconia, & præclara ſane & inſignia: quę à beato Hieronymo contra Iouinianum, ab Auguſtino in libro de bono virginali, ab Ambroſio in libro de virginibus, & in alijs ſuis operibus: necnõ & cæteris celeberrimis authoribus copioſe & luculẽter edißerũtur.

¶Alias insuper cœnobiticas cõstitutiones: & sacris literis esse cõsentaneas, & animarũ saluti apprime cõducibiles. Cap. IX.

NEc solum tres prædictæ virtutes, circa quas præcipue consistunt vota monastica, ex diuinarũ literarum fontibus hauriuntur: sed & cætera vitæ monachalis instituta deprehenduntur magna concinnitate, sacrorum eloquiorum authoritati cõsonare, & ad expedite ambulandum in via domini, admodum cõducere. ¶Siquidem secretio illa & sequestratio à cõmuni hominum turba quã cœnobitæ in suis habent domicilijs, habitaculis & cõuersatione: magnam eis adimit materiam vitiorum, occasionésq; præcidit malorum, quibus cum graui plærunq; periculo salutis obijciuntur, qui diuersantur in seculo. Quippe cum defecerint ligna: extinguitur ignis, vt ait Sapiens in prouerbijs, & cum sublata fuerint fomenta peccatorum, que in ruinam præcipitare multos solent: haud magno negocio & ipsa succiduntur, deuitantúrq; peccata. Planum est autem, nõ tot & tantas offerri atq; ingerí malorum occasiones ijs qui monasteriorum occluduntur septis, & in solitudine quodam modo demorantur: sicut alijs qui in media hominũ turba vitam agunt. Haud sane dissimili modo, atq; non tantis agitatur fluctibus nauis, in longo recessu tutáq; portus statione quiescens: vti ea quæ medio in pelago procellosis pulsatur aquarum vorticibus, varijsq; iactatur tempestatibus. Enimuero qui in secreto monasterij silentio, regularis disciplinæ obseruatricem degunt vitam: propemodum in portu quodam mystico nauigant, atq; in quieta tranquillaq; constituti statione, quasi subductis in terram nauibus, tuti delitescunt. neq; tantis agun tur malorum procellis: vt ceteri homines. Qui autem versantur in seculo, eiúsq; implicantur negocijs: tanq̃ in tẽpestuoso fluctuant mari, & vndiq; turbido vitiorum æstu quatiuntur, sæuos etiam ventorum sustinẽt turbines, & quasi naufragium facturi sæpenumero periclitantur: vt rara sit eis à turbulẽto seculi tumultu quies. ¶Quod vt probatissimi au-2
thoris testimonio euadat credibilius: audiendus est in præsentia Chrysostomus, qui in tertio libro sui operis aduersus vituperatores vitæ monasticæ: de illis cœnobiticę institutionis calumniatoribus loquens, ait,
Nec sane peccabit: qui istos, naturæ totius inimicos appellauerit. qui in aliorum pernicie cõiurant: & doctrinis sceleratis ac impuris moribus, eos qui secum hoc in vitæ salo nauigant, demergunt. Atqui nichil horũ: penitus in monasteríjs inuenies. Verum quanq̃ procella tanta, tantiq; fluctus desæuiunt: soli & in tranquillo portu & securitate summa residentes, velut ex cælo ipso, cæterorũ naufragia prospectant. Nanq; cõuersationem plane cælestem elegerunt: nichilq; deterius angelis affecti sunt. Hæc ille, & reliqua continuò consequẽtia: quibus ostendit cõuersationem religiosorum in monasterio, angelicorum spirituũ felicissimæ

Prouer. 26

Chrysostomus

conditioni, quantũ ad charitatis & concordiæ studium, esse persimilem. quæ omnia: sane sunt lectu dignissima. Deinde nonnullis interiectis, in eodem libro differens de periculis vitæ & morum: quæ parentes filijs timere haud immerito debent, subiungit. Nam si metuendum fuisset: nõ vtiq; esset illis metuendum, qui fluctus & procellas fugerent, atq; omni studio ad portum festinarent: sed eis, qui hyeme ingenti & turbine inuoluti iactarentur. In vita enim seculari: & plura sunt & paratiora naufragia. q; & plura sint quæ perturbent, & qui eam vitã degunt: negligentiores atq; ideo inualidiores sunt, q̃ vt aduersus ea stare possint. In monachorum autem vita, profecto & fluctus tanti non sunt: sed cõtrà penitus serenitas summa & tranquillitas, & studiũ longe excellentius aduersus eam fluctuum rabiem pugnaturorũ. Hæc Chrysostomus. Ex quibus est perspicuum, trãquilliorem à procellis seculi quietiorémq; vitam agi in solitudine monastica, secretoq; à turba populari loco: q̃ in medio plebis & vulgi strepitu. Vnde & beatus Ioannes baptista, aduentus dominici præco: à teneris annis in deserto vitã transegit. Et CHRISTVS dominus noster discipulos suos simul & turbam copiosam crebro in desertum traduxit locum, & seuocauit ab vrbibus & pagis in solitudinem: cum eis disciplinæ cælestis documenta esset traditurus. ad insinuandũ, ipsam segregationem à strepitu populari publicoq; tumultu, maiorẽ in modum conferre: ad vitam recte componendã, ad præstandũ etiam deo pleniorem famulatũ, & deniq; ad capessendam liberius salutarẽ CHRI-
2 STI doctrinam. ¶Insuper ipsa monasterij clausura, qua coërcẽtur monastícæ religioni addicti, ne passim diuagentur promiscuéq; cõmiscentur turbæ seculari in quotidiana congressione: quot (putas) amputat & præcidit malorum fomites atq; alimenta? à quot etiam & quantis malis auertit eos: qui huiusmodi claustris, cum corpore tum animo, libenter spontéq; cõtinentur? Haud aliter plane, quàm oues septis stabuli cõclusæ, à morsibus luporum tutæ sunt. quorum paterent faucibus: si relicto ouili, remoto pessulo, & ostio recluso, errarent palantes in medijs syluis. Nimirum vrbs patens & absque murorum ambitu: facile hostili occupatur manu, direptioniq; exponitur. Ita & domus monastica nullis obsepta claustris, quibus eius incolæ constringantur arctius, & à seculari turba sequestrentur: haud magno impendio decidit à regularis obseruantiæ integritate, & in grauem præcipitatur ruinam, morumq; corruptelam. Quinimmo & monachalem professi vitam, ex quotidiana cum laicis viriq; secularibus consuetudine familiaritatéq; eorum mores induerent, assumerentq; sibi conditiones vitæ omnino secularis, nihil in se religionis habentes reliquum: nisi vestem, cultumq; exteriorem. Quemadmodum de Hebræis inter Chananæos in terra Palestina diuersatis, abominationésq; & impietates illorum consectatis in sacrilego idolorũ cultu & superstitionibus: dicit propheta in psalmo. Cõmixti sunt inter

Idem.

Lucæ. 1

Marci. 8

Ioannis. 6

Psal. 105

gentes: & didícerunt opera eorum. ¶Sed & ipſum ſilentiũ certis tenendum horis & locis: nónne multorũ malorum ſyluam materiamq; ſubmouet? cum dominus noſter in euangelio conteſtetur, q̃ de omni verbo ocioſo quod locuti fuerint homines: reddẽt rationẽ in die iudicij. admoneátq; beatus Iacobus omnem hominẽ velocem eſſe debere ad audiẽdum: & tardũ ad loquendũ. Et ſi quis in verbo non offendit: hunc perfectum eſſe virum, idem affirmet. A Sapiente quoq; perhibeatur eſſe beatus vir: qui non eſt lapſus verbo ex ore ſuo. Certe hanc ſilentij diſciplinã ſe accurate obſeruaturũ propoſuit propheta: dicens in pſalmo. Dixi, cuſtodiam vias meas: vt non delinquã in lingua mea. Poſui ori meo cuſtodiam: cum conſiſteret peccator aduerſum me. Idem quoq; à domino poſtulauit ſibi gratiã diſcreti ſilentij impartiri: hanc alio in loco orationem illi profundens. Pone domine cuſtodiam ori meo: & oſtium circũſtantię labijs meis. Innumeris itaq; malis per linguæ loquacitatem oboriri ſolitis: monaſteriale ſilentium viam obſepit, aditum denegat, & iter intercludit. ¶Nocturnæ præterea vigiliæ religioſorum ad matutinũ officiũ quotidie decantandum: approbantur eo dicto prophetico. Media nocte ſurgebam ad confitendũ tibi: ſuper iudicia iuſtitiæ tuæ. conformanturq; laudatiſſimis illis excubijs: quas egerunt in hora natiuitatis dominicæ paſtores Hebręi, cuſtodientes vigilias noctis ſuper gregem ſuum: cũ annunciatus eſt illis angelico præconio, exortus noſtri ſaluatoris in mundum. Referunt etiam vigiliæ illæ monaſticæ, indefeſſam illam CHRISTI in orando vigilantiam: qua (vt ſcribit Lucas) erat pernoctãs in oratione dei. ¶Inſuper dura lectiſternia, veſtiúmq; aſperitas & vilitas, quã ſuſtinẽt monachicam vitam profeſſi: arma ſunt ſpiritualia, loricæ & thoraces ad debellandum carnem, ne ebulliat in voluptates incõceſſas. His enim tanquam exteris, corporiq; circumpoſitis armorum munimentis: edomatur caro, & in ſeruitutem ſpiritus redigitur, ne inſoleſcat: néve petulantia ſua more ferocientis equi iugum caſtitatis abijciat, & proruat in libidinem. Nempe vt teſtatur ſanctus Auguſtinus, inter omnia certamina Chriſtianorũ, duriora ſunt prælia caſtitatis. nam ibi cõtinua eſt pugna: & rara victoria. Cui accedit & beatus Hieronymus: ita ad Furiam ſcribens. Grandis virtutis eſt & ſolicitæ diligentiæ: ſuperare id quod quis natus eſt, in carne non carnaliter viuere, ſecum pugnare quotidie: & incluſum hoſtem, Argi (vt ferunt fabulę) centũ oculis obſeruare. Hæc ille. Quanto autem violentior eſt & fortior, hoſtis ille internus: tãto pluribus opus eſt armaturis ad eum proſternendũ. Conuenientia vero & huic vtilia negocio, ſunt ea quæ modo nominauimus: q̃ extrinſecus applicata corpori: refrenãt eius in ſpiritũ rebellionem. ¶Nec tamen ſufficiunt illa: ſed interioribus inſuper armis eſt opus, ieiunio, parſimonia ciborũ, victúſq; tenuitate: quibus incẽdia carnis reſtinguãtur, ſublatiſq; fomẽtis refrigerẽtur. Vt enim ſcribit beatus Hieronymus ad Salui-

Matth.12 Iacobi.1 Eccl.14 Pſal.38 Pſal.140 Pſal.118 Lucæ.2 Lucæ.6 Auguſtinus. Hieronymus. Idem.

nam: noſtrũ eſt, voluptatis ardorem maiore CHRISTI amore reſtingue re, & laſciuiẽs iumentum frenis inediæ ſubiugare. vt non libidinem ſed cibos quærat ac deſideret: & ſeſſorem ſpiritũ ſanctum moderato & cõpoſito portet inceſſu. multóq; melius eſt ſtomachũ dolere q̃ mentẽ, imperare corpori q̃ ſeruire: greſſu vacillare q̃ pudicitia. Hæc ille. Recte igitur ad cuſtodiendã caſtitatis voto promiſſæ integritatẽ: inſtituta ſunt in regulis vitæ monachalis ieiunia, certis exercenda tẽporibus & determinato ciborũ genere, frenãdis corporum voluptatibus multũ accõmoda. Vt his tanq̃ armis ſpiritualibus ſuccincti lumbos, milites CHRISTI: valentius inteſtinũ ſuum hoſtem & vrbis ſuæ mœnibus incluſum oppugnent, & tandẽ adiutrice dei virtute expugnent. ¶Neq; huiuſmodi armorũ genera iam dicta: carent diuinæ ſcripturæ approbatione & corroboratione. Commendatur enim beatus Ioãnes baptiſta à CHRISTO apud turbas: q̃ mollibus nõ eſſet veſtitus, more eorum qui in domibus regũ ſunt. Et ſancti euãgeliſtæ in eiuſdem ſcribunt præconiũ: q̃ habebat veſtimentũ de pilis camelorũ, q̃ locuſtas & mel ſylueſtre comedebat, q̃q; vinũ & ſiceram non biberit. Prętera, ſacra libri Regum narrat hiſtoria: q̃ cum Achab rex Iſraël impius in deũ & crudelis in Naboth innoxiũ, audiſſet ſermones Heliæ cõminatorios diuinæ vltionis propter cædem Naboth & violẽtam vineæ illius iniuſtãq; poſſeſſionẽ: ſcidit veſtimenta ſua & operuit cilicio carnem ſuã, ieiunauitq; & dormiuit in ſacco. vnde promeruit ipſe dilationem iræ dei: in tempus futurũ. quemadmodũ declarant verba domini ad Heliam prophetã: paulo poſt eodem in loco ſubiuncta. Nónne (inquit) vidiſti Achab: humiliatũ corã me? Quia igitur humiliatus eſt mei cauſa: non inducã malũ in diebus eius. Et de rege Niniue ſcriptũ eſt in Iona propheta, q̃ poſtq̃ ad aures eius peruenit prędicatio Ionæ, de futura ſuæ vrbis euerſione: abiecit veſtimentũ ſuum à ſe, & indutus eſt ſacco & ſedit in cinere. vtq; alij idem facerent: publico edicto præcepit. Quod magno eſt argumento: aſperitatem veſtium, ad agendã pœnitentiã admodũ cõferre, deóq; gratã eſſe. quoniã per illam, indictúmq; cõmune ieiunium: rex ipſe & populus eius auerterunt à ſe impendentẽ dei iram. Ad hæc, cum CHRISTVS in euãgelio dicit: q̃ ſi in Tyro & Sidone & Sodomis factæ eſſent virtutes, quæ in ciuitatibus Galileæ, quibus exprobrat ingratitudinem & duritiam cordis, per ipſum factæ fuerant: olim in cinere & cilicio egiſſent pœnitentiam, his verbis plane inſinuat: auſteritatem vitæ & aſperitatem veſtium, agẽdæ pœnitentiæ accõmodam eſſe, deóq; valde acceptam. Quod & beatus Hieronymus confirmat: ita ſcribens ad Ruſticum monachum. Sordes veſtium: candidæ mentis indicia ſunt. Vilis tunica: contemptum ſeculi probat. ita dũtaxat ne animus tumeat: ne habitus ſermóq; diſſentiant. Rurſum, commendatur & ſpectabilis illa vidua, Anna filia Phanuel: cum iuſto Simeone etiam teſtis, nati & in templo oblati ſaluatoris mun-

Matth.11 Matth.3 Lucæ.1 3.Regũ.21 Ionæ.3 Hieronymus. Lucæ.2

dí, q̄ non díſcedebat de tẽplo: ieiunijs & obſecrationibus ſeruiens nocte
Actuũ.13 ac die. Apoſtoli quoq̄ cum ablatus ab eis fuit ſponſus: ieiunarũt, vt fu
Matth.9 turũ eis CHRISTVS prædixerat. Admonet etiã nos diuinus apoſto-
2.Corin.6 lus: vt exhibeamus nos dei miniſtros in ieiunijs multis. & quod alios
2.Corin.11 admonuit: ipſe prior impleuit. Quæ omnia, iam ex ſanctæ ſcripturæ promptuario prolata: manifeſte conuincũt cõmendandã eſſe in religioſis vilitatem veſtium & aſperitatẽ, necnon ieiuniorum crebram obſeruationem. ¶Porrò de cæteris vitæ cœnobiticæ inſtitutis & ſanctionibus, 8
conſimili ratione promptũ fuerit oſtendere: ea omnia, ex ſacrarũ literarum verbis pariter & exemplis eſſe deſumpta: & ad deo ſeruiendum plenius in libertate ſpiritus, mirifice conducentia. Eſſent & hoc in loco aſſerenda ſanctorum patrum teſtimonia, quæ faciunt ad monaſticæ inſtitutionis cõmendationẽ & approbationem: niſi id miníme neceſſariũ, & pene ſuperuacuũ exiſtimaretur. Enimuero beatorũ Hieronymi, Auguſtini, Ambroſij, Gregorij, Chryſoſtomi, Bernardi, & cæterorũ ſanctorũ patrum volumina: ſententiarũ, id monaſticæ vitæ genus approbantiũ, & ingentibus efferentium præconijs, ſunt refertiſſima. vt in lectione librorum, à clariſſimis illis eccleſiæ catholicæ patribus elucubratorũ, verſanti: protinus obuia occurrãt & plurima & ampliſſima huius rei teſtimonia. Quocirca ab his in præſentia adducendis ſuperſedentes: ad retũdenda Lutheri tela, quæ contra profeſſionem religioñis monaſticæ iaculatur: nos deinceps accingemus.

¶Inſtitutionem monaſticam: non eſſe doctrinæ CHRISTI contrariam. nec omnia quæ in ſacro continentur euangelio: dei præcepta dici debere. Cap.X.

SVperior quidẽ ſermo noſter hactenus demonſtrauit: arcem monaſticæ religionis innixam eſſe ſolido fundamẽto, extructamq̄ ſupra firmam petram CHRISTVM. necnon munitionibus fortiſſimis ſacrarũ literarũ: & illuſtrium virorum authoritate exemplíſq̄ vndiquaq̄ circũſeptam. Nunc reliquũ eſt: crebra iacula, quę à Luthero ex vallo prędicti libri, de votis monaſticis inſcripti,
Canti.4 contra turrim iſtam fortiſſimã (ex qua, mille pendent clypei: omnis armatura fortium) erecto vibrantur: retundere, q̄q̄ ſint imbellia ac hebetato mucrone, patefacere. ¶Itaq̄ prima eius obiectio eſt. CHRISTVS 1
Mat.17 ſolus eſt via quam tenere debemus: de quo, nobis dictũ eſt à patre. Ipſum audite. Idcirco quicquid vltra, citra & præter CHRISTVM ſiue proprie præſumitur, ſiue à ſanctorum exemplis & inſtitutis petitur: hoc velut humanum, diuina authoritate prohibitum ac damnatum eſt. Vota igitur omnia monaſtica, regulæ & ordines, tanquam ſtatuta humana omnino vetita ſunt: & merito cũctis improbãda. Hæc Lutherus.

¶Reſponſio. Verum id ſane eſt, CHRISTVM ſolum eſſe viam prima-

riam & præcipuã: per quã nobis eſt progrediundũ in patriam claritatis æternæ. quippe qui de ſeipſo dicit. Ego ſum via, veritas, & vita. Nemo Ioannis.14
venit ad patrem: niſi per me. Et qui vitæ monaſticæ genus inſtituerunt: non aliã ſibi quæſierunt viam q̄ CHRISTVM: qua peruenirent ad regnum cælorũ. Verum ijdem directore deo compendiarias ſibi parauerunt ſemitas, multifidóſq̄ calles: non qui à CHRISTO abducerẽt viatores, ſed qui cõmodius & expeditius ad ipſum adducerent, & ad principalem illam viã recte tenendam ferrent ſuppetias: præſidiúmq̄ darẽt. Et omniũ illorum ſcopus ad quẽ tendebant, fuit CHRISTVS: quẽ & audierunt, & alijs audiendum eſſe, & verbo & exemplo docuerũt. Q7 ſi intelligat Lutherus, quicquid vltra, citra & pręter CHRISTVM ab hominibus cõſtituitur, id eſt contra ea quæ CHRISTVS præcepit & docuit, id eſſe damnandũ & reijciendũ: id perq̄ libenter recipimus. Quoniam quæ doctrinæ CHRISTI aduerſa ſunt: nõ modo falſa, ſed & impia & ſacrilega debent haberi. Atqui ordines monaſtici & regulæ eorũ, non hoc pacto ſunt præter CHRISTVM & contra eius doctrinã: quinimmo illi maxime quadrãt ac conſentiũt. quẽadmodũ in capitibus pręcedentibus huius libri, præſertim duobus proximis: affatim eſt demonſtratum. Sin vero intelligat Lutherus, quicquid præter CHRISTVM, id eſt vltra ea quæ in euãgelio ſunt aperte à CHRISTO pręcepta, cõſtituitur ab hominibus, hoc diuina authoritate prohibitũ eſſe & penitus reijciendũ: id omnino abnuimus, quoniã à veritate prorſus eſt alienũ. Cõplura nãq̄ ſunt ex ſanctione orthodoxorũ patrũ & ſuggerẽte ſpiritu ſancto cõſtituta in republica eccleſiaſtica: quæ nequaq̄ in euãgelio ſunt manifeſte conſcripta. quẽadmodũ in primo operis huius libro multifariã eſt monſtratũ. De illorũ autem numero, eſt vitæ monaſticæ genus: Cap.3.& 4
non quidẽ contextu euãgelici codicis palàm præceptũ, nec humeris hominũ impoſitũ: ſed ex ſacris euãgeliorum fontibus deductũ. Non enim Ex 25.cap. primi libri.
omnia in quibus deo gratum præſtatur obſequiũ, ſunt plane exarata in euãgeliorũ volumine: ſed permulta eorum, inſpiratione diuini numinis ſuggeſta ſunt piorũ mentibus, aut ex ſanctorũ patrũ (qui mira vitæ ſanctimonia quondã floruerũt) exemplis petita, atq̄ ad imitationẽ aſſumpta. 3 ¶Porrò ſi quis pergat ea omnia improbare, quæ facta ſunt aut fieri poſſunt vltra ea quæ expreſſe continet euangeliũ: damnandi profecto eſſent eximij patres anachoritæ, ſolitudinis incolæ, montiumq̄ & ſpeluncarum deſertis vrbibus habitatores, de quibus ſupra, in quinto libri huius capite, factus eſt ſermo. Damnandi inquam eſſent: quòd illud vitæ inſtitutum ſunt amplexi, quod nequaq̄ in euangelio præceptum eſſe legitur. Neque enim in toto euangelij ambitu id ſcriptum offendes: à deo præceptum eſſe, quod relinquatur hominum frequentia & conuictus, atq̄ in vaſta eremo vita tranſigatur: in nuditate, auſteritate victus & amictus, atque ſolitudine. Si igitur probatur anachoritica priſcorum

patrum vita,quãuis eius institutio non sit in euangelio clare digesta:q̃ haud dubie à spiritu domini fuit occulte inspirata pijs hominum cordibus,& potissimũ exemplo beati Ioannis baptistæ ad alios traducta:cur eodem iure non probabitur vita monastica,quæ ex eremiticæ professionis radice est exorta,& ad eius exemplum efformata? ¶Potest & ad primam hanc cauillationẽ Lutheranam succinctior & aptior assignari dilutio: quòd vota monastica,regulę & ordines,nõ sunt vltra,citra & præter CHRISTVM: quoniã ipse in euangelio religiones omnes instituit, & eminenter in seipso seruauit vnà cum suis discipulis, quẽadmodũ in quinto huius libri capite diffuse est monstratũ. Non sunt ergo instituta prima monachorum habenda tanq̃ humana statuta,vt contendit aduersarius:sed tanq̃ à deo primo authore profecta,& in euangelico contextu
» expresse reposita. ¶Secunda obiectio. Monasticæ vitæ approbatores di 4
» cunt,in euangelio contenta diuidi in consilia(qualia ponuntur Matthęi
Matth.5 » quinto cap.de non resistendo malis:sed percutienti vnam maxillam,esse
» præbendã alterã,& cætera id genus)& pręcepta,explicata decimonono
» Matthæi cap. Monastici autem,consilia sequũtur,vt dicunt: & vulgus,
» præcepta. Sed hic pestilens est error(ait Lutherus)& pernicios⁹. Nam
» omnia quæ in euãgelio continẽtur:vniuersaliter sunt præcepta,& nulla
» consilia. Immo quæ ab alijs consilia dicũtur:sunt vere præcepta.quia à
» domino ita vocantur,scilicet mãdata:& docentur ab eo.faciẽtibus item
» ea promittitur præmiũ:& pœna cõminatur trãsgredientibus,& in euã-
» gelio cõtinentur:ad cuius obseruationẽ tenẽtur omnes. Fundamentũ igi
» tur votorũ monasticorũ(ait)est impietas,blasphemia & sacrilegiũ:tollen
» dáq̃ sunt omnino vota monastica de sub cælo,& omnibus qui ea voue-
» runt:redeundũ est ad cõmunem vitã Christianorũ à CHRISTO institutã. Hæc Lutherus. ¶Responsio. Quod primo hic loco proponitur, 5
est admittendũ:quoniã vero est consentaneũ. Quod autẽ deinde assumitur & secundo constituitur ordine,omnia scilicet quæ in euãgelio continentur,esse præcepta,& nulla cõsilia:omnino refutandũ est ac repudiandũ,quoniã falsa est ea assertio,pestifera & impia. Si enim præcepta sunt omnia quæ cõtinet euangeliũ: tunc cælibatus etiã de numero est præce-
Matth.19 ptorũ, cũ de eo dictũ sit. Qui potest capere:capiat. Cur ergo annititur in toto suo(quod improbamus) opere Lutherus damnare continentiã monasticã:suaderéq̃,quòd ea(quãuis voto promissa sit deo:etiã solenni professione)reiecta,trãseundũ sit religiosis ad nuptias? Cur etiã grauiter nõ delinquerẽt & diuino cõtrairent præcepto,vitæ secularis viri:qui vxores ducunt,connubióq̃ sibi iungunt,ad procreandam ex eis in legitimo thoro sobolẽ? nã cælibatũ & continentiã(quæ secundũ Lutherũ in euãgelio præcipitur:non cõsulitur)tales non obseruãt. ¶Prętera,legi- 6
Matth.19 tur in euãgelio dominus dixisse adolescenti diuiti. Si vis perfectus esse: vade & vẽde omnia quæ habes,& da pauperibus,& sequere me. Quod

quidem verbum si præceptum esset:quicunq̃ domos haberent in seculo & possessiones, diuitijsq̃ abundarent: illius essent præcepti transgressores,grauiterq̃ deum offenderent. Sed quis adeò delirus fuerit & excors:
7 vt illud affirmet? ¶Insuper in euangelio dictum est à domino:q̃ non sit Matthæi.5
omnino iurandum,neq̃ per cælum,neq̃ per terrã,neq̃ per aliud quodcunq̃ iuramentũ. Quod sane verbum si præcepti loco sit habendũ:quomodo propheta in psalmo dicit eum habitaturũ in tabernaculo domini Psalmo.14
& requieturum in monte sancto eius,qui iurat proximo suo & non decipit? Quomodo etiam alio in loco dicit deiloquus psaltes. Rex vero lætabitur in deo: laudabuntur omnes qui iurant in eo? Si enim laudabun- Psal.62
tur iurãtes in deo: non præuaricãtur præceptũ eius ita iurantes,q̃ non debeat quis ob transgressionem diuini mandati laudibus affici. Deniq̃ quo pacto præcipit dominus populo Israël. Reddes autem domino iu- Numeri.30
ramenta tua.si omnino habeatur illicitum,diuinóq̃ sit contrariũ præcepto:iuramẽtum aliquod præstare? Cur etiam eidem dicit populo. Do- Deute.6
minum deũ tuum timebis:& per nomen illius iurabis.si quoduis iura- & 10.
8 mentum sine discrimine:vetitũ sit & prohibitũ? ¶At hæc omnia(dicet quispiam)ad veteris testamenti pertinent conditionẽ & statum. In nouo vero adijcitur super antiquum ea perfectio:qua prorsus omne interdicitur iuramẽtum. Verum illi respondendũ est, materiã iuramenti non ad ritus & cærimonias legis spectare,neq̃ ad iudicia populi Israëlitici:sed ad mores,& dei honorificentiã aut inhonorationem, respicerẽq̃ præcipue secundũ decalogi præceptũ. Atqui eadem sunt præcepta domini, sacra decade comprehensa,in veteri & noua lege:approbatáq̃ à domino in euangelio. Quo igitur modo licitum erat iuramentum tempore veteris instituti & legis scriptæ:eodem itidem modo censendum est esse licitum in noua lege. q̃uis in hac superadditum sit consilium de vitando iuramento:ne quis ex eius consuetudine & assuefactione prolabatur in periurium. Et plane consimile omnino iudicium debet ferri de iuramento:q̃ ad noui etiã testamenti tempus traductum est tanq̃ licitum,modo debitis definiatur circunstantijs: sicut de voto ante dictũ est in secundo libri huius capite,ipsum etiã ad nouam legem pertinere. Habent nãq̃ inter se magnam conformitatem,votum & iuramentum: vnáq̃ coniunguntur in psalmo. Sicut iurauit domino: votum vouit deo Iacob.& in Psal.131
9 alijs nonnullis diuinæ scripturæ locis. ¶Ad hæc. Si illud domini verbum apud Matthæum. Si quis te percusserit in vnam maxillam: præ- Matth.5
be ei & alteram.est præceptorij,& tenendum pro diuino mandato:fuisset ipse CHRISTVS illius transgressor præcepti,cum seruo pontificis Annæ,incutienti illi alapam,non obtulit alteram maxillam percutiendam: sed modeste respondit eidem. Si male locutus sum: testimonium Ioannis.18
perhibe de malo. Si autem bene: quid me cædis? Quomodo ergo verum esset illud verbum CHRISTI ad pharisæos: de patre suo cælesti?

Ioãnis.8 Ego quæ placita ſunt ei: facio ſemper. Et illud etiã eiuſdem verbum: ad
Ioannis.15 diſcipulos ſuos. Manete in dilectione mea: ſicut & ego præcepta patris
mei ſeruaui, & maneo in eius dilectione. Fuiſſet & beatus Paulus eiuſ-
dem diuini præuaricator mandati: cum iuſſu Ananiæ principis ſacerdo
tum percuſſus in faciem, non alteram obuertit cædendam maxillam: ſed
Actuũ.23 illi fidẽter reſpondit. Percutiet te deus: paries dealbate. Et tu ſedens iu-
dicas me ſecundũ legem: & contra legem iubes me percuti? Quis autem
recte dixerit, tunc beatũ Paulum alicuius peccati labem incurriſſe: aut
præuaricationi diuini præcepti fuiſſe obnoxium? ¶Planum eſt igitur, 10
Matth.5 illud CHRISTI verbum, nouiſſimo adductum loco ex Matthæo, eſſe
conſilium: ſicut & plæraq; alia in euangelio contenta. Neq; illa, à domi-
no appellantur præcepta: vt falſò aſſerit Lutherus. neq; ab eo docentur
vt mandata: ſed tantũmodo tanq̃ conſilia, quæ proponuntur iis qui ar-
duum virtutis illius callem volunt inambulare. Et facientibus quidem
Matth.19 ea conſilia: præmium promiſit CHRISTVS. ſicut vendenti omnia quę
habet dantiq; pauperibus & ſequenti ſe: pollicitus eſt q̃ habebit theſau-
rum in cælo. Et relinquenti patrem aut matrẽ, vxorem aut filios, domũ
Ibidem. aut agros propter nomen ſuũ: perhibuit dominus noſter, q̃ centuplum
accipiet & vitam æternã poſſidebit. At non facientibus ea quæ tanq̃ con
ſilia proponit: nullam prorſus cõminatur CHRISTVS pœnam. cuius
oppoſitã partem perperam aſtruit Lutherus, quandoquidẽ eorum præ-
termiſſio: non infert homini alicuius culpæ reatum. Demũ continentur
huiuſmodi conſilia in euangelio: vt conſilia quidem, non autem vt præ-
cepta. & ad euangelij obſeruationẽ obligantur omnes: quantũ ad ea quę
in eo continentur vt præcepta, non autem quãtum ad omnia & ſingula
particulatim in eodem collocata. quandoquidẽ non ad ea obſtringũtur
obſeruanda: quæ in ipſo euãgelio reponuntur tantum vt conſilia.

¶Q uæ ante votum conſilia fuerunt: facto iam voto tranſire
in præcepta, & eſſe tunc obligatoria. Cap. XI.

TErtia Lutheri obiectio. CHRISTVS virginitatẽ non 1
conſuluit: ſed potius deterruit ab ea. mõſtrauit eam ſo-
Matth.19, lum & laudauit: ſed & auocauit dicẽs. Non omnes ca-
piunt verbum iſtud. qui poteſt capere: capiat. Quibus
verbis neminem inuitat & vocat: ſed tantũ oſtendit. Et
1.Corin.7, Paulus dicens, cõſilium autem do. non inuitat quem̃
ad eam: quin magis deterret & auocat. neq; ſuadet neq; diſſuadet: ſed in
medio relinquit. Q uòd ſi virginitas conſilium eſt: quid ergo monaſtici
faciunt ex illo præceptum, cum per votum ad eam ſeruandam perpetuo
ſe aſtringunt? In quo, omnino faciunt contra euangelium. quia quod in
euangelio conſilium eſt: ipſi per ſuum votum faciunt præceptum. Hæc
Lutherus. ¶Reſponſio. Admiranda certe eſt hoc loco vel potius riden 2
da Lutheri theologia: quæ virginitatẽ neq; ſub præceptis cõtineri euan-

gelicis, neq; ſub conſilijs cenſet. Sub pręceptis quidem eam non contine-
ri: recte ſentit. ſub conſilijs autem euãgelicis eandem non comprehendi:
perperam autumat. quòd ipſa bonum ſit in numero agendorũ: ad quod
non voluit nos deus ſuo præcepto obligari. Ad illud autem aſtruendũ,
virginitatem inquam nõ eſſe de numero conſiliorũ euangelicorũ: adigi-
tur ipſe Lutherus. quoniam ſi id admitteret: cum dixerit prius (licet fal-
ſò) quæ ab alijs conſilia dicuntur, eſſe præcepta euangelica: protinus cõ-
pelleretur admittere virginitatẽ ad præcepta euãgelica pertinere, quod
fatetur eſſe (ſicuti & vere eſt) incommodũ. Eſſet itaq; à Luthero percon-
tandũ: qua in parte euangelicorum documentorũ reponendã putat eſſe
virginitatem, quam neq; ad præcepta neq; conſilia euangelica exiſtimat
pertinere. Vtrũm ne velit eandem in numero vetitorum collocari: quæ
ſimpliciter quidem mala ſunt & noxia. vt furta & fornicationes, & ſimi-
lia opera tenebrarum: diuini præcepti præuaricatoria. Quæ ſiquidem
in euangelio continentur, noſtros formantia mores: aut præcepta ſunt,
aut conſilia, aut eorum quæ praua habentur prohibitiones. Sed credo
Lutherum non eò inſaniæ progredi velle: vt omnino prohibitam dicat
eſſe virginitatẽ in euãgelio, tanq̃ humanæ ſaluti exitialem. Et cum ean-
dem dicat etiam non eſſe præceptam: cogitur ex ſufficiẽtis diuiſionis ra-
tiocinatione admittere ipſam eſſe de conſilio, atq; in euangelio conſu-
3 li, quod & verum eſt. ¶Attamen vt ſuum ſtabiliat placitum, ipſam ſcili
cet virginitatem non eſſe de conſilio: verba CHRISTI in euangelio, &
Pauli in prima ad Corinthios epiſtola, ſuæ contraria aſſertioni, detor-
quet in obiectione modo adducta, ad ſenſum vſqueadeo abſurdũ & in-
eptum: vt nullus ſanæ mentis, talem ſcripturæ interpretationẽ receperit
vnq̃. Quis enim rectę rationis compos, animoq; ſecum integre conſtans,
dixerit hæc CHRISTI verba. qui poteſt capere: capiat. eſſe deterrentis Matth.19
ab amplectẽda virginitate: & non potius inducẽtis ad eam benigna ſua-
ſione? relinquentis tamen id arbitrio alterius: & dantis optionem, vtrũ
velit, faciendi. Q uis item hoc beati Pauli verbum. conſilium autem do, 1.Corin.7
recte dixerit eſſe deterrentis verbum, & auocantis à capeſſendo virgini-
tatis propoſito: & non potius conſulentis ac inuitantis ad tam inſigne
bonum? Id certe perinde eſt: atq; ſiquis dixerit hanc orationem, dono te
hoc munere, non eſſe donantis verbum: ſed recuſantis donum, quod ab
4 eo petitum fuerit. ¶Cum vero ſubnectit in hac obiectione Lutherus, ſi
virginitas eſt de conſilio, eorumq; in numero bonorũ quæ conſuluntur,
non etiam præcipiuntur: perperam facere viros monaſticos, qui conſiliũ
illud commutant in præceptum, obſtringẽtes ſe voto ad illam perpetuo
ſeruandam, ſuam plane ignorantiam prodit & inſcitiã: q̃ neſciat diſcri-
men cõſtituere inter primam ipſius voti emiſſionem atq; æditionem, &
inter voti iam facti adimpletionem. Quæ tamen duo: magno inter ſe
diſtant interuallo. q̃ illud, cuiq; ſit liberũ, & de cõſilio: hoc vero, neceſſa-

rium, & de præcepto. Enimuero nullus diuino obstringitur mandato aut alio quouis vinculo: vt castitatis aut alterius cuiuspiam rei voto se alliget. sed quisq; liber est ad subijciendum se illi sacramento: vel ad recusandum id iugum si voluerit. Postq̃ vero sponte sua quispiã se constrinxit eo voto: iam non amplius liberum est ipsi, pedem ab eo reuocare, sed diuino obligatur præcepto ad votum illud perficiendum. quemadmodum multis scripturarum testimonijs in secundo huius libri capite est ostensum: et illo domini verbo per Malachiam prophetam insuper corroborari potest, interminantis illi maledictionẽ: qui voto suo integre nõ
Malachię.1 satisfecerit. Maledictus (inquit) dolosus, qui habet in grege suo masculum: & votum faciens, immolat debile domino. Comprobat etiam eandem sentẽtiam: & hoc Augustini dictũ. Ante votum, liberum erat red-
Augustinus. dere: sed necessarium saluti, post votum. Voto nanq;, cõsilia: vobis facta sunt præcepta, & libera: necessaria. Cui astipulatur & Innocẽtius tertius in epistolis decretalibus: titulo de voto & voti redẽptione, cap. licet vniuersis. dicens. Licet vniuersis liberũ sit arbitriũ in vouendo: vsqueadeo
Innocẽtius tertius. tamen solutio necessaria est post votum, vt sine propriæ salutis dispẽdio alicui non liceat resilire. Hęc ibi. ¶ Eandem quoq; sententiam corrobo- 5
rat beatus Bernardus, in libro de præcepto & dispensatione: his verbis.
Bernardus Vt sentio ego: regula sancti benedicti omni homini proponitur, imponitur nulli. prodest, si deuote suscipitur & tenetur: non tamen si non suscipitur, obest. Quod autem in voluntate est suscipiẽtis, non in potestate proponentis: voluntarium merito dixerim, non necessarium. Attamẽ hoc ipsum quod dico voluntariũ, siquis ex propria voluntate semel admiserit, & promiserit deinceps tenendũ: profecto in necessariũ sibi, ipse conuertit. nec iam liberum habet dimittere: quod ante tamen non suscipere, liberum habuit. Ideoq; quod ex voluntate suscepit: ex necessitate
Psalmo.65 iam tenebit. quia omnino necesse est eum reddere vota sua quæ distin-
Matth.12 xerunt labia sua, & ex ore suo aut condemnari iam aut iustificari. Cæterum felix (vt quidam sanctorum ait) necessitas: quæ cogit in melius. Hæc Bernardus ibidem. Hinc beatus Petrus Ananiæ offerenti vnam tantum partem precij agri venditi: cum totum offerre debuisset ad sub-
Actuũ.5 eundam regulã apostolicam, ait. Anania, cur tentauit satanas cor tuũ: mentiri te spiritui sancto, & fraudare de precio agri? Nonne manẽs tibi manebat: & venundatum in tua erat potestate? Quibus verbis præsertim postremis significauit Petrus, liberum fuisse Ananiæ: non vendere agrum, aut venditi precium sibi ipsi asseruare in proprios vsus, & non afferre ad pedes apostolorum. Vbi vero per votũ paupertatis seipsum subegit formæ viuendi apostolicę: non potuisse illum quicq̃ illius precij sibi ipsi retinuisse. Similiter in Deuteronomio (quod & prius est addu-
Deutero.23 ctum) dominus per Moysem ait ad populum Israëliticũ. Cum votũ vo ueris domino deo tuo: non tardabis reddere, quia requiret illud dominus deus tuus. Et si moratus fueris: reputabitur tibi in peccatũ. Si nolueris pollicerí: absq; peccato eris. Quod autem semel egressum est de labijs tuis: obseruabis. Ecce apertissimũ testimoniũ, ostendens cuiq; liberũ esse, vouere: necessariũ autem, votum iam factũ reddere. Quod & ex verbis Augustini amplius innotescit: dicentis in libro ad Pollentiũ. Quod
Augustinus. cuiq; anteq̃ vouisset licebat: cum id se nunq̃ facturũ vouerit, non licebit, si tamen id vouerit quod vouendum fuit. sicut est perpetua virginitas, vel continentia post experta connubia: solutis à vinculo coniugali. vel ex consensu vouentibus & carnalia debita sibi inuicem relaxantibus, fidelibus castisq; coniugibus: vbi alteram sine altero vouere fas nõ est. Hæc ergo, & siqua alia sunt quæ rectissime vouentur, cũ homines vouerint: nulla cõditione rũpenda sunt, quæ sine vlla conditione vouerunt. Quia
Psal.75 & hoc ipsum, dominũ præcepisse intelligendum est: vbi legitur. Vouete, & reddite domino deo vestro. Hæc Augustinus. ¶ Sic sane in optione viri cuiuslibet, nullo adhuc sacramẽto voti aut ecclesiastici ordinis astricti, deuinctiq; sed omnino liberi, constitutũ est: vt ducat vxorem, aut cælibem agat vitã. Postq̃ vero quispiam fœdera subijt connubialia, & alligatus est vxori: non amplius ei liberum est sine vxore viuere, sed diuino obstringitur præcepto, manere cum ea. Sic & ante promissionẽ factam, liberum est cuiq;: promittere quicq̃ amico, aut non promittere. Vbi vero promiserit: iam obligatus est suo ipsius ore ad satisfaciendũ illi promisso. Non ergo monastici quod in euãgelio consilium est, ipsi per votum suum faciunt præceptũ: vt eis impingit Lutherus. sed quod euangelicum est consilium, scilicet ante voti promissionẽ obstringere se voto: dicunt esse consilium, & vt tale amplectuntur. Quod vero euangelicũ est præceptum, vtpote post voti ædition̄em satisfacere voto: censent esse præceptum, & vt diuinum mandatum studeant pro viribus exequi.

¶ Religionis monasticæ statum, non statim à principio esse omnino perfectũ: sed per obseruationem institutorũ illius vitæ, ad perfectionem assequendam tendere. Cap. XII.

QVarta Lutheri obiectio. Monasticæ vitæ prædicatores, Christianorum statum in geminas dissecãt partes: vtputa in statum perfectionis, consistentẽ in consiliorũ euãgelicorum impletione, quẽ sibi assignant. & in statum imperfectionis, in diuinorum præceptorũ executione subsistentẽ: quem laicis & secularem ducentibus vitam designant. Illud autem eorum dictum, arrogantiæ plenũ est: q; sibi statum perfectionis (quem in consilijs euãgelij agendis reponunt) vendicent, seq; alijs, tanq̃ in sublimiore iustitiæ gradu sint collocati, præferunt. ¶ Insuper nec vouentur aliqua à subeunte professionem monasticam, nec vouerí possunt: quàm ea quæ in baptismo sunt vota, deóq; per votum tunc promissa, excepta continentia. Dicet enim vouenti deus.

» Quid ſtulte voues? non habes vota quæ michi reddas: ſatis multa? Me-
» mento eorum quæ in baptiſmo vouiſti: & illa exple. Sũt igitur vota iſta
» monaſtica: omnino damnanda. Hæc Lutherus. ¶ Reſponſio Qui hanc 2
ſtatus Chriſtianorum partitionem aſſignant, q̃ hic perfectus ſit, ille ve-
ro imperfectus aut minus perfectus, viri doctrina & authoritate perce-
lebres: monaſticã inſtitutionem nõ dicunt eſſe ſtatũ perfectum, quoniã
illam amplectens iam ſit omnimodã vitę perfectionẽ aſſecutus, ſed quia
per regularem diſciplinam tanq̃ viam quandam cõueniẽtem: tendat ad
perfectionem obtinendã. Non enim CHRISTVS dominus noſter: in
Matth.19 euãgelio dixit adoleſcenti. Si es perfectus: vade & vende omnia quę ha-
bes, & da pauperibus, & ſequere me. ſed ſi vis perfectus eſſe: vade & ven
de. hiſce verbis non obſcure innuens: bonorũ temporalium abdicationẽ
eſſe medium quoddam compendiarium, & inſtrumẽtum ad conſequen
Origenes dam perfectionem necdum habitam. Quod & confirmat Origenes in
prædicti loci euangelici expoſitione: dicens. Ille qui mutauit pro diui-
tijs paupertatem, vt fiat perfectus: nõ in ipſo tempore quo tradidit bo-
na ſua pauperibus, fiet omnino perfectus: ſed ex illa die incipiet ſpecu-
latio dei adducere eũ ad omnes virtutes. Hæc ille. Quocirca in religio-
ne monaſtica haud minus inueniũtur incipientes progredi in ea via do
mini, & proficientes: q̃ in quouis alio Chriſtianorum ſtatu. Sicut & in
ſecularis vitæ actione inueniuntur in ſuo gradu virtute perfecti: nõ mi-
nus q̃ in monachalis inſtituti profeſſione. Aſtipulatur autem eidem ſen
Caſſianus tentiæ modo propoſitæ, apud Caſſianũ in collationibus patrum abbas
Moyſes: de religioſis ita loquens. Ieiuniorũ inediam, vigilias, labores,
corporis nuditatem, lectionem, cæteráſque virtutes debere nos ſuſci-
pere nouerimus: vt ad perfectionem charitatis, iſtis gradibus poſſimus
aſcendere. Hæc ibi. ¶ Non igitur arrogantiæ ſupercilium præfert hæc 3
denominatio: qua profeſſio monaſterialis appellatur ſtatus perfectio-
nis, ſecundum intelligentiam modo explicatam: ſed potius modeſtiæ &
humilitatis gerit inſigne. Siquidem ea appellatione inſinuant ſe vitæ il-
lius cultores, non iam perfectionem ipſam attigiſſe: ſed abrenunciatio-
ne ſeculi, trium votorum obſeruatione, & cæteris inſtitutis, tanq̃ inſtru-
mentis quibuſdam cõgruis, anhelare ad eam capeſſendam: elaborarę q̃
pro viribus in eo pœnitentiæ loco (monaſterium dico) vt eam perfectio-
nem (quã necdum ſe tenere, ingenue fatentur) quotidiano exercitio de-
Lucæ.18 mum adipiſcantur & apprehendant. Neq̃ ſeipſos, cum phariſæo oran-
te in templo & publicanũ ſecum prętentem aſpernante, cæteris præferũt
religioſi: ex ipſa religionis monaſticę cõditione atq̃ natura. q̃uis ex pro-
priæ voluntatis prolapſione (q̃dum vitam hic agimus: nullus ſit omni
ex parte beatus) id nõnulli facere quidem poſſent, pro fragilitate huma
na. Sed nõ ſũt vitia religioſorũ particularia & perſonalia: ipſi religionis
ſtatui ſuapte natura ſalutari, aſcribenda nec imputanda. Quinimmo ea

ipſa ſtatus monaſtici ſuſceptione, conſcios ſe declarant viri religioſi, ſuæ
imperfectionis: pœnitentiáq̃ ſe indigere ad vitæ ſuæ emendationẽ profi
tentur. Quam vt cõmodius agant: elongant ſe fugientes, & ſubducunt à
ſeculi ſtrepitu, manentq̃ in ſolitudine: totam reliquã vitam ſuam in pœ-
4 nitentiæ loco & dura auſteritate tranſigentes. ¶ Porrò in eo quod de vo
tis in baptiſmo factis deinceps in hac obiectione affert Lutherus: plane
declarat ſe ignorare, quidnã ſit votũ in propria ſua acceptione. Si enim
cognouiſſet aut ſaltem animaduertiſſet, votũ nequaq̃ fieri de ijs quæ ne-
ceſſaria ſunt ad ſalutem & à deo præcepta nobis: minime aſſeruiſſet nos
quippiam vouere deo in baptiſmo. Enimuero ſuſcipientes illud ſanctũ
regenerationis ſacramentũ: fidem catholicam profitentur, abrenunciant
ſatanæ & operibus eius, aſcribunturq̃ familiæ CHRISTI: cuius man-
data ſe impleturos promittunt. At in his omnibus: quid dabitur non ad
ſalutem neceſſariũ? Non certe fides, cum dictum ſit ab apoſtolo: q̃ acce- Hebrę.11
dentem ad deum oportet credere quia eſt, & q̃ inquirentibus ſe remune
rator ſit. quòd item ſine fide: impoſſibile eſt quenq̃ placere deo. Neq̃ ſa-
tanæ abrenunciatio: aſſignari poteſt non eſſe neceſſaria ad ſalutem. quia
teſte beato Paulo: non eſt conuentio CHRISTI ad belial, neq̃ ſocietas 2.Corin.6
lucí ad tenebras. Neq̃ dabitur inſertio in numerũ filiorum dei & adhę-
ſio ad CHRISTVM: tanq̃ non neceſſaria fideli ad ſalutẽ. quoniã ſecun
dum Petri verbum ad principes ſacerdotũ: non eſt in aliquo alio (quàm Actuũ.4
CHRISTO) ſalus. neq̃ enim eſt aliud nomen datũ hominibus ſub cæ-
lo, in quo oporteat nos ſaluos fieri. Neq̃ demum mandatorũ dei imple-
tio: dici poſſet non eſſe ad ſalutem credenti neceſſaria, cum ſcriptũ ſit, &
æternæ veritatis dictum voce. Si vis ad vitam ingredi: ſerua mãdata. Et Matth.19
qui facit voluntatẽ patris mei: hic intrabit in regnũ cælorũ. Hæc eſt au- Matth.7
tem voluntas patris cæleſtis: vt cuſtodiamus mãdata eius. Hinc & diſci
pulis ſuis, atq̃ per eos nobis omnibus: dixit CHRISTVS. Si diligitis Ioãnis.14
me: mãdata mea ſeruate. Nulla itaq̃ ab ijs qui ſignaculũ fidei ſuſcipiũt
in ſancto baptiſmi lauacro, fiunt vota: ſecundũ propriã votorũ rationẽ.
5 ¶ Quòd ſi Lutherus hanc fortaſſe ratiocinationẽ cõtexere pergat. Qui
baptizatur, promittit ſe fidem integrã & dei mãdata exacte obſeruatu-
rum: ergo votũ facit deo. omnino ſe imperitũ eſſe dialecticæ, eo prodit
ratiocinio. quòd à ſuperiore cõmunioriſq̃ rationis dictione, ad inferiorẽ
contractioriſq̃ ambitus: affirmando progrediatur. quod argumentandi
genus, qui artem differendi percallent: omnino mancum & inualidũ eſſe
norunt. Nempe quicunq̃ aliquid vouet: idem etiam promittit, q̃ hoc la
tius ſit & diffuſius illo. At non contrà res agitur: vt quicunq̃ promittit
quippiam, idem & voueat. quandoquidẽ promittere poſſumus nos ea
facturos: quæ ad ſalutem æternã nobis ſunt neceſſaria, quæq̃ deus fieri
à nobis pręcepit. Non tamen vnq̃ recte dicemur ea vouere: iuxta eã voti
ſignificationẽ, quę in protrito eſt vſu probatiſſimorũ authorũ. Secundũ

quam,illa ſub voto cadere cenſentur:quæ non ſunt à deo præcepta,neq; ad ſalutē ſimpliciter neceſſaria,ſed quæ vltra dei mandata ſupererogantur,vltróq; à nobis agenda ſuſcipiuntur. Cæterum q̄uis ex promiſſione facta in baptiſmo,obſtringamur ad mādata dei adimplenda,quæ tamē vix bene ad amuſſim cuſtodimus:nichilo ſecius vota monaſtica quę ſuſuperaddūtur dei mandatis,non exiſtimari debent ſuperflua aut ſuperuacua. Nam ipſa monaſticæ inſtitutionis vota nequaq̄ dei mādatis repugnant:ſed maxime conſentiūt,& quadrant.neq; impedimēto ſunt obſeruandis huiuſmodi præceptis:ſed magno adiumento atq; adminículo, vt expeditius cōmodiuſq; dei præcepta à nobis perficiātur,remotis obſtaculis quæ ſatanas mūdus & caro ſuggerere ſolent ijs qui verſantur in ſeculo,quæq; abducūt ſæpius homines a recta mandatorū dei ſemita in præcipitia vitiorū. ¶Demum nō eſt hoc loco prætereūdum id ſilentio,Lutherum in ſuis dictis paulo ante citatis nō ſatis ſibi conſtare:ſed diſſidere ſecum,& pugnantia adinuicem enunciare. Nempe in præſente obiectione(quæ nunc diſſoluta eſt)ſubinſinuat continentiā nequaq̄ ſub dei mandatis contineri:neq; ipſam à deo nobis eſſe præceptam,cū ait.q̄ non vouentur aliqua à religioſo nec voueri poſſunt:q̄ ea quæ in baptiſmo ſunt vota,excepta cōtinentia.vbi continentiā,innuit non eſſe de numero eorū quæ in baptiſmo promittuntur deo:& proinde eam ſub præcepto non contineri.quandoquidē quæcunq;,præceptorum dei ambitu comprehendūtur:promittuntur in baptiſmo accurate cuſtodienda. Et hoc ipſum,continentiam inquā & cælibatū non eſſe diuini præcepti ſed tantum conſilij:in alijs etiam ſuorum operū locis aperte fatetur,neq; ea in parte aberrat à vero. Verūtamen in ſecūda obiectione ſupra adducta capite huius libri decimo,aſſeuerat omnia quæ in euāgelio continētur: vniuerſaliter eſſe præcepta & nulla conſilia.immo quæ ab alijs conſilia dicūtur:vere eſſe præcepta. Et quoniā continētia cælibatúſq; continetur
Matth.19 in euāgelio:ſub his verbis. Sunt eunuchi: qui ſe caſtrant propter regnū dei.& ſub iſtis ſequētibus etiā.non omnes capiūt verbū iſtud. qui poteſt capere:capiat.cōſequēs eſt vtiq; & cōtinentiā atq; cęlibatū ſub præcepto cōtineri. Quod quomodo priori dicto cohæreat:viderit ipſe Lutherus.nō enim ex oppoſito pugnātia(vt hæc duo)coaleſcere vnq̄ poſſunt.

¶Diſciplinæ monaſterialis vota,nequaq̄ fidei repugnare:neq; omnino damnādam eſſe in bonis operibus fiduciā. Cap. XIIII.

1 QVinta Lutheri obiectio. Monachalis profeſſionis vo-
2 ta repugnant fidei:non igitur debent cenſeri recta nec
Roma.14. 3 rationabilia,cum dicat Paulus. Omne quod non eſt
4 ex fide: peccatū eſt. In qua quidē propoſitione data,
5 ſi fides ſumatur pro cōſcientia,vt multi accipiendam
6 putant:vota monaſtica ſic nō ſunt ex fide.quia faciēs
7 opera voti,dubitat vtrum illa ſint grata & accepta deo:& ergo cōſcien-

8 tiam non habet q̄ placeāt deo,ideóq; peccat. Siquis vero fidē capiat pro
9 fiducia in ſolo deo habenda:etiam vota monaſtica nō ſunt ex fide,id eſt
10 ex fiducia ſola in deū,ſed ſunt ex operibus & meritis:in quibus potiſſi-
11 mum habent confidentiam,monaſticę vitæ obſeruatores,& non in deo.
12 & ideo rurſum peccant. Hæc Lutherus. ¶Reſponſio. Secundum quācunq; acceptionem ſumatur fides in adducta beati Pauli propoſitione: ſemper abnuendum eſt,vota religioſorum repugnare fidei,& nō eſſe ex fide. Si enim fides ibidem accipiatur pro virtute fidei,qua quis credit in deum:clarum eſt vtiq; talia vota non repugnare fidei,immo illi tanq̄ ſolidæ baſi innixi,& ſic ipſa eſſe ex fide:quoniam fideles ſunt & Chriſtianiſmum profeſſi, qui votis monaſticis ſeipſos deuinciunt. Sin vero pro conſcientia ſumatur inibi nomen fidei: & hoc etiam modo ex fide ſunt vota monachalia,quoniam non ſunt contra cōſcientiam. Siquidem qui votorum ſacramento ſe obſtringunt,monachatū profeſſuri:nequaq̄ habent conſcientiam illi operi reluctantem,aut iudicantem:votorum promiſſionem,deo in vitæ cœnobiticæ profeſſione fieri ſolitam,eſſe noxiam animæ ſaluti, aut aduerſam. Nempe ſiquis huiuſmodi haberet animi iudicium,cui firmiter adhæreret quando votum æderet deo:haud dubie grauiter peccaret.quoniam vt vulgata eſt ſententia:ex prædicta deiferi Pauli propoſitione,non incongrue deducta.qui facit aliquid cōtra ſuam conſcientiam:ædificat ad gehennam. Porrò religioſus faciens opera voti:q̄uis non omnimodam habeat certitudinem,q̄ talia opera eius grata ſint & accepta deo.quoniam cū beato Iob vereri debet omnia ope Iob.9
ra ſua:nequid forte in illis ſit quod diuinæ maieſtatis oculis diſpliceat. attamen habere poteſt quandam probabilitatem moralem & coniecturam probabilem, cū fiducia diuinæ bonitatis: q̄ illa ſint ipſi deo grata. quoniam teſtimonijs ſanctarum ſcripturarum ſunt conſona,exemplíſq; ſanctorum patrum cōformia:& talibus circumuallata actionum circūſtantijs,quæ ad operationem bonam expoſcūtur. Eiuſmodi autem certitudo probabilis ſufficit:ad diiudicandum aliquod opus noſtrum eſſe bonum. Veruntamen hæc illatio Lutherana,quam in hac ſubtexit obiectione:prorſus inualida eſt & futilis. Hæc inquam. Faciens opera voti,addubitat vtrum illa ſint grata deo:nec habet conſcientiam q̄ placeāt deo.ergo ipſe facit contra ſuam conſcientiam:& peccat. Nullus enim hactenus diffiniuit(niſi forte Lutherus: primus fuerit huius diffinitionis author)agere cōtra conſcientiā,id eſſe:quod agere aliquod opus, quod ſubdubitet operator eſſe gratum deo. quandoquidem hoc pacto,omne ferme opus noſtrum eſſet contra cōſcientiam: cum nemini certò conſtet, ſuū opus(quantūlibet bonū videatur)eſſe acceptum deo. ¶Demū ſi in
3 citata circa obiectionis huius principiū ſancti Pauli propoſitione,fides capiatur pro fiducia habenda in deo:ipſa vota monaſtica etiam ſunt ex fide,quoniā ea nequaq̄ tollunt confidentiā primo loco reponendam in

deo. Quippe ea ipsa vota, consilijs CHRISTI obtemperando, fiunt: & cum spe certa, q̃ qui vouendi propositum animo inspirauit: suam conferet gratiã (nisi per hominem ponatur obstaculum) qua promissioni tam piæ, is qui vouit: integre satisfaciat, suumq; compleat votum. Et quãuis secundo atq; cõsequenter collocetur in operibus votorum fiducia, spẽsq; concipiatur animo: q̃ pro illis deus (qui in suis promissis verax est & fidelis) reddet mercedem, si modo ad finem vsq; vitæ in ipsis recte persistatur: id tamen non impedit fiduciam primariã ac principalem in deo reponi, qui solus est spes nostra præcipua, & anchora salutis nostrę firmissima. Vnde videtur hoc in loco subindicare Lutherus, in solo deo sic habendam esse fiduciã: quòd in nulla alia re debeat aliquo pacto constitui etiam inferiore gradu fiducia nostra, quod non est omniquaq; verũ. Sed sentiendum potius, in solo deo primam & summã esse debere fiduciam nostram: tanq̃ nostræ salutis authore supremo. In alijs autem rebus sub deo, vt operibus bonis, habendã esse fiduciam secundariã & accessoriã: quòd illorum adminiculo & exercitio consequemur participationẽ æternæ hæreditatis. Si quis enim hanc in solo deo collocaret fiduciam, quòd sine aliquorũ bonorum operum studio & actione, per solam eius misericordiam assequeretur vitam æternã: quis non videt hanc fiduciam esse temerariã præsumptionẽ, & nimiam de diuina bonitate confidentiam? Si quis item præcipuã in suis operibus cõstitueret fiduciam: existimans ex dignitate atq; natura eorum, obligatum esse deum ad elargienda sibi æternæ vitæ præmia, meritoq; sibi deberi ex operum suorum conditione & qualitate mercedem sempiternã: is etiam superbiæ spiritu inflatus iure haberetur, sibi placens, plus æquo sibi tribuens, & arrogantiæ plenus. Et huiusce generis atq; modi esse religiosos, disciplinæq; regularis cultores: ementitur Lutherus in hac obiectione. cũ dicit, monasticæ vitę obseruatores potissimũ habere confidẽtiam in suis meritis & operibus: & non in deo. Quod vtiq; falsum est: & calumniandi magis studio q̃ vera proferendi, dictum. Cæterũ si qui tales fuerint monachi, quales hic describit Lutherus: idipsum propria eorũ obuenit culpa, & non ex ipsius cœnobiticæ professionis institutione. ¶ At vero si quis primam ac 4
summã suam fiduciam reponit in diuina bonitate & misericordia, secũdariam vero & posteriore loco in suis operibus, tanq̃ medijs à deo ordinatis atq; instrumẽtis ad perueniendũ in requiem beatitudinis æternæ: sperans ex promissione largitatis diuinæ, & veritate verborũ eius qui fi-
2.Timo.2 delis est & seipsum negare non potest, se per talia opera vt adminicula mediaq; cõuenientia à deo ordinata (quæ adiutrice eius gratia facere cõstituit: & ad finem vsq; vitæ in illis persistere) adepturum perpetuæ salutis brauium: quis hunc (oro) iure carpserit aut increpauerit? cum diffiniatur spes esse certa expectatio futuræ beatitudinis: ex dei gratia & meritis propriis proueniens. An reprehẽsioni obnoxius est quispiam: si

quoniã ab apostolo didicit, q̃ vnusquisq; propriam mercedem accipiet 1.Corin.3
secundum suum laborem, confidat per duros labores in agone huius vitæ exantlatos atq; per virtutũ opera, se accepturũ mercedem repromissam? Nihilo certe magis: q̃ is qui confecto per totum stadiũ cursu, ante omnes metã consecutus, confideret se propter exacti cursus celeritatẽ habiturum id brauium: quod in illo currendi certamine, primo omniũ at- 1.Corin.9
tingenti metam & finem stadij esset constitutũ. aut q̃ is, qui quoniã sibi pacta esset merces ob laborem diurnũ in vinea: completo totius diei la- Matth.20
bore, speraret cõsidẽtq; se à domino vineæ accepturũ ob operam præstitam denariũ sibi promissum. Augustinus itidem in libro de vera innocentia, regula ducentesima nonagesima septima: dicit. Debetur merces Augustinus.
bonis operibus si fiant: sed gratia quæ non debetur, præcedit vt fiant. Ex quo verbo liquet, deũ alia liberalitate dare hominibus primã gratiã iustificationis: & alia reddere præmiũ pro operibus. Illa enim, omnino gratuita est: & ex solo eius beneplacito. Hęc vero: ex pacto & promissione, à se benigniter facta. Quis autem improbauerit, fiduciã cum debita moderatione in ijs reponi: quibus ex diuina pollicitatione debetur mer-
5 ces? ¶ Neq; sine sacrarum literarũ testimonio astruere connitimur hanc sub deo habendi in bonis operibus fiduciam: dũmodo præcipue innitatur diuinæ largitati, bonitati & veritati. Quippe beatus Petrus vbi audiuit à domino, viam ad perfectionem obtinendam esse, relinquere omnia bona externa pro CHRISTO & ipsum sequi: hanc ei proposuit interrogationem. Ecce nos reliquimus omnia: & secuti sumus te. quid er- Matth.19
go erit nobis? In quibus verbis innuit se fiduciam habere consequendi alicuius præmij, ob idipsum: q̃ cũ condiscipulis suis dimiserit quæ possederat, & CHRISTVM vocantem sit consectatus. Quod & facer Hieronymus confirmat: ita locum illum euangelicũ exponens. Grandis fi- Hieronymus.
ducia. Petrus piscator erat: dives non fuerat, cibos manu & arte quærebat. & tamen loquitur confidenter: reliquimus omnia. Hæc ille. Beatus etiam Paulus, hanc laudabilem bonorum operum fiduciam sæpiusculein suis exprimit epistolis: vt cum scribit ad Timotheum. Bonum certa- 2.Timo.4
men certaui: cursum consummaui, fidem seruaui. In reliquo reposita est mihi corona iustitiæ: quam reddet mihi dominus in illa die, iustus iudex. Et rursum ad eundẽ. Scio cui credidi, & certus sum: quia potens est 2.Timo.1
depositũ meũ seruare in illum diem. Ecce cũ quanta loquitur apostolus ipse fiducia, assequendi ob bona opera à se peracta: immarcessibilẽ æter-
6 næ gloriæ coronã. ¶ Rursum Ezechias rex Iuda, pius & verus dei cultor, cũ graui morbo decũbens, ab Esaia propheta intellexisset mortẽ sibi imminere: orauit dominũ cum lachrymis dicens. Obsecro domine, me- 4.Reg.20
mento quæso: quomodo ambulauerim coram te in veritate & in corde perfecto, & quod placitũ est coram te, fecerim. Nonne & hic meritorũ, bonorumq; operũ ante actorũ fiducia exprimitur: quorũ contẽplatione,

rex laudatiſſimus & optimus petijt à deo vitam ſibi prorogari? Vſque adeo tamen accepta fuit deo hęc oratio, pijs coniuncta lachrymis: vt diuinæ bonitatis largitas quindecim annorum ſpacium, vitæ eius adiecerit, atq; priſtinã illi inſtaurarit ſanitatem. Non eſt igitur omnifariã damnanda in bonis operibus fiducia: & ob ea, expectatio pręmij. vt neq; improbãdus agricola: qui ex larga ſemente amplam expectauerit meſſem.

Gala. 6 2. Corin. 9 Sapien. 3

Quæ enim ſeminauerit homo: hæc & metet. Et qui parce ſeminat: parce & metet. & qui ſeminat in benedictionibus: de benedictionibus & metet. quandoquidẽ bonorũ laborũ, teſte Salomone, glorioſus eſt fructus. & nulla prohibitũ lege nouimus, ex ipſis ſudoribus ſperare naſcentẽ fructum: & in ipſis confidere laboribus, q̃ via ſint & adiumentum ad colligendum lucrum, ex illis conſurgere ſolitum.

¶ Vota monaſtica minime aduerſari libertati Chriſtianæ: ſed eam potius reddere perfectiorem. Cap. XIIII.

1 Exta aduerſarij obiectio. Monaſticæ profeſſionis vota: repugnant libertati euãgelicæ ſeu Chriſtianæ. quæ non ſolũ eſt ea libertas in ſpiritu regnans (inquit Lutherus) qua ſoluitur conſcientia ab operibus: ſed etiã ea, qua ſublata ſunt vniuerſa hominum mandata, & quicquid in externis cærimonijs ſeruari poteſt. vt ſunt omnes cibi, omnes veſtes, omnes perſonę: omnes geſtus, omnia loca, omnia vaſa, omnes dies. vt ea liceat obſeruare & nõ obſeruare: quãdiu, vbi, & quomodo, quãdo & quoties placuerit, aut res ipſa obtulerit. Et omnino quicquid non eſt mãdati diuini: abrogatum, & libertate donatum eſt. At vouendi inſtitutum: nónne meriſſime humanum eſt? nónne ſitũ eſt in raſura, veſte, cibo, potu: diebus, locis, geſtibus, & alijs cærimonijs? Vbi aliquod illorum præcepit deus? vbi præcepit eam paupertatem: eam obedientiam, eam caſtitatem? Quid igitur adhuc dubitas: ea nec licere nec licuiſſe vouere? Libera ſunt diuinitus: quæ tu neceſſaria facis humanitus. Sunt itaq; vota monaſtica, contra libertatem euangelicam: & diuinis mandatis omnino prohibita. eſtq; votorum inſtitutum, ſeruilis hominum doctrina: nequaq̃ toleranda. Hæc Lutherus. ¶ Reſponſio. Tot & tanti complicantur in hac obiectione execrandi errores: vt à quo eorum refellendo ſumi debeat exordium, vix ſatis conſtet. Quæ tamen in primo huius operis libro ante dicta ſunt de conſtitutionibus eccleſiaſticis obſeruandis, magnum afferent ad hanc rem momentum & pondus. quoniam ijſdem ferme vijs promptum fuerit oſtendere: & conſtitutiones monaſticas ab ijs ad vnguem obſeruari debere, qui illi profeſſioni ſe addixerint. In primis itaque negandum eſt, illam eſſe libertatem euangelicam & Chriſtianam: quam in ſuperiore deſcriptione, circa præſentis obiectionis initium poſita, proponit Lutherus. ſed talis libertas, effrenis eſt viuendi ſine lege & regula recta, licentia: & vera ſeruitus

peccati, ex inſoleſcente in ſpiritum carne & inobedientiæ malo enaſcens. q̃ per eam fiat homo mancipium vitiorum: & ex dei hominumq; contẽptu, ſeruus ſuarum cupiditatum. Quòd ſi eam, libertatem vocare lubet (etſi tam præclaro nomine, profecto ſit indigna) vocetur quidẽ libertas: ne ad nomen ipſum cõtentioſi videamur, nõ tamen Chriſtiana aut euãgelica: quoniã & ſanctis CHRISTI inſtitutis & euangelicis præceptis omnino repugnat. ſed appelletur dũntaxat libertas Lutherana: à ſuo authore. q̃ inter cæteros ſuos minime tolerandos errores: & hanc libertatẽ CHRISTO aduerſam, euangelióq; contrariã inuexerit hac noſtra tempeſtate Lutherus. Quinimmo vocetur etiã (ſi libitũ fuerit) libertas antichriſtiana: quoniã Chriſtianæ pietati ac religioni penitus eſt oppoſita.

Libertas Lutherana: & antichriſtiana.

3 ¶ Siquidem per hanc libertatem, regnantẽ (vt Lutheri verbis vtar) in ſpiritu, non quidem humilitatis, ſed ſuperbiæ & inſolentiæ: abſoluitur authoritate & ſententia Lutherana, conſcientia humana ab operibus. vt ſola ei fides operibus vacua: ſufficere putetur à Luthero, ad ſalutẽ æternã conſequendam. Illud autem: quis non videat prorſus obluctari & contraniti diſciplinæ CHRISTI? qui euangelicis documentis & inſtitutis nos obligauit ad opera bona, fidei ſuperaddẽda: requiritq; à nobis ex ſacrorum eloquiorũ teſtimonio non fidem nudã, ſed & opera bona illi ſocia, conſortióq; ſancto coniuncta. quemadmodũ in viceſimo ſexto capite primi libri: plurifariã eſt à nobis oſtenſum. Per eandem quoq; libertatẽ ſuam, ſubmouendas contendit Lutherus omnes humanas conſtitutiones: & quicquid in externis obſeruationibus, cærimonijs & ritibus teneri poteſt. vt non ſit diſcrimen aliquod inter eſum carniũ & piſcium: aliorúmve eſculentorũ. Nihil etiã interſit inter veſtes ſacras benedictionéq; ſacerdotali cõſecratas: & inter non ſacras. nihil itidem ſit diſcerniculi inter perſonã eccleſiaſticã ſacriſq; initiatã ordinibus: & laicam. In celebrãdo quoq; diuino officio & præſertim ſacro miſſæ myſterio nulli fiãt geſtus in genuflexionibus, inclinatione capitis, ſignaculis crucis: aut omnes promiſcue permittãtur. Nulla pręterea habeatur locorũ differentia: neq; ſint aliqua ſacra, & alia non ſacra. nihil inſuper ſit diſcrimínis inter vaſa miniſterijs tẽpli deputata: & alia, quæ in culina aut mẽſa humanis accõmodantur vſibus. Deniq; nihil ſit diſcrepãtiæ inter dies feſtos & nõ feſtos: & ita habeatur dies domínicus, vt vnus aliorũ quorũlibet dierũ ipſius hebdomadæ. Sed quis tam emotæ eſt mentis & inſanæ: qui nõ videat hæc omnia Lutheri placita, ſuæq; libertatis documẽta, ſacris literis & rectæ rationi penitus aduerſari? cũ in veteri lege cognoſcamus deũ: locorum, perſonarũ, vaſorũ, dierúmq; diſcernicula cõſtituiſſe ad ſuũ cultũ, certoſq; ritus & cærimonias iuſſiſſe obſeruari in hoſtiarũ oblationibus. & ex eo argumentũ ducere debeamus: non quidẽ prorſus eadẽ, ſed conſimilia diſtinctionũ genera in nouo teſtamento eſſe obſeruanda: habendumq; diſcrimen ſuo modo, & legi euangelicæ conueniente, inter loca &

loca,personas & personas,vasa & vasa,dies & dies. ¶Deinceps permit- 4
tit Lutherus in declaratione suæ libertatis ante descriptæ:laxas habenas
omnibus,illam suam libertatẽ amplecti volentibus. Vt scilicet quæcũq;
in ecclesia sunt constituta circa discretionem ciborũ,locorũ,vestium, va-
sorum,dierũ,& cæterorũ id genus,obseruent fideles: quando,& vbi,&
quãdiu voluerint. Cum vero animo eorũ sederit,amplius illa non obser
uare: impune & sine peccati reatu,pro solo suo arbitratu illa prætermit-
tant. Sed quid hoc aliud est: q̃ cuiq; facultatem indulgere,præuaricandi
quæcunq; ab initio nascentis ecclesiæ sunt rectissime instituta, contẽnen-
Matth.18 diq; ecclesiã & patres orthodoxos: qui illa deo authore sanxerũt? Nõne
Matth.23 idipsum,est plane deum contẽnere: qui iussit audiendã esse ecclesiam,&
præpositis obedientiã præstandam? Demũ vt vno aperiat verbo Luthe-
rus,quid illa valeat sua libertas: vult illius authoritate abrogari in toto
Christianissimo,quicquid decalogo illo diuinorum præceptorũ expresse
non est cõprehensum.& fideles omnes ea donari libertate,vt quę nõ sunt
hoc modo diuini præcepti,& manifeste non iubentur à deo:nullo pacto
obligentur exequi aut facere, sed pro suo nutu aut faciãt ea aut præter-
mittãt,sine aliqua peccati labe. Quod si quis admittat:nõne protinus
diuina omnia humanaq; confundit & proculcat? Planũ est itaq;,hanc li
bertatem Lutheranã optimo iure non Christianam dici debere,sed anti
christianã:q; sit CHRISTO maxime aduersa. ¶Sed nunc ad ea quę as- 5
sumit secũdo loco in hac obiectione:paucis respondeamus. in primis in-
ficiantes:vouendi institutũ esse merissime humanũ.cum in secundo,ter-
tio & quarto capite huius libri multipliciter ostenderimus: huiusmodi
votorum institutũ à deo esse profectũ, piorúmq; mentibus inspiratum.
Illud autem, nequaq̃ præcipue consistit in rasura,veste, cibo & potu,&
reliquis cærimonijs:quantũ ad substantiam & principalem votorũ inte-
gritatẽ.sed in obedientiæ,castitatis,ac paupertatis promissione solenni:
& integra obseruatione.quãdoquidem rasura,vestis,cibus & potus,&
reliqua id genus: apud diuersas domos monasticas sunt diuersa & va-
ria. Institutum autem vouendi,& ad cõsimilia tria vota essentialia obli-
gatio: in omnibus penitus est eádem. Verũtamen in omni domo cœno-
bitica, ipsum viuendi institutũ habet has conditiones,rasuram, cibum
& potum,vestes,cæteróscq; ritus ac cærimonias,sibi annexas & appendi-
ces: tanq̃ accessorias & adminicularias ad perfectã trium præcipuorum
votorum completionẽ. Vt nisi quis istas qualitates addititias & mores
domus monasticæ in victu, vestitu,& reliquis tenuerit : non poterit ille
tribus præcipuis votis præsertim obedientiæ,satisfacere. Proinde & illa
secundo loco digesta atq; accessoria : etiam cuiq; religioso secundum sui
monasterij consuetudinem seruanda sunt. At nihil istorum(insistit Lu-
therus)præcepit deus. Esto nihil horum particulatim & speciatim iusse-
rit , tamen cum obedientiam parentibus esse exhibendam præcepit &

maioribus obtemperandũ: quodq; horum quodã consequio præcepit.
Cũ enim diuino præcepto iubetur religiosus patri monasterij obsequi:
etiã præcipitur consequenter & ea vti veste,rasura,victu,& cæteris: qui-
bus monasterij pater vtendũ esse cõstituit. Et q̃uis aperto præcepto atq;
speciali non sanxerit deus istas cõstitutiones monasticas,quæ in diuersis
religionibus sunt vario modo,laudabiliter tamen & ob causam ratiõna-
bilem institutæ:haud tamen idcirco floccipendẽdæ sunt aut abijciendæ.
Nã inspiratore deo,à primis ipsis monasteriorũ authoribus sunt pie re-
ligioseq; ordinatæ:diuersæ illæ sanctiones,& per diutinũ vsum, in hunc
vsq; diem in sua incolumitate obseruatæ. Neq; diuinis præceptis illæ re-
gulæ viuendi vlla ex parte repugnãt:quinimmo ad ea plenius custodien
da,maximo sunt adiumẽto. Vnde venerabilis ille pater, Thomas Val- Thomas
den,sæpius ante citatus,in nonagesimo secundo libri sui de sacramẽtali- Vvalden.
bus capite: cõtra Viclefi oblatrationes in statũ religiosorũ,egregie disse-
rit de habituũ monachaliũ diuersitate: diffuse declarans ex scriptura &
sanctorũ patrũ testimonijs,q̃ rationabilis sit & congrua,huiusmodi ve-
6 stium varietas. ¶Deinde vero nequicq̃ percõtatur Lutherus circa obie
ctionis huius finẽ: vbi præcepit deus eam paupertatẽ, obedientiã & ca-
stitatẽ,cui obseruãdæ,religiosi voto se alligãt. Quoniã non est illud ad
stabiliendã institutionẽ monasticã à quopiam vnq̃ propositũ:deũ ea ipsa
virtutũ genera vt voueãtur obseruanda,in euãgelio præcepisse,sed cõsu
luisse tantũ. Religiosos autem, tale cõsiliũ tanq̃ salutare,vltro amplecti:
q; cõparandæ animarũ suarum saluti apprime conducat. Falsum est iti-
dem quod postea subinfert,nec licuisse vnq̃ eos nec licere talia vouere:cũ
supra sit diffuse ostẽsum,& licita esse talia vota,& exemplo sanctorũ pa Cap.7.& 8
trum primũ inducta. Neq; per illa,facit vouens humanitus ea necessa-
ria,quæ diuinitus sunt libera:vt obiectat Lutherus. sed quæ diuinitus
libera sunt:etiã apud homines sunt libera.scilicet ipsa vouendi,aut à vo
to faciendo superssedẽdi facultas:anteq̃ fiat votũ. Et quæ humanitus ne-
cessaria sunt:etiã in hac votorũ materia apud deum necessaria sunt,atq;
de necessitate salutis obseruari debent.vtpote votorũ iam sponte factorũ
persolutio atq; cõpletio. Demũ ex his omnibus iam dictis dilucidũ est:
vota ipsa,contra libertatem euangelicã & veram etiam libertatem Chri-
stianam,primi libri capite vicesimo tertio explicatam,nequaq̃ pugnare,
quin potius eadẽ reddere illam auctiorẽ & ampliorem:per elongationẽ
à seculi strepitu,& abdicationem curarum huius mũdi. Neq; ipsa vota
diuinis prohiberi præceptis: sed cum illis mira cõcordia atq; harmonia
conspirare,atq; ad ea melius perficienda magnũ præstare adiumentum.
Nec etiã votorũ institutũ,seruilem esse hominũ doctrinã, nequaq̃ tole-
randam:vt in totius obiectionis calce obstrepit Lutherus.sed dei potius
esse doctrinã,admonitoria tantũ & consilium proponente voce traditã,
veræ libertatis assertricem atq; in totum orbẽ Christianũ propagandã.

¶Satisfactionem per bona opera de peccatis commissis: homini ad salutem animæ esse necessariam. Cap. XV.

AT vero ex hac sua libertate tanq̃ virulenta & noxia radice: Lutherus multos educit ramos non minus pestilentes, & ex quibus tetra malorum enascitur colluuies. In primis siquidem ex huiusmodi licentiosæ libertatis 1
stirpe venenosa, in præsenti quod improbamus opere suo de votis monasticis: damnat satisfactionẽ pœnitentiariã de peccatis perpetratis, per bona opera, hisce verbis. Hic vides, q̃ 2
impię sint leges de satisfactionibus: quibus docemur per bona opera delere peccata. ¶Verũ si impiæ sunt ille satisfactionũ leges o Luthere: cur 2
Matth. 8 præcepit CHRISTVS leproso mũdato? Vade, ostẽde te sacerdoti, & offer munus tuũ ad altare: quod præcepit Moyses in testimoniũ illis. Vbi per sui ostensionẽ sacerdoti faciendam, confessio secreta peccatorũ: & per oblationẽ muneris ad altare, satisfactio per bona opera confessionẽ comitantia, secũdum sacros interpretes mystice designatur. ¶Insuper, altilo- 3
quus CHRISTI præco Ioannes baptista, postq̃ scribarũ & pharisæorũ ad se venientiũ crimina acriter corripuit: medicamẽtum quo vulnera eo-
Lucæ. 3 rũ curarẽtur subiunxit, dicens. Facite ergo dignos fructus pœnitẽtiæ: vt possitis fugere à vẽtura ira. Qui autẽ sunt digni pœnitentię fructus: nisi vitæ prioris in meliorẽ frugem cõmutatio, & bonorũ operũ ad abolenda præterita peccata, sustinendãq; pro illis satisfactoriã aliquã afflictionem exercitiũ? quẽadmodũ in homelia, illius loci euãgelici expositoria (quę legitur in sabbato quatuor temporũ aduẽtus domini) præclare demõstrat beatus Gregorius. ¶Rursum, ad huiusmodi bonorũ operum 4
studiũ, quę peccatorũ atrã detergant rubiginẽ: sanctus Daniel propheta
Danie. 4 domini exhortatus est regem Babylonicũ, dicens. Peccata tua eleemosynis redime: & iniquitates tuas misericordijs pauperũ. Cui consonat il-
Tobiæ. 12 lud in libro Tobiæ dictum. Eleemosyna à morte liberat: & ipsa est quæ purgat peccata, & facit inuenire vitã æternã. Et illud verbũ Eccle-
Eccl. 3 siastici. Ignẽ ardentem extinguit aqua: & eleemosyna resistit peccatis. Deniq; &
Lucæ. 11 illud salubre CHRISTI monitũ in euãgelio. Verũtamen quod superest, date eleemosynã: & ecce omnia mũda sũt vobis. At quomodo peccata eleemosynis redimũtur? nũquid vt erogatis in pauperes pecunijs: impune postea perpetrẽtur peccata? Nequaq̃, nã impunitatẽ illã peccatorũ cõmittendorũ: nullo quis possit comparare precio. Et stolidę mẽtis esset atq; insulsæ: qui ita redimi posse peccata arbitraretur. Sed redimuntur misericordijs pauperũ, peccata: quãdo pœna pro illis etiã à deo dimissis debita, exoluitur per huiusmodi largam bonorũ in pauperes distributionẽ. Haud dissimili ratione eleemosyna purgat peccata: quoniã superstites in anima peccatorũ iam dimissorũ per cõtritionẽ & cõfessionẽ, reliquias abradit: & pœnã temporariã pro illis exoluendã tollit & aufert.

5 ¶Ad hæc, Si impiæ sunt leges de satisfactionibus, vt proponit superioribus verbis Lutherus: cur post humilẽ sui criminis perpetrati in numeratione populi totius regni, confessionẽ atq; remissionem: iussus est Dauid per Gad prophetam extruere altare domino in area Areuna Hie- 2. Regũ. 24
busei, & super illud offerre holocaustũ, ad placandã diuinæ sæuerita tis irã? Nõne significatur vera ipsius regis de peccato illo cõmisso cõtritio: pariter & confessio, cum dicit ibi scriptura? Percussit ergo cor Dauid, eum: postq̃ numeratus est populus. Et dixit Dauid ad dominũ. Peccaui valde in hoc facto, sed precor domine vt transferas iniquitatem serui tui: quia stulte egi nimis. Quid præterea humilius illa propriæ iniquitatis confessione: quæ paulo post subditur his verbis? Dixitq; Dauid 2. Regũ. 24
ad dominum: cum vidisset angelum cædentem populum. Ego sum qui peccaui: & ego inique egi. isti qui oues sunt: quid fecerũt? Vertatur obsecro manus tua contra me: & cõtra domum patris mei. Quid ergo adhuc opus erat oblatione holocaustorum & pacificorum: post dimissum iam peccatum? certe in satisfactionem pœnæ: cui Dauid erat obnoxius pro huiusmodi peccato, vt & illa adhuc debita: per sacrificium tale exolueretur. Quis igitur nõ videt ex hoc exemplo: post dimissam à deo culpam, requiri adhuc satisfactionẽ pro illa, per bona opera sedulo faciẽda?
6 ¶Adde, q̃ plærũq; culpa perpetrata, à deo homini remittitur: pœna tamen tẽporaria pro illa, infligenda, in futurũ tẽpus reseruatur. Vt ipsius Dauid exẽplo dilucide constat. Qui post perpetratũ adulteriũ & homi- 2. Regũ. 11
cidiũ à Nathan propheta increpatus: cũ humiliter suũ cognouisset peccatũ dicens. Peccaui domino. audiuit & illius peccati remissionem sibi à 2. Regũ. 12
domino factã, voce prophetica: cũ illi respõsum est benigniter à Nathan. Dominus quoq; trãstulit peccatũ tuum. nõ morieris. Attamen Dauid postea grauissimas perpessus est molestias, erũnas & calamitates à filijs suis: Amnon in violatione sororis suæ Thamar, & Absalon in cæde do- 2. Regũ. 13
losa fratris sui, in rebellione cõtra mansuetissimũ patrẽ, vxorũ suarũ stu- 2. Regũ. 15
pratione, & ignominiosa demũ ipsius Absalon tantorũ malorum autho- 2. Regũ. 16
ris morte. Et hęc quidẽ omnia aduersitatũ fulgura atq; tonitrua perpes- 2. Regũ. 17
sus est Dauid: in expiationẽ vtriusq; criminis iã dicti, per eũ longo ante tẽpore perpetrati. quẽadmodũ Nathan propheta etiã futurũ ei prędixe- 2. Regũ. 12
rat. Similiter Manasses rex Iuda filius Ezechiæ: ante actorũ à se malorũ veniã fuerat consecutus per salutarẽ vitæ suæ emendationẽ, integrãq; sui 2. Parali. 33
& verã ad dominũ cõuersionẽ. In illorũ tamen scelerũ suorũ iam dimissorũ punitionẽ & pœnã, disperdidit dominus populũ Iuda: & ciuitatẽ Hierusalem sub Sedechia rege aliquãto post tempore tradidit in manus Chaldæorũ, vt liquido testatur scriptura. ¶Enimuero quartus liber re- 2. Para. 36
gum capite vicesimo primo, hæc refert. Locutus est dominus in manu seruorũ suorum prophetarũ: dicens. Quia fecit Manasses rex Iuda abo- 4. Regũ. 21
minationes istas pessimas, super omnia quę fecerũt Amorræi ante eũ, &

peccare etiã fecit Iuda in immũdicijs ſuis:propterea hæc dicit dominus deus Iſraël. Ecce ego inducã mala ſuper Hieruſalem & Iudam:vt quicũq; audierit,tinniant ambæ aures eius. Et extẽdam ſuper Hieruſalem funiculum Samariæ,& põdus domus Achab:& delebo Hieruſalem ſicut deleri ſolent tabulæ. Delens vertam:& ducam crebrius ſtilum ſuper faciem eius. Rurſum eiuſdem libri viceſimoquarto capite, cum deſcribitur immiſſio diuerſorum latrunculorum alienigenarum ſub Ioachim rege Iuda in terram eius: ad deuaſtãdam penitus illam, ſubiunguntur
4.Reg.24 hæc ſacræ hiſtoriæ verba. Factũ eſt autem hoc,per verbum domini contra Iudam:vt auferret eum coram ſe,propter peccata Manaſſe vniuerſa quæ fecit,& propter ſanguinẽ innoxiũ quem effudit, & impleuit Hieruſalem cruore innocentiũ:& ob hanc rem noluit deus propitiari. Hæc ibi. Et tamen cum illa viceſimi quarti cap. acta complerentur:iam pridẽ Manaſſes facta ſalutari pœnitẽtia,erat pie in domino(vt credere fas eſt) defunctus. Inſuper Hieremiæ decimoquinto capite,dominus de popu
Hiere.15 lo Iuda exterminando loquens: ait. Et viſitabo ſuper eos quatuor ſpecies:dicit dominus,gladium ad occiſionem,& canes ad lacerandũ:& volatilia cæli & beſtias terræ, ad deuorandum & diſſipandũ. Et dabo eos in feruorem vniuerſis regnis terræ: propter Manaſſem filium Ezechiæ regis Iuda, ſuper omnibus quæ fecit in Hieruſalem. Quem prophetæ
Hieronymus. locum exponens beatus Hieronymus in ſuis ſuper Hieremiã commen
2.Para.33 tarijs:inquit. Legimus in dierum volumine,Manaſſem poſt captiuitatem & pœnitentiã reuerſum in Hieruſalem: atq; regnaſſe. Sed quomodo ſanctorũ merita deſcendunt ad poſteros,ſicut Dauid & cæterorũ:ſic peccatorũ flagitia,ſi liberi nepotéſq; ſimilia geſſerint,ad poſteros peruе
niunt. Quod autem dicit: dabo eos in feruorẽ ſiue commotionẽ,& an
4.Regũ.21 guſtias vniuerſæ terræ. & ſub Babyloniſs ex parte completũ eſt:& nunc expletur in toto. quãdo peſſimũ regem,& qui repleuit Hieruſalẽ à porta vſq; ad portã cruore iuſtorum:populus imitatus eſt impius. Ex quo diſcimus,regum ac principum & præpoſitorũ ſcelere: populos plærũq; deleri. Hæc Hieronymus. Manifeſtum eſt itaq; ex prędictis,q; dimiſſa per dei miſericordiã culpa etiam grauí peccatoris: plærunq; relíqua eſt pœna temporaria, quæ ſecundum diuinæ iuſtitiæ leges eſt perferenda, in omnimodam illius delicti expiationem. Cur igitur ad ſuſtollendam eam pœnam temporalem, quæ debetur adhuc pro peccato iam deleto quantũ ad labem:non fient bona opera ſatiſfactoria,ad perficiendam ſalutarẽ pœnitẽtiam? ¶Ad hęc, Leuitici quarto capite,& quinto,itidẽ & 7
ſexto: determinatur à domino particulatim hoſtia, pro diuerſitate peccantium aut peccatorum offerenda in ſatiſfactionẽ. Enimuero quartũ li
Leuiti.4 bri illius caput ſingillatim explicat:quænã fuit faciẽda oblatio pro peccato ſacerdotis,pro peccato itidẽ multitudinis:pro peccato quoq; principis, & denique pro peccato ſingularis perſonæ. Quintum vero eiuſ-

dem libri caput,latius ediſſerit:quę fuit hoſtia in ſatiſfactionem offeren- Leuiti.5
da pro peccato procedente ex vehemẽti affectione in aliquẽ, pro peccato itidem commiſſo ex negligentia aut ignorantia, & demum pro peccato circa ſacrorum abuſum perpetrato. Sextum autem caput prædicti libri Leuiti.6
ſpeciatim explanat,quo ſacrificij genere ſatiſfactorio expiandũ erat peccatum: ex electione,præmeditationeq; & propoſito admiſſum. Conſtat igitur apertiſſime ex eo ſcripturæ loco:ſatiſfactionẽ pro peccatis,eſſe iuris diuini,ipſamq; à deo eſſe primũ ordinatã. Neq; hic obſtrepat quiſq;, hæc omnia oblationũ veteris legis genera,cum illa, iam olim eſſe abolita: & ergo per ipſa non poſſe firmiter & efficaciter oſtendi, ſatiſfactionẽ à deo eſſe ſancitam. Quoniã tametſi illæ ſatiſfactionũ ſpecies ibidem explicatæ,ſint antiquatæ:attamen ſatiſfactio ipſa in genere & ſecundũ vniuerſalem ſuam rationẽ, permanet integra,incolumis & ſemper ſtabilis, atq; perpetua. Pertinet enim ipſa,ad dei honorificentiã:ſecundũ æquitatis legem,illi offenſo exhibendam. & ergo in noua lege non minus habet
8 roboris & loci:q̃ habuit in antiqua. ¶Deinceps. Integra & perfecta pœnitentia,ſecundũ traditionem eccleſiaſticã,orthodoxorũ patrum ſententijs conſentaneã:non ſolum duabus conſtat partibus,contritione & confeſſione ſacramentali: ſed tertiam inſuper exigit, vt conſummata habeatur & completa. ſatiſfactionem inquã pro peccatis:per iniuncta à ſacerdote piorum operum officia. Qui igitur hanc tertiã partem tollit & negat:nullum relinquit cõſummatæ abſolutæq; pœnitentiæ faciendæ locũ aut modũ. Nec me fugit, Lutherum in alijs quoq; ſcriptis ſuis iam per alios acerrime confutatis: hanc tertiã pœnitentiæ partem,vtpote ſatiſfactionẽ negare. vt perſpicue liquet ex quinto articulo ipſius:inter vnũ & quadraginta articulos,à Leone decimo,bonæ memoriæ,proximis ante annis ſummo pontifice,authoritate pontificia publice damnatos,eo ordine repoſito. Quoniã tamen pro more ſuo Lutherus diuerſos libros ſuos ijſdem reſpergit erroribus,tanq; venenum ſparſim diſſeminãs,quo plures inficiãtur:& in hoc(quem impugnandũ ſuſcepimus)libro ſuo de votis monaſticis, eandem aſtruit impietatẽ, ſatiſfactionis pœnitentialis abnegatoriã:hæc tantilla,ad prædictæ improbitatis deſtructionẽ,aſſertionemq; ſatiſfactionis, protulimus: quibus & hæc pauca ſubijciemus.
9 ¶Neminẽ ſane id addubitare reor,beatũ Petrũ,cum conuerſus domi- Lucæ.22
nus reſpexit eum oculo pietatis & miſericordiæ:obtinuiſſe tum veniam trinæ negationis à ſe paulo ante factæ. Et tamen continuo egreſſus foras fleuit amare:vt ſcribit Matthęus. Nec tantũ vno aut altero fleuit die,ſed Matth.26
quãdiu vita illi fuit ſuperſtes: audito gallicinio dicitur in pias erupiſſe lachrymas,criminis illius admiſſi expurgatorias. Sed nónne tam vberes
10 illæ lachrymæ: ad ſatiſfactionẽ pertinebant? ¶Amplius. Cũ quis reus criminis læſæ maieſtatis aut humana cæde pollutus:publico ſecundum leges & iura ciuilia afficiendus eſt ſupplicio, obtinet autem à regia ma-

ieſtate remiſſionem illius admiſſi criminis: per illam quidem veniã à rege impetratã liberatur à morte perferenda, quæ illi ſecundũ decreta legum fuiſſet infligenda. Veruntamen in reparationẽ illatæ iniuriæ,& læſæ parti vtcunq; ſatisfacere adhuc debet: aut ſolẽnem aliquam & publicam emendationem exoluere. Neq; aliqua in parte, iuſtitiæ aut miſericordiæ prætergreditur officium rex iuſtus & clemens: ſi poſt indultum ipſi reo mortis, munus vitæ, expoſcat ab illo temporariã aliquam ſatisfactionem. Quis igitur recte putauerit, deum ipſum regem regũ & dominum dominantium, inique nobiſcum agere: ſi poſt condonatam culpam (ob quam, æternæ morti eramus obnoxij) exquirit à nobis ſatisfactoriam aliquam operationem, in perſolutionem aliquantulam pœnæ, propter eam culpam adhuc debitæ? ¶ Demum, beatus Paulus ad Romanos iam dei gratia iuſtificatos ſcribens: ait. Sicut exhibuiſtis mẽbra veſtra ſeruire immũditiæ & iniquitati ad iniquitatẽ: ita exhibete membra veſtra ſeruire iuſtitię in ſanctificationem. Quibus verbis ſalubriter eos admonet, vt corpora ſua per ſatisfactionem condignam exhibeãt inſtrumenta bonorũ operum: ſicut prius ea exhibuerunt organa grauiſſimorum ſcelerum. Nullũ autem ſatisfactionis genus, illo eſt præſtãtius: q̃ cum per quæ quis peccarit, per eadem punire in ſe peccata atq; eluere ſtudeat. Idẽ quoq; in actis apoſtolicis perhibet ſe teſtificatũ eſſe Iudæis atq; gentilibus, in deum pœnitentiam: & fidem in dominũ noſtrum IESVM CHRISTVM. Vbi non ſolum fidem ſe dicit annunciſſe ijs quibus euangelizauerat: ſed & pœnitentiam in deum. Quæ autem eſt in deum pœnitentia, & ſalutaris: niſi ea ipſa, qua per ſedulũ bonorũ operũ exercitium ſtudent reſipiſcentes diluere maculas vitæ præteritæ: & prauos conuerſationis priſtinæ mores, in meliores conuertere cõmutaréq; ? Hoc ipſum autem nõnne ſatisfactio eſt pœnitẽtialis? Cõſtat igitur, nõ eſſe impias: ſed maxime ſalubres & rectas, ſatisfactionis leges. ¶ Cæterum obſtrepet hoc loco fortaſſe quiſpiam: ſentẽtiæ huic Lutheranæ addictus, nimiúmq; in ipſam propenſus. CHRISTVS in cruce, acerbiſſima ſua paſſione & morte ſatisfecit pro peccatis noſtris. nõ quidem ſolũ pro peccato protoplaſtorum, quod totam humanã propaginem detruſerat in damnationẽ mortis: ſed & pro peccatis ſingulorum hominũ particularibus, immo & ſingulis. Ipſe enim eſt agnus dei: qui tollit peccata mundi, & eſt propiciatio pro peccatis noſtris, non pro noſtris autẽ tantum: ſed etiam totius mundi. Quod & Eſaias propheta cõteſtatur: dicens de CHRISTO. q̃ dominus poſuit in eo iniquitatem omnium noſtrum: & ipſe peccata multorũ tulit, & pro trãſgreſſoribus orauit. Idem etiam beatus Petrus confirmat: cum ait de domino noſtro. Qui peccata noſtra ipſe pertulit in corpore ſuo ſuper lignum: vt peccatis mortui, iuſtitiæ viuamus, cuius liuore ſanati eſtis. Atqui huiuſmodi ſatisfactio per CHRISTVM facta pro nobis, qua ſuſtinuit pœnam pro peccatis

Roma. 6 — 11

Actuũ. 20 — 12

Ioan. 1 — 13

1. Ioan. 2.

Eſaiæ. 53

1. Petri. 2

noſtris: fuit ſufficiẽtiſſima deóq; acceptiſſima. Non igitur debet vlla à nobis fieri ſatisfactio pro quibuſcũq; peccatis noſtris: ſed ſimul atq; remittitur culpa, deletur & omnis pœna culpæ debita. neq; ſupereſt aliqua exoluenda pœna: pro qua abolenda, fiãt opera ſatisfactoria. Alioqui iniurius eſt CHRISTO, quiſquis poſt tã exuberantẽ & dignã ſatisfactionẽ eius pro omnibus hominum peccatis: ſuã vult adijcere ſatisfactionẽ, eo ipſo inſinuans, minus ſufficienter CHRISTVM pro nobis ſatisfeciſſe.

13 ¶ Verũ huic reddenda eſt reſponſio. CHRISTVM quidẽ doloroſa ſua paſſione ſatisfeciſſe pro omnibus & ſingulis mũdi peccatis, vt aſtruũt teſtimonia ſcripturarũ modo adducta: ſed certo quodã ſatisfactionis modo, quo pœnã æternã peccatis noſtris debitã ſuſtulit, eámq; in tẽporalem tantũ, cõmutari obtinuit. Proinde quoties fit homini à deo peccatorum remiſſio & condonatio: tum virtute efficacię paſſionis CHRISTI, ignis æterni pœna (cui peccator erat ante obnoxius) cõmutatur in tẽporariã, aut in hoc ſeculo aut in altero perferendã. Supereſt igitur poſt acceptã à deo peccatorũ remiſſionẽ, adhuc aliqua pœna tẽporalis: ex diuinæ iuſtitię rectitudine, debita illis peccatis. pro qua exoluẽda, debet fieri ſatisfactio: ad integrã pœnitentiã agendã. Illius autem pœnæ partem aliquam tollit adimpletio prompta pœnitẽtiæ: per ſacerdotẽ cui detecta ſunt peccata, iniunctæ pœnitenti. quæ non eſt à quoq̃ reijciẽda cum ſupercilio aut neglígenda: ſed cũ humilitate atq; ſubmiſſione animi libenter ſuſcipienda, & ocyus peragenda: quoniã antidotũ eſt ſalutare contra virus mentis inuſtũ. At quoniã non eſt cuiq̃ cõpertũ: an opus illud bonum, iniunctũ cõfitenti à ſacerdote, æqua lance reſpondeat illi pœnæ tẽporali debitæ, eámq; totã exoluere ſufficiat. & plęrũq; contingit, cõpleta ea pœnitẽtia: adhuc relíquã eſſe aliquã partẽ illius tẽporarię pœnæ, quę necdũ eſt perſoluta. Idcirco cõmendabile eſt, laudéq; dignũ: vltra illã ſatisfactoriã pœnitentiam ſuperaddere & alia bona opera, orationes, eleemoſynas aut ieiunia: pro omnimoda pœnæ illius tẽporalis exolutione, vtq; cõpleta fiat ſatisfactio. Nõ igitur iniuriã deo facit: qui bonorũ operum obſequijs ſatisfactionẽ pro admiſſis peccatis exercet & perficit. ſed quod à deo, & per eũ ab eccleſia catholica ordinatũ eſt, reuerenter amplectẽs & exequẽs: magna ipſum veneratione, honoréq; ingẽti proſequitur.

¶ Aliorum inſuper Lutheri errorũ, ex libertate ſua (quã ſtatuit) emanantiũ: explicatio & cõfutatio. & potiſſimũ ęqualitatis omniũ bonorum operum: in perfectione. Cap. XVI.

IX peſtifera itidem ſuæ libertatis, in decimoquarto libri huius capite latius explanatæ, radice: & hunc deducit noxium ramũ Lutherus, circa hunc ſui libri de votis monaſticis locũ, eum qui fidem habet: nullis operibus malis damnari poſſe aut accuſari apud deum, cum ait. Credẽtis in CHRISTVM nulla ſunt tã mala

opera:quę eum poſſunt accuſare & damnare. Rurſum nulla tam bona:
quæ poſſunt eũ defendere & ſaluare. ſed omnia opera noſtra nos accuſant & damnãt:ſolius autẽ CHRISTI nos opera defendunt & ſaluãt.
Cuius quidem dicti prima particula,q̃ ſit abſona,veritatiq; contraria:
Ezechi.18 oſtendit Ezechiel propheta,conteſtans impium cum fecerit iniuſtitiam,
in eáq; perſtiterit:in ſua impietate interiturum,& q̃ anima quæ peccauerit ipſa morietur. Beatus item Paulus idem declarat:in epiſtolis ſuis
1.Corin.6 Gala.5 Ephe.5 crebro affirmans,fornicatores,immundos,fures,rapaces,maledicos:regnum dei non poſſeſſuros. Neq; illis proderunt bona CHRISTI opera:vt ſaluentur.quoniam ea non cõmunicantur niſi ijs:qui fide per dilectionem operante CHRISTO ſunt coniuncti,illiq; per charitatis glutinum cohærent & coadunantur. quãdoquidem in extremo iudicij die:
Matth.7 dicturum ſe illis profeſſus eſt. Amen dico vobis: neſcio vos,diſcedite à me omnes operarij iniquitatis. Secunda vera prædictæ Lutheranæ ſententiæ pars:omnino etiam interimitur & conuellitur per eiuſdem prophetę Ezechielis teſtimonium,de iuſto in ſua iuſtitia perſiſtente,necnon de impio auertente ſe à ſua iniuſtitia operãteq; iuſtitiam:q̃ vita viuet & nõ morietur. & per pſalmographi verbum illud:quo perhibet eum qui
Pſal.14 ingreditur ſine macula & operatur iuſtitiam;habitaturum in tabernaculo domini,& requieturũ in monte ſancto eius. quo etiam aſtruit,illũ qui fecerit ea virtutum opera quæ ante deſcripſit: non commouendũ in æternum. Q̃z abſurdum autem ſit illud Lutheri dictum continuo ſubiunctũ,omnia opera noſtra eſſe peccata:in primi libri viceſimo ſeptimo capite,ſatis ſupérq; eſt oſtenſum. ¶ Præterea ex eadem diſſoluta libertate:Iudęorum ac Turcarum,immo quorumuis veræ fidei expertium mores ac ritus permittit Chriſtianis Lutherus:cum eodem in loco ait.
Poteſt Chriſtianus omnium hominum leges,ritus,mores obſeruare,& ſeſe eis accommodare:modo non ſint aduerſus diuina mandata, nec in eis fiduciam conſcientiæ ponat. Quod ſi ita,vt his verbis afferit Lutherus,ſe haberet:liceret & nunc viris Chriſtianis ſuſcipere circũciſionẽ,celebrareq; ſeptimo quoq; die hebdomadæ ſabbatũ,& decimaquarta luna primi Iudæorum menſis manducare ritu Hebraico agnũ paſchalem,& in vniuerſum totam Hebræorum legem inſtaurare:modo ſpes & fiducia in eis non collocaretur,q̃ eſſent neceſſaria ad ſalutẽ. Nichil enim horum:diuino præcepto in euangelio expreſſo,legitur eſſe prohibitũ. Sed quis vſqueadeo fuerit amens & impos animi:vt ita ſentiat? cum altiſonã
Gala.5 Philip.3 Coloſſen.2 Pauli tubam audiat: Galatis clare intonantẽ. Si circũcidimini: CHRISTVS vobis nichil proderit. necnon in diuerſis ſuarum epiſtolarũ locis:obſeruationem rituum legalium cum magna inclamatione omnino
Actuũ.15 dãnantem. quando etiam in apoſtolorum concilio intelligat,circa principiũ naſcentis eccleſiæ eſſe decretũ:q̃ nõ eſſet quicq̃ oneris Moſaicæ legis,credentibus in CHRISTVM imponẽdum:niſi abſtinentia à ſuffocato & ſanguine. Prædictum autem Lutheri verbũ:totam Moyſi legem reſuſcitat atq; reuocat in vſum,quinimmo & Saracenicos ritus, Turcarumq; abominationes & ſacrilegia: Chriſtianos impune exercere poſſe definit. Quo certe nichil execrabilius:aut magis deteſtandum. Non eſt 2.Corin.6
enim cõuentio CHRISTI ad Belial:neq; ſocietas lucí ad tenebras. prohibętq; nos diuinus apoſtolus ducere iugum cũ infidelibus:& aliquam cum eis ſacrificiorum aut rituum cõmunicationem habere. Quæ enim participatio(inquit)iuſtitiæ cum iniquitate? aut quæ pars fidelis cũ infideli? quis autem cõſenſus templo dei cum idolis? Omitto,q̃ idipſum: ſine graui ſcandalo proximi fieri non poſſet. nam obſeruatio illa ritus Machometici aut Iudaici:videretur quædam illius legis approbatio &
Chriſtianiſmi abnegatio. ¶ Inſuper,ex eadẽ effrenata libertate ſua:Lutherus bonorum omnium æqualitatem, quantũ ad dignitatem & gradum,cum Iouiniano aſtruit:cuius hac in parte eſt aſſecla,cum ait. Vna vita melior eſt ſuper alias:quod coram hominibus,non coram deo verũ eſt. Prærogatiuã itidem aureolæ quę virginitati aſſignatur,tanq̃ nugas & mendacia ad fallendum concinnata ſubſannat:his verbis. Prærogatiuæ aureolæ,& id genus nugæ,quæ prædicantur,quibus alliciantur ad virginitatem Chriſtiani:quid ſunt niſi mera ſatanæ mẽdacia,quibus ad ſuperbiam & corrumpendam conſcientiæ virginitatem concitantur? Beatum quoq; patrem Hieronymum,q̃ contra Iouinianum agens virginitatem nuptijs prætulerit:indignis inceſſit contumelijs,amariſq; reſpergit conuitijs,cum inquit. Fertur vir ſanctus(quod nemo negare poteſt)impetu & feruore humano,& nimio ſtudio obſequendi amicis: & in primis ſuę Euſtochio, magiſq; premit Iouinianum authoritate q̃ ſolida eruditione. Id quod probat parum conſideratus ardor corradendi vndique teſtimonia ſcripturarum, congrua & incongrua,magno ludibrio futurus: ſi paris authoritatis antigoniſtam ſortitus fuiſſet. Nã eos locos quos principes habet,in quibus cardinem victoriæ locat:torquet, ne dicam deprauat. Deinde ſubiũgit. Quis ſcit(inquit) ſi Hieronymus hac parte fuerit vnus illorũ:de quibus in Ezechiele dicit dominus. Pro- Ezechi.14
pheta cum errauerit & mendacium locutus fuerit:ego dominus qui decepi prophetam iſtum. Hæc Lutherus. Audiſtis candidi lectores rabulam ipſum & blatteronẽ: in ſanctiſſimum iuxta ac doctiſſimum virum Hieronymũ tartareo rictu(vti quondam Cerberus, ſecũdum fabulas, in Herculem)oblatrãtem: verbaq; non modo relatu ſed & auditu indigna,plena probrorum & contumeliarũ euomentem. Et michi certe hãc (ſiqua eſt)culpam cõdonari impenſius oro:q̃ huiuſmodi verba, perpetuo damnãda ſilentio,hic in auras protulerim. Quod tamen eo factum eſt animo:vt ex illis tanq̃ aperto quodam argumẽto cognoſcant omnes, q̃ contumelioſus eſt in patres orthodoxos,lucida eccleſiæ luminaria,ſolidaſq; baſes Lutherus:vbi ſuæ repugnant ſententiæ. Quoniã enim Io-

Lutherus in ſanctum Hieronymum oblatrans.

uiníanũ(ín cuius verba iurauit hac ín parte Lutherus) telís ſuis acutiſſimís confodit Hieronymus:id illí maxíme dolet.eóq; demum veſaniæ ípſum perpellit:vt eo ín opere & erraſſe Hieronymum,& ſcripſiſſe mẽdacia atq; deceptũ fuiſſe,plane affirmet.Sed indigna ſunt profecto quæ refellantur,ea verba:ín ipſum fídei ſanctæ propugnaculum,malleũ hæreticorum,vallúmq; eccleſiæ fortiſſimum eíaculata:vt tela ímbellia ſine íctu & mucrone,ín murum adamantínum vibrata. ¶Cæterũ ad hanc 4
omnímodam operum æqualítatem deſtruẽdam,nuptiarumq; cum vírginítate æquíparatíonem: vnus ſufficit agonithetes & athleta,ſacer ípſe Hieronymus(qui dente Theonino tãtaq; mordacítate à Luthero ímpetítur)ín luculento illo opere:quod in Iouinianum duobus líbris abſolutíſſime elaborauít.Iíſdem nãq; telís, & Lutherus aſſectator Iouíníaní:
Hieronymus in Iouiniannm. penitus traíectus confoſſuſq; íacet.Enímuero ín primo operís íllius líbro,& ſcripturarũ teſtímoníjs & ſecularís líteraturæ copioſís exemplís, contra primam Iouíníaní propoſitíonem demonſtrat beatus Híeronymus:vírgínitatẽ nuptíjs,dígnitate & merito præferrí,ſíngularẽq; ípſíus prærogatíuam luculenter adaperit.de qua,etíam ínfra,capite viceſímo nono: nonnichil pro loci oportunítate ſumus dicturí. In ſecundo vero líbro,contra quartã & extremã Iouíníaní propoſítionẽ oſtendit ídem: ínter opera bona,gradus quoſdam eſſe ponendos & diſtínctiones,quãtum ad dignítatem & precium,de quo:nunc obiter etiam aliquid ſubíjcíemus.¶Sane ídipſum.ínæqualitatem ínquã & diſcretionẽ quandam 5
dignitatís inter opera bona,díuerſáq; vítę electorum genera eſſe aſtruẽdam:oſtendit ín primís trifariam díuerſus ílle fructus,centeſímus,ſexa-
Marci.4 geſímus atq; triceſímus . quem attulit ſemen iactum in terram bonam; ſecundum euangelícam parabolam. Nempe centeſímus fructus , iuxta beatí Hieronymí ſententíam , ín ípſo pene veſtíbulo primí líbrí contra Iouíníanũ expreſſam:vírgínalí reſpondet gradui.ſexageſímus:vídualí, triceſímúſq;:nuptíali. Et ipſa ínæqualitatis in íllís numerís,centenarío, ſexagenarío & trigenarío proportío:trium íllorum ſtatuum ín dignitate & meritis díſſimilítudínem arguit.¶Deſígnat ídem:& illud CHRI- 6
Ioan.14 STI verbum ad ſuos díſcípulos apud Ioannẽ.In domo patris mei mãſiones multæ ſunt.Quippe per has multíplices mãſiones: díuerſa inſínuantur præmía,ín regno cęleſtí electís diſtríbuenda:& non níſí díuerſís ínæqualíbuſq; operibus & meritís,ſecũdum díuínæ iuſtítiæ rectitudínem,reſpõdentía.¶Exprímit ítidẽ eandem ſententiã , & illud apud 7
Lucæ.19 Lucam verbum domíni parabolícum:q; vnius ſeruorũ mna,decẽ mnas acquiſíuit,alterius autẽ:ſolũmodo quínq;. quíbus & díuerſa data ſunt præmia:ſecundum conſímilem operum ín ípſa ínæqualítate proportíonem.Ille nanq;,ſuper decem cíuitates conſtitutus eſt princeps:hic vero, ſuper quínq;.Sed nónne hæc ipſa parabola:díuerſítatem & ímparitatẽ bonorum operũ,dílucide loquítur?¶Accedit hís, & illud beatí Pauli 8

verbum ad Corínthíos:de ædíficantíbus ſupra fundamẽtum íllud vnũ 1.Corín.3
quod eſt CHRISTVS,q; alíus ſuperædíficat aurum,alíus argentum: & alíus lapídes precíoſos.Per quos índicantur,quí díuerſa faciunt opera bona:dígnítate & qualítate díſparía.Haud alíter q̃ aurũ, argentum & lapídes precíoſí,magnam quídem habent precíj dígnítatem:quodam
9 tamen gradu & ordíne díſtínctam.¶Cõſonat íjſdem: & illud eíuſdem apoſtolí dictum.Alía clarítas ſolís,alía lunæ,& alía ſtellarũ:& ſtella à 1.Corín.15
ſtella díffert in clarítate, ſic & reſurrectío mortuorũ.Sed vnde hæc conſurget díuerſítas gloríæ ín reſurrectíone iuſtorũ: níſí ob díuerſítatẽ bonorum operũ ín hac víta peractorum?vt quí excellentíora fecerínt:conferantur clarítatí ſolarí.quí mediocría:lunarí.quí vero ínferíora: ſtella-
10 rum ſplendorí.¶Ipſe quoq; altíſonus CHRISTI præco euangelícaq; tuba Paulus,quí plus omníbus laborauít,& ab Hieruſalem vſq; ad Il- 1.Corín.15
lyrícũ repleuít loca omnia euangelío CHRISTI: nónne perfectíora ha- Roma.15
buít & præſtantíora opera,íjs quí non tantum ímpenderunt laboris ad annunciandum mundo CHRISTVM?aut quí nullum ſubierunt prædícandí euangelíj laborem?cum in Daniele ſcríptum ſit:q; quí ad iuſtí- Danie.12
tiam erudíerínt multos,fulgebunt quaſí ſtellę ín perpetuas æternítates.
11 ¶Quís etiam ſuæ mentís compos ínficiarí auſít , opus martyríj longe eſſe præſtantíus cæterís operibus bonis mínus arduís?cum dictum ſít à domíno:q; maiorem charitatem nemo habet,q̃ vt anímam ſuam ponat Ioan.15
quís pro amícís ſuís.Hæc paucís perſtricta ſunt:contra hanc peſtíferam Lutheri de operum bonorum æqualítate aſſertionẽ.Quam quí voluerít amplíus ímprobatam perſpícere:ad líquídum beatí patrís Hieronymí fontem íam mõſtratum approperet,& de víua íllíus aqua pleno cratere hauríat fluenta ſanæ doctrínæ.

¶Monaſtícum ínſtítutum,ſacræ ſcríptur̨ authoritatí haud quaq̃ aduerſarí : & in bonís operíbus homines etiam deo coagentes eſſe,nec ſolum paſſíue ſe habere. Cap.XVII.

1 SEptíma Lutherí obiectío.Inſtitutío monaſtíca repu-
, gnat authoritatí ſacrarum líterarum: potíſſímum íllí
, quam beatus Paulus ſcríbít ad Tímotheum,taxans 1.Thímo.4
, peruerſam alíquorũ doctrínam prohíbentíum nube-
, re,& abſtínere à cíbís quos deus creauit ad percípien-
, dum cum gratíarum actíone,fídelíbus.Hanc autem
2 doctrínam(ínquít)ſequuntur monaſtícæ vítæ cultores:índucentes cælí-
2 batum & abſtínẽtíam à carníbus,& íta prohíbentes nuptías:docentéſq;
2 abſtínere à cíbís,humano generí ín vſum à deo cõceſſis.Aduerſatur etiã
2 obſeruatío monachalis:íllí verbo beatí Paulí adColoſſenſes.Nemo vos Cóloſſen.2
2 íudicet in cíbo aut ín potu,aut in parte díei feſtí,aut neomeníæ aut ſabbatorum:quæ ſunt vmbra futurorũ.Et paulo poſt eodem loco.Sí ergo
2 mortuí eſtís cum CHRISTO ab elementís huíus mundí: quíd adhuc

» tanq̃ viuentes mundo decernitis? Ne tetigeritis, neq; gustaueritis: neq;
» contrectaueritis. quæ sunt omnia in interitum ipso vsu, secundum præ-
» cepta & doctrinas hominum: quæ sunt rationẽ quidem habẽtia sapien-
» tię in superstitione & humilitate. Nempe instituti monachalis profesio-
» res delectum faciũt ciborum & discretionem secundũ traditiones suas:
» quod in prædictis verbis prohibet beatus Paulus, & in alijs multis sua-
» rum epistolarũ locis. Vetat etiam apostolus hisce verbis prædictis, cre-
Matth.15 » dentes in CHRISTVM decretis hominum teneri: conformis ea in re
» verbis CHRISTI, adducẽtis contra Pharisęorum traditiones illud di-
Esaię.29 » ctum propheticum. Frustra autem colunt me: docentes mandata & do-
» ctrinas hominum. Idem quoq; admonet & Paulus, scribens ad Titum
Titum.1 » & fideles adhortans: q; non sint intendentes mandatis hominum auer
» santium se à veritate. At vero instituta cœnobitica nichil aliud sunt: q̃
» humana placita & mãdata, quæ suo sensu adinuenerũt homines, & suo
» arbitratu cõstituerunt. Non est igitur probandũ hoc vitæ genus: quod
» tot & tantis scripturæ locis plane reluctatur & refragatur. Hæc Luthe-
rus. ¶ Responsio. His omnibus in præsente adductis obiectione: prope
modum satisfactum est & abunde, in primo huius operis libro, præser-
tim in decimo octauo & vicesimo primo eius capite. Quoniam tamen
hoc in loco adducuntur etiam à Luthero: non pigebit in transcursu de
ijsdem adhuc aliquid differere, vt letali veneno præsentaneũ sit antido-
tum. In primis igitur ea Pauli verba ad Timotheum, in ipsa obiectio-
Taciani nis huius fronte citata: contra Tacianos dicuntur, damnantes cõnubia
Seueriani in vniuersum, tanq̃ humano generi illicita. & contra Seuerianos: impro
bantes vsum certorum ciborum, tanq̃ omnibus sine discrimine vetitum.
Monachi autem & vitæ eorũ institutores, hoc modo non prohibent nu-
bere: quasi nuptię omnino sint etiam quibuslibet illicitę. nec cibos in to-
tum vetant & interdicunt: quasi cuiuis hominũ generi noxios. Sed do-
cent nonnullos certum vitæ genus professos: licite à nuptijs & certo ci-
borum genere abstinere, ad frenationem voluptatum corporis & casti-
gationem carnis. Quæ sane doctrina: nec euãgelio nec apostolicis docu-
mentis nec veritati repugnat. quoniam nec diuina lex nec humana pro-
hibet quempiam sponte sua ab ijs abstinere, quæ alijs sunt concessa: vt
1.Corin.9 castiget corpus suum cum apostolo, & in seruitutem spiritus redigat.
Quis enim nisi prorsus impius, sanctissimum CHRISTI præconẽ Io-
annem baptistam reprehendendum duxerit: q; aliorum hominũ more,
Lucæ.1 vinum & siceram non biberit, & carnibus non fuerit vsus in cibum? ob
Hiere.35 quod sane: clarissimo est extollẽdus præconio. Quis item Rechabitis id
vitio dederit: q; præcepto parẽtes paterno, abstinuerint perpetuo ab vsu
vini? ob quod apud Hieremiã mirifice cõmendantur à domino: tãtæq;
obedientiæ merces illis ampla repromittitur. Neq; enim abstemij fue-
runt & temperarũt à potu vini, quoniam malũ erat aut insalubre vinũ:

sed vt paternæ voci obtemperarent. Quemadmodum è diuerso primi pa
rentes nostri non offenderunt deum in esu pomi vetiti: quoniam illud es-
set incolumitati corporis officiens, atque incommodans bonæ eorum va
litudini. cum idipsum mulier viderit, teste scriptura, esse bonum ad ve- Gene.3
scendum: & pulchrum oculis, aspectúque delectabile. Sed ex ea fructus
vetiti manducatione grauem incurrerunt culpam: quoniam contra dei
3 legem sibi præscriptam & constitutam, illum comederũt. ¶ Ea vero bea
ti Pauli verba ad Colossenses, secundo in hac obiectione adducta loco:
intelliguntur de discretione ciborum ritibúsq; & cærimonijs veteris le-
gis. quæ omnia: coruscante legis euangelicæ luce vim suam & efficaciam
deperdiderunt. Neque per religionis monasticæ cultores, resuscitatur
eorum rituum vsus: aut profertur in auras. sed noua facta sunt instituta
circa ciborum vsum: nulla habita ad veterem legem aut eius cõstitutio-
nes ratione. Quare hæc omnia quæ ad Colossenses scribuntur: perperã
hic applicat Lutherus ad delectũ ciborũ, qui in professione monachali
constitutus est, necnon ad ritus & cærimonias: in diuersis religiosorum
domibus vario modo atque rationabiliter institutas. In his enim omni-
bus: scripturæ peruertit intelligentiam: & verba apostolica ad suum de-
torquet sensum, à recta illorum sententia longe abhorrentem. Quod &
in cæteris etiam facit scripturarum locis: in præsenti obiectione, tertio ci-
tatis ordine, & prætendentibus decreta hominum minime esse seruan-
da. Nempe & illud beati Pauli dictum ad Colossenses quod hic affer-
tur, & verbum Esaiæ, itidem & pauli ad Titum: accipienda sunt de mã
datis & doctrinis hominum, quæ dei doctrinæ præceptisq; aduersantur.
quales erant Pharisæorũ traditiones: diuinis mandatis contrariæ. Non
autem debent intelligi de constitutionibus humanis, diuinæ legi concor
dantibus: magnámq; præstantibus opem, vt mandata dei integrius &
syncærius obseruentur. Atqui religiosorum statuta & leges: nullam ha-
bent cum diuinis præceptis diaphoniam atque discordiam, quinimmo
illis magna concinnitate & harmonia concordant. Neque humano tan-
tum sensu adinuenta censeri debent ea monasticæ vitæ instituta: sed spi-
ritu sancto suggerente ea cordibus sanctorum patrum, primum sancita
certisq; regulis digesta, quinimmo & ex ipso euangeliorũ liquido fonte
(vt prius est ostensum) deducta. Non ergo vt humana placita, contẽnen-
4 da sunt: sed vt à deo authore primario profecta, cõmendanda. ¶ Cæte-
rum non est in præsentia sine excribratione prætereundum id Lutheri
verbum: circa hunc locum, suo (quem nunc improbamus) libro insertũ,
» Debemus (inquit) nos deo ductiles præbere: vt ipse in nobis operetur,
» non nos operemur. & ergo relicta operum fiducia: inniti soli fidei ac
» fiduciæ dei. Quo quidem in verbo subinsinuat Lutherus improbum il-
lud dogma & scripturæ sanctę aduersum: in bonis operibus nos debere
tantũ passiue (vt ita dixerim) nosipsos habere. vt nichil in illis agamus

ipſi nec operemur:ſed deus totum in nobis operetur. ¶Si enim ita ſe res 5
haberet:minus eſſemus operum illorum cauſæ, q̃ inſtrumenta artis aut
organa naturæ,ſuarum operationum. Quãuis enim illa à præcipuo mo
ueantur agente,vt artifice aut forma ſubſtantifica: nichilo ſecius aliquã
habent agendi rationem,& coagentia dicuntur & coëfficientia:ob ſecun
dariam operandi vim, illis vt organis inſitam. Noſtra vero voluntas &
anima, non ſolum à deo vt præcipuo moueretur authore ad opus bo
num:ſed vt toto & omnimodo authore, nobis nullo pacto concurrenti
bus ad illius operis efficientiam. ¶Quod ſi ita eſſet:cur tale opus,no- 6
ſtrum diceretur: qui nihil illius ageremus? Cur item deus ipſe opera bo
na quibus mandata illius obſeruaremus,donaret præmio,& remunera
ret ampla mercede cæleſtis gloriæ: ſi nichil in illis noſtrum eſſet, quod
ageremus? Quid in nobis(oro)coronaret deus,& æternæ felicitatis bra
uio dignaretur: ſi totum eſſet ſuum quod in bono fit opere, & nos tanq̃
truncus iners,tanq̃ lapides & ſaxa,lumen aut calorem(quem neutiquã
efficiunt)ſuſcipientia:moueremur ad opus? ¶Dictum eſt vtiq; in pſal- 7
Pſal.14 mo,eum in tabernaculo dei habitaturum: qui ingreditur ſine macula,
& operatur iuſtitiam. Et in fine eiuſdem pſalmi ſubiunctum. Qui facit
hæc: non commouebitur in eternum. Operari autem & facere,ſecun
dum rectas grammaticæ leges:nónne agendi ſignificationem, & non pa
Matth.7 tiendi, ſortiuntur? ¶Rurſum in euangelio dicit CHRISTVS. Non 8
omnis qui dicit mihi,domine,domine:intrabit in regnum cælorum.ſed
qui facit voluntatem patris mei qui in cælis eſt: hic intrabit in regnum
Lucæ.10 cælorum. Et legiſperito poſt enumerationem præceptorum decalogi
quam recenſuerat: reſpondit CHRISTVS. Hoc fac: & viues. Facere
autem voluntatem patris cæleſtis, & facere mandata legis: actiuam ni
mirum rationem,non paſſiuam,in agentibus inſinuant. ¶Et vt paucis 9
agam,tota veteris & noui teſtamenti pagina his ſcatet ſententijs:quæ ſi
gnificant nos etiam bonorum operum authores eſſe & actores. Quòd
ſi ex plurimis vnam adhuc libet audire:cum dominus noſter diſcipulis
Ioannis.15 ſuis dixit in diuino illo ſermone poſt cœnam extremam. Sine me: nihil
poteſtis facere. nónne hanc ſubindicauit aſſertoriam. me adiutore: ali
quid poteſtis facere? quemadmodum & palmes in vite manens,& ab ea
germinandi vim ſortitus:fructum producit,ipſius vitis adiutorio. Poſ
ſumus itaque à deo adiuti bona facere opera: quorum etiam ſimus au
thores & efficientes,non quidem præcipui & primarij:cum deus ſit pri
ma eorũ cauſa,ſed ſecundarij & ſubſequẽtes. ¶Quare ſentiendũ eſt in- 10
concuſſe & firmiter: diuinam in nobis gratiam & deum, præcipuam in
noſtris bonis operibus & primariam agendi vim habere. Noſtram au
tem voluntatem, diuino motã præſidio: etiam illorum operum cauſam
eſſe operatricem atque inſtrumentariam, vt quæ moueat & vires animi
intraneas & corporis membra in executionẽ operis,& hoc ipſum à deo

in nobis coronari: quòd ei ſponte noſtra cooperemur. ¶Quod etiam 11
ex hoc vno Pauli verbo aperte conuincitur, qui cum ad Corinthios
ſcribens diciſſet: ſe plus omnibus apoſtolis laboraſſe in annunciando 1.Corin.15
dei verbo,ne ſibi ſoli id opus bonum arrogaſſe videretur: continuo ſub
iunxit. Non autem ego:ſed gratia dei mecum. Ecce dei gratiã,illius in
defeſſi laboris cauſam præcipuam:& Paulum illi cooperantem,eiuſdem
12 cauſam effectricem ſecundariam. ¶Conſonat eidem & illud Eſaiæ ver- Eſaiæ.26
bum. Domine dabis pacem nobis:omnia enim opera noſtra, operatus
es nobis. Vbi planum eſt, prophetam de bonis operibus facere ſermo
nem: quandoquidẽ mala opera nequaq̃ operatur deus in nobis. At hu
iuſmodi opera appellat Eſaias noſtra: q̃ aliquã efficiendi rationem ha
beamus in illis,& ſimus quodã modo illorum cauſæ efficientes. Enim
uero ſi nihil actiuæ virtutis haberemus ad ea opera,ſed tantũmodo dei
actionem in nobis ſuſciperemus,nichil ei coëfficientes:non deo diciſſet
propheta. omnia opera noſtra operatus es,ſed,omnia opera tua opera
tus es nobis. Cum itaq; teſtetur propheta, deũ omnia opera noſtra eſſe
operatum:cõſtat profecto nos illorum operum eſſe etiam effectores,ob
13 quod,merito noſtra dicantur. ¶Demũ & oculus ipſe lumine phœbeo
colluſtratus,& illius adminiculo colores diſcernens:idem dilucide pan
dit. Nempe in naturali illa viſione,oculus non ſolũ receptat in ſe lumen
à ſole, ſuperne ſibi infuſum:ſed & natiua virtute perficit vnà cũ lumine
viſionem coloris, & ipſi cooperatur lumini. Si enim irradiatio illa ſolis
duntaxat oculo infulgeret, non coëfficiẽti viſionẽ: ſed ſopito & torpido,
quemadmodũ accidere ſolet iis, qui apertis oculis & nullo palpebrarũ
velamine adopertis,ſomnũ capiunt: nulla tum fieret per oculũ diſcretio
colorum aut inſpectio,q̃ vis illa natiua oculi nõ eſſet ad actionẽ vitalem
excitata,ſed ligata,ſegnis & torpens. non aliter in ſe lumen ſuſcipiens,q̃
ſpeculũ inanime & arte politũ,imaginẽ, quã non diſcernit. Haud abſi
mili modo anima rationalis,ad bonũ opus agendũ:& gratiã dei,vt ful
gorem quendã ſpiritualem & calorificũ, in ſe admittit: & adiuta illius
ſubſidio, cooperatur ipſi ad illius boni operis productionẽ. Quocirca
non ſolum patitur ipſa:ſed & agendi illius operis vim quandã obtinet.
14 ¶Poſtremũ,in euãgelio frequẽter homo bonus confertur arbori bonæ: Matth.7
ſicut & malus malæ. vt cum ait dominus noſter. Omnis arbor bona fru
ctus bonos facit: mala autem arbor malos fructus facit. Omnis arbor
que non facit fructũ bonũ:excidetur,& in ignem mittetur. Atqui arbor
vt fructum ſuum proferat:non ſolum à terra ſuſcipit alimentũ,& à ſola
ri virtute vim viuificatricem & productricem:ſed etiã genuina vi & inti
ma formæ ſubſtantialis actione coëfficit ad ipſius fructus æditionẽ. Igi
tur & homo,tanq̃ ſpiritualis arbor plantata in horto dominico:coope
ratur ſupernæ gratiæ,ad fructus bonorũ operum largiter proferendos.
¶Sed de his hactenus. Quod autẽ ſubnectit in prædictis verbis Lu-

therus, nos relicta operum fiducia, soli dei fiduciæ inniti debere: supra excussum est & improbatum, capite huius libri decimo tertio.

¶Bonorũ spiritualium cõmunicationẽ, inter membra corporis mystici fieri: & vnius in alterum distributionẽ. Cap. XVIII

SEd nec illud est oscitanter pertranseundũ: quod circa hunc locum subijcit Lutherus, damnans eos atq; improbãs, qui morituris peccatoribus cõmunicant opera sua bona: his verbis. Ecce do tibi quicquid boni feci in vita mea, cõfidentes in suis operibus: quasi possint non solum sibi, sed & alijs prodesse ad salutẽ. At CHRISTI solius propriũ est (inquit) suis' meritis & operibus iuuare & saluare alios. Cæterorũ opera, nullis nec sibi ipsis prosunt. quia stat sententia. Iustus ex fide sua viuet. Et paulo post. Christiani diffinitio est hæc. Credens solius CHRISTI operibus solis, sine propriis: iustificari, à peccatis liberari & saluari. CHRISTI diffinitio est, Qui saluum facit populũ suum à peccatis eorũ: donans illis vniuersa sua merita & vniuersam iustitiã. Fides autẽ & opera: in re iustificationis, extreme aduersantur. Hæc Lutherus. ¶In quibus quidem verbis: duo continentur erro- 2
res pestiferi. Primus astruens aliquorum bona opera non posse alijs ad salutem prodesse, nec communicari: excepto CHRISTO, cuius iustitia prodest vniuersis. Secundus vero est, solam fidem sine operibus sufficere ad vitã: nec opera nostra ad salutẽ nobis ipsis quicq̃ conducere, quinimmo fidẽ & opera in iustificatione hominis omnino repugnare. Verũ quoniã huius secundi erroris sæpius à Luthero etiã locis alijs inculcati, impietas, monstrata est in vicesimo septimo capite primi libri, & sacris literis & rectæ rationi penitus aduersari: non est cur illi confutando amplius immoremur. Sed ad priorem illum elidendũ, negantẽ quempiam suorum bonorũ participationẽ alijs posse elargiri, cõmunicaréq; consortium: exacuẽda sunt rationũ tela. ¶In primis liquidẽ perspicimus in to 3
to naturæ opificio & singulis eius partibus: hanc bonorũ in alia cõmunicationẽ elucere. Quippe supremo collocati culmine angelici spiritus: acceptos (vt diuinus ait Dionysius) à deo sine vllo interstitio supernos fulgores traijciunt in eos, qui medio collocantur ordine. & hi eosdẽ dispartiũtur in postremos. In cælestiũ vero globorũ regione, nõ modo sol: sed & luna & astra fulgida suã claritatẽ diffundũt in subiectũ aërem, cõmunicantq; oculis mortaliũ. Demũ in hac sublunari & elementari mũdi parte, ignis & suum calorem & splendorẽ in proxima primum corpora: deinde vero in distantiora traducit. Quis igitur recte censuerit hominẽ (propter quẽ, sensibilis hæc mũdi machina est cõdita) hunc ingenuũ naturæ conatũ in rebus omnibus exploratũ, imitari nõ posse: nec quæ obtinet bona spiritualia, alijs cõmunicare? Certe si id daretur: esset homo, inanimis etiã corporibus abiectior, si qua habẽt: in alia cõmunicãtibus.

Abacuc. 2.

Matth. 2.

Dionysius

4 ¶Rursum. In corpore naturali nõ modo caput sublimi situm fastigio, cæteris membris cõmunicat influxum, virtutẽ & motũ: sed & cętera etiã membra, præsertim cor & stomachus. quinimmo naturali quodã instinctu vnũquodq; membrũ alteri est præsidio: per solicitã eorũ quæ obtinet bonorũ dispartitionẽ. Atqui corporis mystici caput, CHRISTVS est: Roma. 12
singuli autem (vt ait apostolus) alter alterius mẽbra. Non igitur solum CHRISTVS sua bona nobis cõmunicat: sed etiã quisq; hominũ spirituales bonorũ operũ diuitias alijs impartiri potest & distribuere. Alias perfectior esset membrorũ corporalium: q̃ spiritualiũ, inter se habitudo.

5 ¶Præterea. Membra corporis mystici maxime debẽt eniti ad imitationem sui capitis: in ijs quæ mẽbrorũ conditioni non repugnãt. quoniã in hoc cõsistit summa perfectionis membrorũ: si q̃proxime possunt, conformantur capiti. Et hinc beatus apostolus in suis epistolis tantopere nos hortatur: vt simus imitatores CHRISTI. Atqui caput nostrũ CHRI- Ephe. 5
STVS: sua bona cõmunicat benigno influxu mẽbris suis. & huiusmodi bonorũ in alios cõmunicatio: nullo pacto aduersatur mẽbrorũ qualitati & conditioni. cum videamus in fruticibus & arbustis, radicem, susceptũ alimentũ & humorẽ deriuare in ipsum truncũ: & deinceps truncũ quod susceperit nutrimentũ dispergere in ramos, & demum ramos in frondes flores & fructus. Ergo ad imitationẽ capitis: & mẽbra corporis mystici possunt alijs sua bona cõmunicare, & ad hoc debẽt generoso animo eniti. 6 ¶Insuper beatus Thomas Aquinas in opusculo suo de expositione symboli apostolorum, cęteris eius opusculis inserto & annexo: explicans hunc articulũ, Sanctorũ cõmunionẽ: ait. Sicut in corpore naturali, operatio vnius mẽbri cedit in bonũ totius corporis: ita in corpore spirituali, scilicet ecclesia. Et quia omnes fideles sunt vnũ corpus: bonũ vnius alteri cõmunicatur. Nam ait apostolus ad Romanos duodecimo capite. Thomas Aquinas.
Singuli autẽ: alter alterius mẽbra. Vnde & inter alia credẽda quæ tradiderunt apostoli: est q̃ cõmunio bonorũ sit in ecclesia. & hoc est quod dicitur, sanctorũ cõmunionem. Inter alia vero membra ecclesię, principale membrũ est CHRISTVS: quia est caput. quemadmodũ ait Paulus ad Ephesios primo cap. Ipsum dedit caput super omnẽ ecclesiã: quę est corpus ipsius. Bonũ ergo CHRISTI cõmunicatur omnibus Christianis: sicut virtus capitis, omnibus mẽbris. Et hęc cõmunicatio fit per sacramẽta ecclesiæ, in quibus operatur virtus passionis CHRISTI: quæ operatur ad conferendã gratiã in remissionẽ peccatorum. Hæc Thomas. Ex quibus verbis perspicuũ est: hunc esse articulũ fidei in symbolo apostolorũ inter cæteros cõprehensum, q̃ cõmunio bonorum spiritualium & capitis in membra, & membrorũ in alia membra: est in ecclesia. quí quídem articulus explicatur hisce verbis, sanctorũ cõmunionem. Lutherus igitur, obdurata fronte negans bona opera vnius fidelis posse alijs communicari: descisit ab integritate fidei, & prædictum negat articulum.

Roma. 12

Ephe. 1

¶Ad hæc. Idem probatiſſimus author: circa finē expoſitionis prædicti articuli, ſubnectit. Sciendū eſt etiam, ꝙ non ſolū virtus paſſionis CHRISTI cōmunicatur nobis: ſed etiam meritū vitæ CHRISTI, & quicquid boni fecerunt omnes ſancti, cōmunicatur in charitate exiſtentibus, quia
Pſal.118 omnes vnū ſunt. Vnde ait pſalmiſta. Particeps ego ſum omniū timentiū te. Et inde eſt ꝙ qui in charitate viuit: particeps eſt omnis boni quod fit in toto mūdo. ſed tamen ſpecialius illi: pro quibus ſpecialius fit aliquod bonum. Nam vnus poteſt ſatiſfacere pro alio: ſicut patet in beneficijs, ad quæ plures congregationes admittunt aliquos. Sic ergo per hanc cōmunionem conſequimur duo. vnum ſcilicet: ꝙ meritū CHRISTI cōmunicatur omnibus. Aliud: ꝙ bonum vnius cōmunicatur alteri. Hæc Thomas. Sed quomodo vir iuſtus erit particeps omniū timentiū dominū, & cuſtodientiū mandata eius: niſi fiat bonorū vnius in cæteros cōmunicatio, & mutua quædā atq; reciproca bonorū operū inter fideles participatio? Ex ipſius igitur pſalmographi ſententia: etiā aſtruitur hæc bonorum vnius in alterū cōmunio. ¶Amplius. Complura ſacrarū etiam li- 8
terarū exempla: teſtificātur hanc bonorū cōmunicationē. Siquidē bene-
Gene.30 dixit dominus ipſi Laban ad introitū Iacob: in bonorū temporaliū mul
Gene.39 tiplicatione. Benedixit item dominus domui Ægyptij: propter Ioſeph venditum illi in ſeruum. Et cum arca dei tres menſes maneret in domo
2.Regū.6 Obededom: benedixit dominus domui hoſpitis ipſius arcæ. Quid ergo faciet arca viua & animata: anima ſcilicet viri iuſti? nōnne maiora bona
3.Regū.17 ſcilicet ſpiritualia: in alium tranſfundere poterit? Helias itidem prophe ta, viduæ Sareptanæ ſuſceptus hoſpitio: farinam eius multiplicauit & oleum, inſuper & filium ipſius mortuū ſuſcitauit. Et Heliſeus prophe-
4.Regū.4 ta, mulieris Sunamitidis domo receptus: & filiū illi impetrauit cū ante fuiſſet ſterilis, & deinde illum extinctū reuocauit ad vitā. Si hæc beneficia temporalia cōmunicarunt ſancti patres alijs, cum quibus diuerſabā tur: nōnne longe amplius ſpiritualia ijſdem gratiarum dona (vbi nullus erat obex) impartiuerūt? Demū ſacratiſſima virgo MARIA iam dei filio pro nobis incarnato oppignerata, cū viſitauit Elizabeth: nōnne meri to ſuo id obtinuit atq; præſentia, vt exuberantia gratiæ (qua erat refer-
Lucæ.1 tiſſima) tranſfunderetur in ſanctam cognatā ſuam, & in filium eius vte ro adhuc materno clauſum? vt ad primā ſalutationis eius vocē, & reple ta fuerit ſpiritu ſancto Elizabeth: & exultauerit in gaudio infans in vte ro eius. Sed quid hoc aliud fuit: q̄ bonorū deiparę virginis in alios propagatio atq; deriuatio? ¶Occurrēt facile cuiuis & alia q̄plurima exem- 9
pla in ſacris cōſcripta literis: quę huius rei fidē facīāt, cōmunionē ſcilicet bonorū vnius in alios eſſe. vt de Abraā, Moyſe, Dauid & cęteris: prom-
Gene.26 ptū eſſet oſtendere. Cur enī dixiſſet dominus ad Iſaac, ſe benedicturū illi & multiplicaturū ſemen illius propter Abraę obedientiā & iuſtitiā: niſi fuiſſet bonorū operū Abraæ patris in Iſaac filiū cōmunicatio? Cur etiā

Ezechiæ regi Iuda denunciaſſet deus per Eſaiam prophetā: ſe protectu- 4.reg.20
rum vrbem Hieruſalē, propter Dauid ſeruū ſuum? nōnne cōmemoratio illa priſcorū patrum: deſignat nobis eorum merita poſteris profuiſſe, &
impetraſſe à deo beneficia? Cur etiā in oratione ſua Moyſes orans pro Exodi.32
populo Iſraēlitico vituli cōflatilis adoratione cōtaminato, & Azarias in
fornace Babylonica, recenſuiſſent antiquorū patrum Abraam, Iſaac & Danie.3
Iacob nomina: niſi vt iuſtitiæ illorū contemplatione, deus poſteritati eorum benefaceret? Cūmq; Moyſes toti populo impetraſſet criminis illius
veniā: nōnne quod in ſe erat bonū, alijs (quos ſyncęro dilexit amore) im- Exodi 33
partiuit? Similiter beatus Paulus cum ducentas & ſeptuaginta ſex ani- Actuū.27
mas ſibi à domino donatas ſeruauit incolumes ab impendente naufragio: nōnne cōmunicabilitatē bonorū in alios fieri poſſe oſtēdit? Obmu-
10 teſcat igitur Lutherus: tot exemplorū teſtimonio cōuictus. ¶Demū, ſi non poteſt fieri bonorū ſpiritualiū vnius in aliū cōmunicatio, vt contendit Lutherus: nō eſſet igitur vnq̄ pro alijs viuētibus faciēda oratio, neq;
offerendū altaris ſacrificiū, aliūdve pium opus exercendū. ꝙ bona viuētium opera: nihil ſalutis aut fructus ſpiritualis poſſent alijs etiā viuentibus conferre. Quinimmo & eò deuenietur inſaniæ, ꝙ bona ſanctorum
opera, cum vitā hic agerent, facta: non potuerint alijs prodeſſe. & demū, ꝙ orationes ſanctorū in cælis cum CHRISTO regnantiū: viuētibus ſuffragari non poſſint. ex quo conſequens eſſet, nec ipſos orare pro nobis: neq; à nobis orandos neq; honorādos eſſe, quod extremæ impietatis & amētiæ eſt aſtruere: vt à nobis in opuſculo bipartito de veneratione ſanctorū, eſt monſtratū. Deinde & in id incidemus incommodū, ſi inficiari voluerimus bonorum vnius in alios cōmunicabilitatē: ꝙ ſuffragia viuētium nō proſint defunctis, loco purgatorio detentis. & proinde non eſſe pro illis orandū: aut pium aliquod opus agendū. quod præcedētis libri cap. viceſimo ſeptimo: diffuſe eſt reprobatū. Ecce triplicē impietatis hydram: viuētes pro viuētibus orare non poſſe: ſanctorū ſuffragia nō prodeſſe viuis, & viuentiū ſuffragia nō prodeſſe mortuis, ex tetra illa lacuna, immo triſti ſentina conſurgentē: ꝙ nō poſſint vnius bona opera, alijs cōmunicari. Si quis ergo tutus eſſe velit ab huius tricipitis hydrę peſtifero afflatu: admittat cum ſancta eccleſia, bonorū vnius in alium cōmu-
11 nionē. ¶Poſtremū. Non minoris eſt efficaciæ bonū opus, vt in aliū q̄ au thorem ſuū diffundatur: q̄ malū, vt etiā alijs q̄ ei qui admiſerit illud, officiat. Eſt enim bonum: in affirmatione, & potētius: vt lux, vita & calor. Malum vero, in negatione & priuatione: vt tenebræ, mors & horridū frigus. Atqui malū ab aliquo perpetratū: trāſſunditur etiā in alios, quātū
ad nocēdi pernicię & detrimentū. quēadmodū primorū parentū trāſgreſ Gene.3
ſio, in totā poſteritatē eorum eſt traducta: & vnius delicto (vt ait apoſto- Roma.5
lus) peccatores cōſtituti ſūt multi. Et in Exodo legitur dominus dixiſſe
ad Moyſem. Ego ſum dominus deus tuus, fortis, zelotes: viſitās iniqui- Exodi.20

tatem patrum in filios, in tertiã & quartã generationẽ eorũ qui oderunt me. Multo igitur amplius & bona vnius opera cõmunicari possunt aliis atq; distribui: quantũ ad profectũ, vt per vnius iustitiã, iusti constituantur multi. ¶ Postremũ contra Viclefum hæreticum, negantẽ hanc meri 12
torum vnius in alios cõmunicationem (quam in hac impietate, vt & in
Thomas Vvalden. aliis compluſculis, hic consectatur Lutherus) agens honorandus pater Thomas Vvalden, in suo libro de sacramentalibus cap. nonagesimo tertio & duobus proxime sequentibus: multipliciter ostendit, ex veteris & noui testamenti scriptura deduci hanc meritorũ cõmunicationẽ. CHRISTVM item & apostolos, sanctósq; patres posteris natos seculis, eandẽ aliis impartisse: quinimmo & ethnicos illam sibi concedi petiuisse. In reliquis vero eiusdẽ tituli decimi capitibus (quæ vsq; ad centesimũ quarum protenduntur) obiectiones Viclefi contra hanc meritorum participationem vibratas: valide retundit.

¶ Tres virtutes circa quas vota monastica versantur, non solum libere seruari posse: sed etiã voto promitti, exẽplo sanctorũ patrũ, docerique vt voueãtur, & promissa exigi. Cap. XIX

OCtaua Lutheri obiectio. Paupertas, obediẽtia, & ca- 1
stitas, perpetuo quidẽ seruari potest: vouerí autẽ, doceri & exigi non potest. quia in seruando manet libertas euãgelica: in docendo vero, vouendo, & exigendo, nõ manet. Ideo sancti qui ea seruauerunt: libere seruauerunt, seruaturi etiã, si nec vouissent nec docti nec exacti fuissent. Quinimmo beatus Antonius hoc cerimoniale monachorũ genus prorsus ignorauit. libere cælebs vixit: & libere eremũ incoluit iuxta formã euangelij. Posteri vero eius, libertatẽ ipsius in necessitatẽ verterũt: & seruitutẽ ex illius fecerunt instituto, & solã Antonianæ regulæ speciem secuti sunt. Ita in principio cũ monachi sponte ac libere continerent, obedirent ac pauperes viuerẽt: postea trãsijt illa obseruatio in præceptum. Nec vllus fuit Pannutius qui illis resisteret: sicut ipse legitur in concilio Niceno obstitisse cælibatui clericis imponẽdo. Non igitur probandũ est id voti genus: quod hac tẽpestate in monasteriis obseruatur. Hæc Lutherus. ¶ Responsio. In assumpta primo loco propositione: pri 2
ma pars penitus repugnat secundæ, & aduersatur. Si enim vnaquæq; illarum trium virtutũ seruari potest: consequens est quãq; earum & bonã esse, & animę salutarẽ. Et cũ nulla earum sit ad salutẽ simpliciter necessaria, nec à deo præcepta: constat earum quamlibet esse debitam voti materiã, & ergo vouerí posse. Q; si quæq; ipsarum recte vouerí potest: cur non poterunt doceri homines, vt voto se astringant ad cuiusq; illarũ obseruationẽ? cum huiusmodi doctrina, sana sit & recta, animæq; saluti cõducens: suffulta (vt late est prius ostẽsum) varijs scripturæ testimonijs, & sanctorũ patrũ exemplis. Rursum si tres illę virtutes vouerí possunt: cur

non potest earũ votũ exigi ab ijs qui monasticæ vitæ subeunt professionem? quoniam nihil tunc ab eis exigitur: nisi illud cui id vitæ genus rationabiliter innititur. Vbi vero se constrinxerint voto religiosi: manifestũ est illorũ votorũ integrã persolutionẽ (vt quæ iam sit de præcepto) posse ab illis legitime exigi. Quocirca ex eo quod admittit Lutherus, eas tres virtutes seruari posse, cum non sint de eorum numero quæ deus nobis agenda præcepit: protinus recte conficias easdem & vouerí posse, & doceri q; voueantur, & earum vota etiam exigi posse. Neq; admittẽdum est, sanctos patres qui vota à se facta seruarunt, ea ipsa (postq; edita fuere) seruasse libere, vt intellígit Lutherus: ea scilicet libertate, q; licuerit postea illos ab huiusmodi votorum obseruatione sine noxa descisscere atq; discedere. quandoquidem resilitio à proposito & reditus ad seculũ post voti æditionem: manifeste repugnat conditioni propriæq; rationi ipsius voti, quod in perpetuũ tempus totúmq; reliquum vitæ curriculũ 3
fieri in monasterijs debet: ex primaria ipsorũ institutione. ¶ Quod vero deinde adducit Lutherus in hac obiectione de sancto Antonio eremita celebratissimo: omnino cõmẽtitium est, & ab ipso sine authoritate & exemplo gratis confictum in suæ improbæ assertionis approbationẽ. Quẽ enim pro se adducet authorem illud attestantem de beato Antonio, aut quouis alio eremita illustris sanctimoniæ: q; libere cælebs vixit, secundum eam quam prætendit intellígentiam, & q; libere eremũ incoluit? ea quidem libertate: q; ex eo vitę genere impune & sine noxa potuerit, posita veste eremitica, ad seculare redire vitã. Certe de sancto Antonio memoriæ proditum reliquit Athanasius episcopus Alexandrinus, q; vsq; ad centesimum & quintum suæ ætatis annũ (qui & postremus vitæ eius fuit) perstitit immobilis & cõstans in eremitica professione: quã ab ipsa adolescentia (vtpote circiter annum ætatis suæ vicesimum) inchoauerat. Neq; de ipso scribit idem author aut alius quispiã: q; incœptum semel id vitæ genus deseruerit. quod tamen ostendere oporteret ad faciendam fidem: quòd libere eremũ incoluerit & cælibatũ itidem libere, id est sine voto, obseruauerit. Quinimmo vel vnũ exhibeat nobis Lutherus anachoritam: qui post inchoatam vitæ eremiticæ professionem, ad seculum redierit sine nota apostasię, sine ignominia & culpa. & tũc illi credemus, astruẽti primos illos eremitas libere in cælibatu victitasse, & libere solitudinem incoluisse: cum facultate scilicet redeundi citra vllam reprehẽsionem aut notam ad secularem habitum, quando eis placitum fuisset. Sed credimus ipsum desudare multum debere: ad assignandum illum
4 vnum, qualem ab eo exquirimus, eremitam. ¶ Nec minus falsum est, quod in hac subnectit obiectione Lutherus: monachos scilicet in principio, libere (id est, citra votum: & cũ facultate retrocedendi ad seculum) continentiam, obedientiam & paupertatem obseruasse. quandoquidem à principio nascẽtis ecclesiæ, qui monasticã profitebantur vitam: se voto

Athanasius in vita sancti Antonij

ſemper aſtrínxíſſele guntur ad perſiſtendũ perpetuo, in eo vitæ genere, quod abrenũciantes ſeculo amplectebantur. Enímuero in ſecundo præſentis líbrí capite, latíus eſt mõſtratum: vouendí morem & vſum, in exordío legís euangelícę fuiſſe, exemplo apoſtolorum & eorum qui regulam viuendí apoſtolicam, poſt ſancti ſpíritus míſſionem inſtítutam, tenuerunt. Quod tamen vt fírmíus habeatur & certíus: adhuc amplius
1. Timo. 5 hoc ín loco comprobare ſtudebímus. In primís ad Tímotheum ſcribẽs apoſtolus aít. Adoleſcentíores autem víduas deuíta. Cum enim luxuríatæ fuerínt, ín CHRISTO nubere volunt: habentes damnatíonem, quía prímam fídem irrítam fecerunt. Vbí prímam fídem vocat Paulus, vœtum caſtítatis: quod orbatæ primís marítís, fecerunt, pollícítæ deo, ſe
Hierony- permanſuras deínceps ín vídualí caſtítate. Sic enim Hieronymus: hunc
mus. apoſtolí locum exponit. Habentes damnatíonem: quía prímam fídem írrítam fecerunt. Quæ ſe víduas (inquít) promíſerant permãſuras. Hæc regula, nõ ſolũ ín víduís: ſed & ín vírgínibus contínentibus, quæ primã
Athanaſius fídem irritã fecerũt, intellígenda eſt. Athanaſius etíam, ídem explícans verbum Paulí: aít. Fídem: conuenta dícit & pactíones. Hæ nãq; ínanes reddídere conuentíones: quas cum CHRISTO pepígerant, quocírca & damnatíonem adípíſcuntur. Hæc ílle. Quæ autem conuenta ſunt & pactíones, quas cum deo faciunt homines: níſí promíſſíones & vota reí alí-
Auguſtinus cuíus agendæ? Auguſtínus quoq; ín expoſítione pſalmí ſeptuageſímí quíntí, pertractans hoc prophetæ dictũ, Vouete & reddíte. eadem apoſtolí ad Tímotheum verba de víduís adoleſcentíoribus, in eandem exponít ſentẽtíam, dícens. Quid autem aít apoſtolus de quíbuſdam: quæ vouerunt & non reddíderũt? habentes (ínquít) damnatíonẽ: quía primã fídem írrítã fecerunt. Quid eſt, prímam fídem írrítam fecerunt? Vouerunt: & non reddíderunt. Et ín líbro ad Pollentíum: eandem dictorum
Idem apoſtolí verborum exprímít íntelligentíam Auguſtínus, cum aít. Vnde apoſtolus de quíbuſdam quæ contínentíam vouẽt, & poſtea nubere volunt: quod eís anteq; vouíſſent, vtíq; lícebat. habentes (ínquít) damnatío-
2. Tímo. 5 nem: quoníam prímam fídem írrítam fecerunt. Hæc íbí. Conſtat ítaq; multíplící ſanctorum patrum teſtímonío: ín prædictís apoſtolí verbís, per prímam fídem, íntelligí debere votũ caſtítatís: à víduís, marítalí vínculo ſolutís, factum. Ex quo protínus eſt conſequẽs: q; tempore naſcentís adhuc eccleſíæ, ín frequentí verſabatur vſu & erat votũ ſeruandæ caHierony- ſtítatís. quod præſertím hic aſtruímus. ¶ Præterea, beatus Hieronymus
mus. ín líbro ſcríptorum íllustrium de Philone loquẽs: aít. Philo Iudæus na-
Philo tíone Alexandrinus de genere ſacerdotũ, ídcírco à nobís ínter ſcríptores eccleſíaſtícos ponítur: quía líbrum de príma Marcí euãgelíſtæ apud Alexandríam ſcríbens eccleſía, ín noſtrorum laude verſatus eſt. non ſolum eos íbí: ſed ín multís quoq; prouincíjs eſſe memorans, & habítacula eorum dícens monaſtería. Ex quo apparet, talem primũ CHRISTO

credentíum fuiſſe eccleſíam: quales nũc monachí eſſe nítũtur & cupiũt. vt níchil cuíuſq; proprium ſít: nullus ínter eos díues, nullus pauper. patrímonía egentíbus díuíduntur: oratíonί vacatur & pſalmís, doctrínæ quoq; & contínentíæ. quales & Lucas refert: primũ Hieroſolymæ fuíſſe credentes. Hæc ílle. Atquí ſub apoſtolís prímí credentes cum ſubdíderunt ſe illí díſcíplínæ regulárí: voto ſe obſtrínxerunt ad cõmunítatem vítæ ſeruandam, quẽadmodum ín tertío huíus líbrí capíte oſtenſum eſt de Ananía. Ergo & ín eccleſía Alexandrína à beato Marco inſtítuta ad ímítatíonem eccleſíæ Hieroſolymítanæ: etiam fiebant vota. Illíus autẽ eccleſíæ cultores & alũní, erãt monachí: & eorum habítacula, à Philone nomínãtur monaſteria. Igítur ín príncípío, monachí deuínxerũt ſe vo-
6 torum ſacramento: quemadmodum & hac tempeſtate, contra Lutherí aſſertíonem. ¶ Rurſum ín hiſtoría paſſíonís ſancti Matthęi apoſtolí & euãgelíſtæ: narratur Iphígenia fília regís Aethíopũ Eglíppí, ad CHRISTVM cum toto ſuo populo per apoſtolí prędicatíonem cõuerſí, ſuam vírgínítatem dedicaſſe deo ín profeſſíone cœnobítica: ſacrũq; velamen à ſancto Matthæo accepíſſe, præpoſítaq; fuiſſe ſancto cœtuí multarũ vírgínum: ídem ſeruandæ cõtínentíæ propoſítũ amplexarum. Quam cum Hírtacus, Eglíppo ín regno Aethíopíæ ſuffectus, vellet vxorem ducere: ſolícítarétq; apoſtolũ vt ídípſum perſuaderet Iphígenίæ. reſpõdít beatus Matthæus, ínίquam eſſe íllam petítíonem, neq; eam rem vllo pacto tentandam: q; ípſa vírgo, ían regís cæleſtís eſſet effecta ſponſa, & ſancto velamíne deo conſecrata. quare ad terrenas nuptías nequaq; recídere, & reuertí poſſet vnq. Quod reſponſum ægre ferens Hírtacus, & totus ínfrendens: míſít paulo poſt armatos ſatellítes, quí ſanctũ deí apoſtolum obtruncarent, & íta glorioſo coronatus eſt martyrío beatus euãgelíſta. Sed quíd ad hæc dícet Lutherus? nónne ea ípſa manifeſte comprobant, circa prímítíuæ eccleſíæ tempus fuiſſe votorum vſum: neq; líberam tum
7 fuiſſe cõtínentíæ profeſſíonẽ, cum facultate relabendí ad nuptías? ¶ Inſuper beatus Auguſtínus poſt ſuſceptum à ſancto Ambroſío baptíſma reuerſus ín Afrícam: collectís alíquot fratríbus mundí cõtemptorίbus, cœpít víuere ſecundum regulam ſub ſanctís apoſtolís cõſtítutam, vt ſupra etíam eſt dictum, quí & votum ædíderunt de ſeruanda obedíentía, paupertate, & caſtímonía. quemadmodum atteſtatur ípſe Auguſtínus ín ſermone quadrageſímo ad fratres in eremo. Vbí poſtq; exemplũ obedíentíæ ípſíus Abraæ propoſuit: exhortando ſubíungit. Attendíte vos fílíj obedíentíæ: quí votum feciſtís & profeſſíonem. Vade o tu frater: & fac ſímíliter. Ex quíbus verbís íd recte colligítur, non modo Auguſtíní tempore religioſos, mundí conculcatores, vota feciſſe: ſed & eos, quí ſub regula apoſtolorum in ípſíus eccleſíæ initío víxerũt. cum ad illíus regulæ exemplum & formam: beatus Auguſtínus ſuam & ſuorũ vítam votís obligatam inſtítuerít. Vnde perſpícuum euadít, magnopere cõmen-

Actuum. 4

Sanctus Matthæus

Hírtacus

Auguſtínus

Gene. 22

dandam esse votorũ ædítionem, cum díscretíone & maturítate factã: vt quæ à prícípío nascẽtis eccleſiæ fuerit in vſu, & continue deinceps obſeruata ſit. ¶ Non itaq; opus fuit aliquo Pannutio, qui reclamaret obſeruationi obedientiæ, paupertatis & caſtitatis, per votũ in religioſis faciẽdæ: poſt liberã anteriore tempore, & ſine voto (vt ait Lutherus) illarũ vírtutum obſeruationẽ. quoniã ab ípſíus eccleſiæ exordío ſemper obligatoría & per votum fuit in monaſteríjs huiuſmodi obſeruãtía: & nũq; libera. Contínentía vero ſacerdotum (quæ ne imponeretur clerícis lege obligatoría, in concilío Níceno: reſtitiſſe traditur Pannutius, qui ea tẽpeſtate floruit) neq; in eccleſię prícípío neq; ante illius concilij tempora legítur fuiſſe ſtabiliter (vt nunc) indicta ordini ſacerdotali. Nempe vt in decretis, diſtinctione triceſima, cap. Nicena ſynodus. refert eorum collector, cum patres illíus ſynodí legem ferre vellẽt, q; ſacerdotes, diaconi & ſubdíaconi abſtínerent deinceps à conſortío & vſu vxorum, quas ante conſecratíonem duxerant: refragatus eſt illi legí tunc cõſtituendæ Pannutius cõfeſſor, diſſuaſítq; eam obligationem tum clericis ímponi debere. Cuíus quidem ſententiam probauit ípſa ſynodus: & nichil ſuper ea re in illo cõſeſſu ſanciuit ac definiuit eo tempore. Quare non cõſímile eſt iudícium: quãtum ad hoc, de cælíbatu ſacerdotum & votis monaſtícis. ¶ Quo fit vt execrabílis cenſeri debeat & miníme tolerãda Lutheri circa hunc ſui libri locum ímpietas: quí votum ſanctorum circa monaſticã obſeruatíonẽ, & quod in huiuſmodi profeſſione ædiderũt, ſtultũ vocat, eoſdemq; ſanctos errore lapſos: modum vouẽdi aliorum probaſſe dícit. ob feruorem tamen ſpíritus & fídem: ípſos à deo illíus errati veníam eſſe cõſecutos. Quíd enim aliud hæc ímpía ſonant verba: niſí interiorẽ affla-
tum à ſpíritu ſapientiæ & veritatis factum, ad deuouendum ſe deo per arctítudínis clauſtralis ſuſceptionem, eſſe ſtultítiam & errorem? Et ita ab ípſo ſapiẽtię ſpíritu, ſtultitia ſuggereretur cordibus hominũ: & à ſpíritu veritatis, error. ¶ Nec mínus deteſtanda eſt ea ímprobitas: qua ſanctiſſimum patrem Francíſcum, verum mundí contemptorem & ſíngularem paupertatis amatorem, aberraſſe à recta vía vt hominem dícit, in condenda ſua regula pro inſtituendo ordine fratrum minorum, q; eam vocauerit euangelium, tum (inquit) q; euangelium omnibus commune: ad ſuos fratres víſus ſit contrahere, quaſi ſoli illi eſſent Chriſtiani. tum q; in euãgelío contenta (ait) vouerunt omnes in baptiſmo: & ergo illa nõ debere iterũ voueri in ſua regula. tum deniq; q; ſuos ad cælíbatũ aſtrínxit & abſtinentiam à contrectanda pecunia: quæ non continẽtur in euãgelío. Nempe ſanctus ille pater nequaq; ſuam regulam legitur vocaſſe euangeliũ: vt ípſi ímpingit Lutherus. ſed in illíus frontíſpicío & primo in límine: ita profatur. Regula & vita fratrum minorum: hæc eſt. Domíni noſtri IESV CHRISTI ſanctum euãgelium obſeruare. Id eſt, ſecundũ formam in euangelío expreſſam & à domino noſtro apoſtolis

Pannutius confeſſor

8

Sanctus Franciſcus

ad prędícandum miſſis præſcríptam: vítam ſuam inſtituere. Planum eſt autem, ad eam normã euãgelícam qua prohíbentur portarí ſacculus & pera in vía, calceamenta in pedibus, & in zonís pecunía, ab íjs qui euangelízant verbum dei: nõ omnes aſtringi Chriſtíanos. Dictum etíam eſt ſupra, capite huius líbrí duodecímo, in baptíſmo nulla fierí vota: neq; quenq; tum ſe voto allígare ad ea ſeruanda quæ in euangelío cõtínẽtur. Vnde nec beatus Franciſcus ſuæ regulæ profeſſores voto conſtrínxit ad obſeruatíonem eorum omnium quæ in euangelío continentur (quippe dei præcepta ibídem compræhenſa: non cadunt ſub voto) ſed duntaxat ad obedientiæ, paupertatís & caſtitatís íntegram cuſtodiã: quæ in euangelío non præcipíuntur, ſed tantummodo conſuluntur. Quo quídem in facto, nequaq; ſolis ſuís fratríbus Chriſtíanorum nomen vendicauit: ſed omnibus fidelíbus cõmune (vt ſemper fuit) illud dimíſit. Deniq; íd nequaq; vero cohæret: cælíbatum in euangelío non contíneri. cũ aperte ínſínuetur à domíno, per eunuchos: quí ſe caſtrant propter regnũ dei. Falſum & illud níchílo minus, quod adiungit Lutherus: abſtínentiã à contrectanda pecunía non contíneri in euangelíco codíce. Deſignatur enim eo domíni noſtrí verbo: quo prohíbentur diſcípulí eíus ad prædícandũ euangeliũ íturí, portare pecuníam in zonís ſuís. Et q; ídípſum aperte non explícaretur in tota euãgelíj pagina: haud tamen aduerſatur alícuí loco euangelíco, ímmo q; proxíme cum euangelío conſpírat. quoníam ſuccídit cupídítatís materíam: & ad omnímodam rerum temporalium abrenunciatíonem (quã commendat euangeliũ) índucit. Sed quíd opus eſt huíc negocío defenſandæ beatí Franciſcí regulæ à calũnía Lutherana: híc díutíus inſíſtere? cũ illa ab Innocẽtío tertío, apoſtolicę ſedís præſíde, díuína (vt íd ageret) reuelatíone admonito, fuerit ſuperſtíte adhuc beato Frãcíſco approbata. quemadmodum præclare refert ſanctus Bonauentura: in opuſculo de vita beatí patrís Frãcíſcí cõſcripto. Hæc ſane approbatío, ſuffíciens eſt munimentum contra omnes Lutherí cauíllos & obtrectatíones: quíbus in ſanctũ dei vírũ oblatrat, vt poſthac obſtrua tur os loquentium íníqua. Ad hæc, eadẽ regula ab Honorío tertío, proxímo Innocẽtij in ſummo põtíficatu ſucceſſore fuit cõfirmata: & à Gregorío nono deinceps declarata. Deínde à ſancto Bonauentura, eadem partículatím à capite ad calcem vſq; explícata eſt: in vno opuſculorum ſuorũ, quod inſcríbitur, declaratío ſuper regulã mínorum. Et demũ noſtra ætate ab ínſígní & pręclaræ erudítionís víro Gaſpare Síſgero: Franciſcanæ profeſſionís alũno, eadẽ egregíe eſt defenſa in calce luculenti ſuí operís, quod inſcripſít de vita Chriſtíana, & monaſtící inſtituti ad eam optíma quadratura. ¶ Demum nec beato patrí Bernardo, Ciſterciẽſis ordínis clariſſímo ſplendorí, parcit Lutherana ímpietas: circa hũc líbrí ſuí de votis monaſtícis locum. quem dícit, ſub voto, ſed ſine voto & non ſecundũ vota vitam duxiſſe. perínde atq; apoſtolus Paulus (inquít) ſub

Matth. 10

Lucæ. 9

Marci. 6

Matth. 19

Matth. 10

Innocẽtius tertius

9

Beatus Bernardus.

lege ſed ſine lege vixit. Immo neq; Bernardus (ait) votum ſuum per omnia ſeruauit, citra tamen peccatum: quando in cauſis papalibus relicto monaſterio perambulabat terras, quod deus voluit: ne inſtitutum votorum apud ſe ratũ habere crederetur. Hæc Lutherus. In quibus id primum occurrit abſurdum: q; perhibet beatũ Bernardum ſine voto in domo cœnobitica vixiſſe, quem vtiq; conſtat in ſuis diuerſis operibus præſertim in libro de præcepto & diſpenſatione: palam edocuiſſe arctam votorum integre obſeruandorum obligationẽ. Quinimmo ſecum pugnat Lutherus, cum ſubnectit eundem ſanctum patrem non per omnia votũ ſuum ſeruaſſe: innuens his verbis, ipſum ædidiſſe votum, quod ante negarat. Neq; ſimilitudo illa de Paulo apoſtolo, q; ſub lege ſed ſine lege vixerit: propoſito Lutheri cõfirmando quicq; confert. Nempe lex Moyſi tempore prædicationis beati Pauli declinauit ad occaſum: quam tamen interdum Paulus vt aliorum cõſuleret ſaluti, etiam ſine noxa ſeruauit. At non ita votorum obſeruatio tempore beati Bernardi ferebatur ad veſperam: ſed in meridiano fuit ſuo ſplendore, neq; interea ſuum amiſit vigorem. Sed nec minus illud eſt impiũ, q; in verbis ſupra dictis Lutherus impingit ſancto viro Bernardo votorum trãſgreſſionem: quãdo ob cauſas ſummorum pontificum cogebatur diuerſas peragrare regiones, relicto ſuo monaſterio. Sane inuitus propemodum & trepidus ſuſcepit ſanctus ille pater negocium illud ſedandi ſchiſmatis: quod inter Innocentium ſecundũ & Petrum Leonis excitatũ graſſabatur in eccleſia dei. neq; vllis pepercit laboribus: vt diſcuſſa veritate redderetur trãquillitas pax & vnio eccleſiaſtico ſtatui. Cunq; peracta diligẽti indagine electionis factæ à patribus ſupremis, ad quos eligendi ſummi põtificis ſpectat officium: comperiſſet Innocentiũ canonice electum eſſe, & verum in eccleſia CHRISTI vicariũ: acceſſit reges & principes terræ, petiuit Germaniam, Angliam, Italiam, pererrauit & Galliam: vt induceret omnes ad obedientiam Innocentio præſtãdam, tanq; vero ſedis apoſtolicæ moderatori. & tam arduam prouinciam adeo feliciter expleuit: vt demũ redierit concordia & vnitas eccleſiaſtica. Verũ hic percõtandũ eſt à Luthero: cur in iſtis & aliis ſancti viri profectionibus & expeditionibus pro eccleſię catholicę vtilitate, nõ potuerũt ab eo vota monaſtica ſeruari? aut cur integre nõ fuerunt ab eodem ſeruata, haud minus q; ſi monaſterij tectis fuiſſet concluſus? Nonne ſine votorũ monaſticorum iactura poteſt ſuſcipi profectio à religioſis extra ſepta monaſterij: potiſſimũ ea quæ fit ſuorum patrũ & præpoſitorum iuſſu? An in tali viarum peragratione ob legitimã cauſam facta, labefactatur obedientia? cũ ea fieri non ſoleat nec debeat: ſine patris monaſtici cõſenſu. Vel vtrum paupertas illic læditur: vbi aut communibus monaſterij impenſis comparatur viaticum, aut eleemoſynis? Sed neq; caſtitas ibidem periclitatur apud eos, qui tectis monaſterij concluſi: ſemper caſte vixerunt. Certe non minus in bonis q; malis hominibus: verum eſt verbum illud Horatianum. Cælum non animum mutant: qui trans mare currunt. Horatius

Pro ſancto Bernardo apologia

Innocẽtius ſecundus

¶ Vota monaſtica nequaq; diuinis repugnare præceptis: neq; officijs charitatis, quæ proximis debemus. Cap. XX.

1 NOna Lutheri obiectio. Monachalis profeſſionis inſti-
2 tutum repugnat dei præceptis: & illi in primis, quo de-
2 bemus CHRISTI nomen venerari & in eo ſalutem
2 ſperare. Quoniam religioſi extincto propemodum &
2 abiecto CHRISTI nomine: ſuum erigũt. Non enim
2 Chriſtiani amplius nec filij dei: ſed Benedictini, Do-
2 minicani, Franciſcani, Auguſtinianiq; dicũtur. Hos vt ſuos patres præ
2 CHRISTO iactant. Neq; hoc nomine ſalui & iuſti fieri præſumunt, q;
2 baptizati, q; Chriſtiani ſunt: ſed hoc ſolo, q; ſui ordinis nomen habent.
2 Ideo in ſuo nomine confidunt, in hoc gloriantur: quaſi baptiſmus & fi-
2 des iam olim velut naufragio perierint. Non ergo aſſumunt & inuocãt
2 nomen domini, niſi in vanum: ſed nomen ſuũ, quod per opera erexerũt.
2 Quare damnanda eſt prorſus hæc vitę conditio. Hæc Lutherus. ¶ Re-
ſponſio. In hoc cauillo plus eſt cõtumeliarum & calũniæ: q; ſolidæ rationis. Ideo paucis ei ſatisfaciendum eſt, has religioſorum denominationes à primarijs ordinum monaſticorum patribus deſumptas: nequaq; abijcere CHRISTI nomen, aut Chriſtiani nominis profeſſionem, apud veros & integros cœnobitas: ſed eas omnes in lege & fide CHRISTI vt ſolida & vnica petra fundari. Non enim diuerſæ appellationes quę poſt ſuſceptum fidei in baptiſmo ſignaculum ob aliquam rationabilem cauſam nobis adueniunt: diſtrahunt aut diſſecant CHRISTI nomen, vel nos ab illo diuellunt, ſed ſub illo primo nomine conſtituũtur omnes: & in illo conueniunt. Alioqui dirimerentur à CHRISTO fideles: ob diuerſam regionum à quibus oriundi ſunt, aut familiarum denominationem. q; hi Galli ſunt, illi Itali: alij Germani, alij Hiſpani, apud quos tamen omnes vnus colitur CHRISTVS. Aut diuiderentur ab vno ſalutis noſtrę authore CHRISTO: qui in republica ciuili varias ſortirẽtur adminiſtrationum publicarum appellationes: q; hi reges dicãtur & principes, illi duces: alij præfecti & prætores, alij vero ſenatores & iudices. aut quoniam in vita priuata ab artibus quas exercent laici: diuerſis nuncupantur nominibus. hi agricolę, illi ædificatores: alij ſartores, alij ſutores. Cõſimili deniq; ratione extinguere nomen CHRISTI in ſe dicerentur: qui graduum eccleſiaſticorum diuerſas haberent appellationes, dicerẽturq; hi diaconi, illi ſubdiaconi: alij ſacerdotes, alij vero pontifices. in quarũ tamen denominationũ ſingulis: honoratur & comprehenditur CHRISTVS, non ſecluditur neq; diuiditur. Et certe quemadmodum eccleſia CHRISTI ſponſa, adornatur miro decore: ſuorum ordinum circũamicta varietatibus, ad vnum ſemper CHRISTVM re-

ſpicientibus, ita & religio monaſtica effulget ſingulari ſplendore, multiſida ſuorum ordinum & regularũ circundata varietate: quæ tamen omnis, in CHRISTVM vnicum ſcopum & ſupremum culmen reuocatur. Ad hãc autem multiplicem regularum varietatem, ad vnum finem tendentium explicãdam: diuerſæ huiuſmodi denominationes à primis patribus ſumptę verſantur in vſu. ¶ Quocirca non ſunt probroſis & cõtumelioſis nominibus appellandæ, ſanctæ inſtitutiones monaſticæ. vt faciunt nonnulli: cum eas, ſectas vocitant, adinuentionéſq; humanas, aut humana placita. cũ etiam eaſdem dicunt factiones & diſſectiones: haud procul à Lutheri verbis diſtantes, qui monaſticum inſtitutum dicit eſſe ſeditioſum aduerſum CHRISTVM, & Choreticũ, à Chore factioſo: cũ Dathan & Abiron abſorpto à terra. His etenim ignominioſis & cõuitiorum plenis nuncupationibus, illi qui ſcriptis aut verbo oblatrant in ſeruos dei: & ſanctos inhonorant patres, qui primi monachalium regularum iecerunt fundamenta. & ſpiritum ſanctum (qui pacis eſt deus non diſſenſionis) graui afficiunt probro: cuius inſtinctu & directione, primum ordines illi conſtituti ſunt, & hactenus incolumes perſtiterunt. ¶ Cæterum ſiqui religioſorum, occaſione ſuorum ordinum ſchiſmata ſuſcitant: dicentes. Ego ſum Benedicti, ego ſum Auguſtini, aut Bernardi. more eorum quos beatus Paulus reprehendit: iactitantes. Ego ſum Cephæ, ego Pauli, ego vero Apollo. Sí humano item affectu ita ferantur plærique in ſuam inſtitutionem ſingulariter extollendam: vt cæteras omnes parui faciant monaſticas obſeruationes, aut habeant cõtemptui. Si deniq; ſui ordinis ſtatuta curent aliqui maiore diſtrictione ſeruanda q̃ dei præcepta, & diuina mandata ſuis poſthabeãt decretis & traditionibus: hæc omnia & cõſimilia id genus mala, nõ ex ipſa regulari monaſticæ vitæ cõſtitutione (quæ recta eſt & ſancta) proficiſcũtur: ſed ex prolapſione ab ea, & particulari hominũ obliquitate, quæ nequaq̃ ipſi profeſſioni monachicæ venit imputanda. Enimuero ſi damnare pergamus quodpiam viuendi genus, ob idipſum, q; in eo plęriq; degunt aberrãtes ab illius rectitudine: nullus certe eſſet hominũ ſtatus, nec ciuilis nec eccleſiaſticus, nec connubialis nec ſacerdotalis: quí non eadem damnaretur ratione. cum nullus aſſignari poſſit vitæ gradus & conditio: in qua non inueniãtur aliqui exorbitantes ab illius integritate. Nichilo ſecius ipſe viuẽdi modus: ſuapte natura & bonus eſt & rectus. Nõ enim quid faciant homines, ſed quid facere debeant ſecundũ ſuam vocationem, ſpectandum eſt: ſi volumus rectum de ipſo viuendi genere, quale ſit, ferre iudicium. ¶ Porrò hoc in loco operæprecium fuerit audire verba beati Auguſtini: quibus huiuſmodi argutia (qua ſæpius vtitur Lutherus: ad monaſtices improbationem) penitus retũdatur. Verba inquã, in explanatione pſalmi nonageſimi noni: ab eodem ſic digeſta. Nemo vos fallat. Sí non vultis falli & vultis amare fratres: ſcitote omnem profeſſionẽ in

Cõtra oblatrãtes in vitam monaſticam. 3

Numeri. 16

1. Corin. 1

4

Auguſtinus.

eccleſia habere fictos. Non dixi omnẽ hominẽ eſſe fictum: ſed omnẽ profeſſionẽ habere fictas perſonas. Sunt Chriſtiani mali: ſed ſunt & boni. Quaſi plures malos vides, quia paleæ ſũt: nec te ad grana venire permittunt. Sũt ibi & grana: accede, tenta, excute, adhibe oris iudiciũ. Inuenis ſanctimoniales indiſciplinatas: nũquid ideo ſanctimoniũ reprehẽdendũ eſt? Multæ nõ ſtãt in domibus ſuis: circueũt domos alienas: curioſe agẽtes, loquẽtes quæ nõ oportet, ſuperbæ, lingutæ, ebrioſæ. Sed ſi virgines ſunt: quid prodeſt integra caro, mẽte corrupta? Melius eſt humile cõiugiũ: q̃ ſuperba virginitas. Sí enim nuberet: nõ haberet nomẽ vnde extolleretur, & haberet frenũ quo regeretur. Sed nũquid propter virgines malas: dãnaturi ſumus & ſanctas corpore & ſpiritu? Aut propter iſtas laudabiles: etiã illas improbandas laudare cogemur? Vndiq; vnus aſſumetur: & vnus relinquetur. Hęc Auguſtinus. In quibus quidẽ verbis cum perhibeat omnem profeſſionẽ in eccleſia habere fictos: conſequens eſt & profeſſionem monaſticam habere etiam fictos. neq; illud inficiamur: ſed potius indolemus. Sunt quidem mali religioſi: ſed ſunt & boni. Inueniuntur itidem religioſi indiſciplinati, incompoſitiſq; moribus: at nunquid ideo monachalis religio vituperanda eſt? Nũquid etiam propter improbos monachos: damnare debemus & eos, qui arctioris diſciplinæ ſunt obſeruantiſſimi? Nichilo certe magis, q̃ propter bonos & ſpectabilis vitæ religioſos: commendare debeamus eos, qui à regulari cœnobiticæ inſtitutionis diſciplina exorbitant & deuiant. Et quia ſecundum Auguſtinum in verbis ſupra dictis, vndiq;, id eſt in omni hominum ſtatu, vnus aſſumetur ad gloriam, & vnus relinquetur ad pœnam: fiet hoc vtiq; & in religioſorum multitudine. ſed propter aliquot in ea malos: non oportet totam profeſſionem monaſticã damnare. ¶ Decima Luheri obiectio. Inſtitutio monaſtica repugnat præcepto dei, nos obliganti ad obedientiam parentibus impendendam: & ad ſuccurrendum proximo, in neceſſitate conſtituto. Enimuero ſi alicuius religioſi pater ægrotat extra monaſterium, non poterit ille filius exire ſepta monaſterij ad viſitandum patrem ægrotum & ad miniſtrandũ ei. aut ſi parentes egeant opera filij religioſi: vt paſcat eos, aut ſeruiat eis. Sic ſi Franciſcanus videt pauperem in extrema neceſſitate conſtitutum: non poterit contrectare pecuniam ad ſuccurrendum illi indigenti. nec egredi poterit clauſtro ad exercenda opera miſericordiæ corporalia in alios: qui indigent eius opera. quæ omnia: ſunt contra charitatem proximi. Non eſt igitur probanda vitæ monaſticæ profeſſio: vt quæ tranſgrediatur mandata dei propter traditiones ſuas. Hæc Lutherus. ¶ Reſponſio. Conſtantiſſime abnuendum eſt: inſtitutum vitę monaſticæ compugnare dei mãdato de honorandis parẽtibus, aut de ſubſidio proximis exhibendo. Obligatur enim addictus diſciplinæ regulari, haud ſecus atq; alius, ſecularis vitæ rationẽ ſequens: honorare parentes & eis obedire, ſed modo congruente

1. Timo. 5

Matth. 24

5

ſuæ vitæ cõditioni:atq; alio,q̃ ſi eſſet in ſeculari ſtatu conſtitutus. Ita & religioſus obſtringitur,haud minus atq; ante religionis ingreſſum : ad ſuccurrendũ proximo ſuo,in neceſſitate poſito,ſed modo & via cõueniente ſuæ profeſſioni:& haud dubie alio,q̃ id præſtare deberet officiũ, ſi in ſecularis vitæ genere verſaretur. Neq; profeſſio monaſterialis quẽpiã abſoluit à parentum obedientia,aut ſubuentione proximi : vt obiectat Lutherus.ſed tantũ modo ipſa cõſtringit religioſum , ad illa præſtanda obedientiæ aut humanitatis obſequia:ſecundum modum,ſuæ vocationi aut profeſſioni conuenientem . ¶Quemadmodum in priore præſentis obiectionis hypotheſi , ſi cenſeat ipſe pater monaſterij non expedire filio religioſo:q; relicto monaſterio inuiſat patrem ſuũ ægrotum & miniſtret ei,vel quia huiuſmodi corporalis , filij viſitatio : parum ſit opis & ſubleuationis patri languido allatura . aut quoniam illa,timetur incommodatura ſaluti ipſius filij religioſi : qui propter hoc miniſterium cogeretur inter ſeculares fortaſſe cum graui animæ ſuæ diſpendio diuerſari,aut ob aliquam aliam rationabilem cauſam. Attamẽ filius ille religioſus alia via & modo poteſt obedire patri ſuo & ſubuenire,procurãdo ſcilicet authoritate ſui patris monaſtici:q; aliquis vir ſecularis illi miniſterio exercendo idoneus,mittatur loco filij religioſi ad miniſtrãdum patri.aut q; illi indigenti ſubminiſtretur à monaſterio,alio ve viro probo, eleemoſyna ad ſubleuationem ſuæ inopiæ.aut quod totus fratrum illius monaſticæ domus cœtus : orationem fundat publicam ad deum pro ſalute patris ægroti.aut aliquem alium modum conuenientem neceſſitati paternæ ſubleuandę excogitando:qui profeſſioni monaſticæ filij non repugnet neq; ſaluti eius officiat. ¶Conſimili quoq; modo dicendũ eſt de eo filio monaſterij incola:cuius pater incolumis eſt & pauper ſenioq; fractus,indigens opitulamine filij qui paſcat eum.Nõ enim oportet(ſicut nec decet)filium illum monaſterio egredi: vt aſſiduus patri ſenectute confecto aſſiſtat,illiq; miniſtret.ſed alio quouis modo(quẽ adinueniet pater monaſticus:ſua prudentia & ſolertia)curare debet ſui patris ætate grauis & paupertate preſſi ſubleuationem.vt deſignatione vnius partis eleemoſynæ publicę,ibidẽ in vſus pauperũ diſtribui ſolitę: ad ipſius patris pauperis ętatéq; prouecti peculiarẽ ſuſtẽtationem . aut deputatione alicuius viri ſecularis:ad miniſteriũ ſingulare patri illi grãdæuo & egeno exhibendũ, cui ab ipſo monaſterio ea particulatim aſſignetur prouincia peragenda.aut alia quauis honeſta ratione:à recto & æquo non exorbitante . ¶In poſteriore vero præſentis obiectionis hypotheſi & exẽplo:religioſus ſancti Franciſci regulã profeſſus non obligatur ad ſuccurrendũ pauperi extrema neceſſitate cõſtricto per pecunię erogationem:cũ illam apud ſe non habeat. Nemo autem adigitur ad id alteri dandum:quod non habet, cum ſit illud impoſſibile,veráq; ſit ſententia:ad impoſſibile neminem obligari. Alio tamen modo vt ſubueniat

pauperi,ſi poteſt:aſtringitur.ſcilicet per diligẽtem aliorum apud quos eſt pecunia,ſolicitationem:vt illi pauperi ferant opem.quod vbi ſedulo præſtiterit:ſatiſfacit præcepto charitatis. Quemadmodum beatus Paulus & verbo & epiſtolis adhortatus eſt Corinthios & alios populos,quibus euãgelizauit verbum dei & ſcripſit epiſtolas: ad faciendas collectas eleemoſynamq; cõferendam in ſubleuationem pauperũ fidelium qui habitabant hieroſolymis.Magnamq; adhibuit curam : vt huiuſmodi collectæ fideliter & integre perferrẽtur ab illis populis fidelibus,in Hieruſalem.Similiter beatus Petrus paralytico petẽti ſtipem ad portam templi Hieroſolymitani,nõ erogauit pecuniam:libere profeſſus, aurum & argentum non eſſe ſecum . ſed alio modo & longe potiore illi ſuccurrit: cũ id quod habuit,illi dedit,& in nomine domini noſtri IESV CHRI
7 STI , repente ſanum illum reddidit. ¶Eſt igitur infirma huiuſmodi conſecutio:quam hic nectit Lutherus.Filius religioſus non obedit patri ægroto per egreſſum monaſterij:miniſtrando illi neceſſaria,& coràm illi aſſiſtendo.ergo filius ille non obedit ſuo patri.Similiter & hęc collectio atq; ratiocinatio , priori conſimilis: etiam eſt inualida.Religioſus Franciſcanus non adiuuat pauperẽ per pecuniæ erogationem: ergo non ſuccurrit illi nec opitulatur.Procedit enim vtraq;,à contractiore deſtructo ad id quod communius eſt,deſtruendum. quod argumentandi genus:omnino vitioſum eſt . Et in ambabus , quod aſſumitur:verum eſſe poteſt,& quod concluditur:falſum.cum ſint alij modi (quàm qui in aſſumptis propoſitionibus exprimuntur) ſtatui monaſtico conuenientes: quibus & hic pauperi ſuccurrat,& ille patri ægroto obediat. Et hunc in modum,argutia præſens Lutherana,quam tanq̃ ſuũ Achillem, exiſtimabat inſuperabilem:omnino concidit imbecillis,eneruis & mutila.

Roma.15. 1.Corin.16

2.Corin.8 &.9

Actuum.3

¶Filios etiam inuitis parentibus poſſe monaſticam vitam aggredi:nec his,tali filiorum voto diſſentientibus,obedire illos debere. Cap.XXI.

1 ANdecima Lutheri obiectio.Sicut vxor poteſtatem habet extrahendi virum ſuum è monaſterio, citra conſenſum ſuum, cucullatum:ita habet pater & mater authoritatem extrahendi filium ſuum vel filiam è monaſterio , quod ſubijt ſine illorum conſenſu. Et filius aut filia ſub neceſſitate ſalutis & indignatione dei: tenetur ſequi tunc parentes , & ponere cucullum abſq; ſcrupulo:etiam ſi ſexcenta vota feciſſet,quoniam ex diuino precepto obligatur ad obediendum parentibus.Non igitur poſſunt abſolute fieri vota monaſtica à filijs:quorum ſuperſtites ſunt parentes,ſed adiecta hac conditione:ſi id parentibus placuerit. At nunc filios à parentũ obedientia omnino ſoluũt prædicatores vitæ monaſticæ:dicẽtes in rebus ſpiritualibus quẽq; liberum eſſe.Hęc Lutherus. ¶Reſpõſio.Non eſt inficiandũ,illã eſſe vxori

poteſtatē repoſcendi virū ſuū: ipſa inuita & reclamāte, monaſticā vitam profeſſum. Quoniā allīgatus vxorī (cui fidem dederat cōiugalē: de indiuidua vitæ ſocietate, cū ea perpetuo traducenda) nō potuit vir abrūpere id vinculū quo deus illum conſtrinxerat: vt ipſa diſſentiente & refragante, ſubiret aliud vitę genus, ab ea ſeparatus. At de filio aut filia: longe aliud ferendum eſt iudicium. neq; putandum, ipſos pendere ex parentum conſenſu: vt profiteantur regularem monaſterij diſciplinam. ſed patre & matre renitētibus atq; reluctantibus: liberos ipſos poſſe id cœnobiticum vitæ genus amplecti. Alioquī vbi diuino afflatu concitarentur filij ad mundi contemptricem, religionem monaſticam ſubeundam, vt plerunq; vſu venit. vbi etiam perſpecta ſuorum affectuum qualitate, procliuitateq; ad malum, & facto propriæ conditionis atq; inclinationis animi periculo: exploratum haberent, ſe vitam in ſeculo agere non poſſe, niſi cum graui ſuæ ſalutis diſcrimine. ad quod fugiendum: aſpirarent ad monaſticam ſolitudinem, non poſſent id ſanctum piæ mentis inſtitutum opere exequi, neq; mūdum relinquere cum oblectationibus ſuis: ſi contradicerent illi religioſo voto parentes, amore fortaſſe carnali affectuq; nimium propenſo in filios, ad impediendum ipſorum ardens deſiderium inducti. Et ita potius hominibus q̄ deo foret obediendum: & animæ ſalus, parentum placitis eſſet poſthabenda, quod nullus ſanæ mentis dixerit vnq̄. ¶ Sed id vnum rogare velim Lutherum. ſi beatum Ioānem Baptiſtam, clariſſimum CHRISTI præconem, ſancti parentes eius Zacharias & Eliſabeth domi voluiſſent detinere, ne in puerili ætate & adhuc tenellus ſubiſſet deſertum, & in ſolitudine vitam egiſſet auſteram (quod tamen eos nunq̄ tentaſſe: minime dubito) quid cenſuiſſet beato Ioanni faciundum? an ne obtemperandum ſpiritui ſancto: vocanti eum ab ipſis pene incunabulis ad illud arduum vitæ inſtitutum? aut parentibus obſequēdum: qui auocaſſent eum ab illo viuendi genere inſueto? Reſpondebit (credo) Lutherus: ſanctū Ioannē debuiſſe tum obedire vocanti ſpiritui dei, quoniam magis deum q̄ homines audire oporteat. Cur igitur & nūc non fatetur filios & filias poſſe vocanti deo in ſolitudinem monaſticam, immo debere obedire: q̄ parentibus, diuinę vocationi renitētibus? Cum etiam CHRISTVS vocauit ad ſuum diſcipulatum beatos Ioannem & Iacobum filios Zebedei: ſi illi vocationi reclamaſſet Zebedeus pater eorum, cum quo erant in nauī quando vocati ſunt à domino, noluiſſetq; ꝙ ſe relicto ſequerentur vocantem. nunquid debuiſſent illi tūc obedire patri: & negligere dei vocationem? Nequaq̄: ſed deo potius q̄ homini obtemperare. ¶ Sane leguntur complures viri ſancti in prima fere ętate ſubijſſe inuitis parentibus iugum monaſticum: & in eo ad magnum ſanctitatis culmen fuiſſe peruectos. Inter quos: ſuffícit nobis in exemplū, ſanctimonia vitæ & doctrinæ ſplendore prę ſtantiſſimus, Thomas Aquinas, cuius mater ſecundum carnem, ni-

Lucæ.1

Actuum.4

Matth.4

Thomas Aquinas

chil omnino intentatū reliquit, nullum non lapidē mouit: vt ipſum à ſacri ordinis prędicatorij monaſterio (quod, ea inuita ſubierat) abduceret. Sed irriti fuerunt omnes eius conatus: quos per alios filios ſuos, fortiſſimi illius athletæ fratres, ſed non ſecundum ſpiritum, nequicq̄ ipſa tentauit. Nam dei auxilio fretus ſanctus Thomas: poſt graues inſultus & impetus hoſtiles, poſt duros agones & biennalem carcerem, matris & fratrum euaſit victor inclytus: & in ipſa, quā amplexatus à puero fuerat religione, cum magno totius eccleſiæ fructu permanſit. ¶ Id ipſum autem quod proponimus: ſacrarum literarum ſolido teſtimonio, illuſtriúmq; virorum authoritate, haud difficile ſuffulciri poteſt. Et primū ipſius prophetæ, immo dei in propheta loquentis verbo: quod in pſalmo dicitur. Audi filia & vide, & inclina aurem tuam: & obliuiſcere populum tuum & domū patris tui, & concupiſcet rex decorem tuum. Ecce adhortatur filiam ſpiritualem deus, animamq; ſuſpirātem ad ipſum: vt paterna domo obliuioni tradita, inclinet aurem ſuam ad internam vocationem, qua ſecreto pulſat & compellat eam. ¶ Rurſum, in euangelio apud Matthæum legimus CHRISTVM dixiſſe. Qui amat patrem aut matrem pluſquam me: non eſt me dignus. At qui potius audit parentes dehortantes à capeſſendo iugo domini in monaſtica obſeruatione, q̄ dominum introrſum vocantem ad illud ſubeundum: amat patrem ſuum & matrem pluſq̄ deum, & propriam ſalutem. Non eſt igitur ille, ſecundum domini ſententiam: CHRISTO dignus. ¶ Inſuper, apud Lucam dicit dominus. Si quis venit ad me, & nō odit patrem ſuum & matrem, & vxorem & filios, & fratres & ſorores, adhuc autem & animam ſuam: non poteſt meus eſſe diſcipulus. Qui autem fiet, vt is parentes ſuos odio habeat, minúſq̄ q̄ deum diligat: qui ipſis diſſuadentibus profeſſionem monaſticam, potius q̄ deo ad eam vocanti tacito impulſu, obſequitur? ¶ Præterea, apud Matthæum CHRISTVS ait. Omnis qui reliquerit domum, vel fratres, aut ſorores, aut patrem aut matrem, aut vxorē, aut filios, aut agros, propter nomen meum: centuplum accipiet, & vitam æternam poſſidebit. Quomodo autem tam amplum & copioſum præmium promitteret dominus iſs, qui dimiſerint parentes propter nomen eius: ſi id diuinæ legi contrarium eſſet & repugnans? ¶ Adijciatur itidē & ſupra dictis vna beati Hieronymi ſententia: deprompta ex eiuſdem epiſtola de contemptu mūdi & laude eremi ad Heliodorū. quæ ſola ſufficit ad contūdendā Lutheri frontem: & hāc eius cauillationē eneruandā. Licet paruulus (inquit) ex collo pēdeat nepos, licet ſparſo crine & ſciſſis veſtibus vbera (quibus te nutrierat) mater oſtēdat, licet in limine pater iaceat: percalcato patre perge, ſiccis oculis ad vexillū crucis CHRISTI euola. Solū pietatis genus eſt: in hac re eſſe crudelem. Hæc Hieronymus. ¶ Sed & Chryſoſtomus in duobus poſtremis aduerſus vituperatores vitæ monaſticæ libris potiſſimū agit

Lucæ.14

Matth.19

Hieronymus

Chryſoſtomus

in parentes:qui indolent filios suos,ipsis inuitis,aggressos esse philosophiam illam(vt ipsius vtar verbo)monasticæq; vitę arctam disciplinam. In secundo nanq; libro,aduersus patrem infidelem, stilum conuertens: mira eloquētia artęq; dicendi necnon acerrimis rationibus demonstrat, non esse illi iustā querimoniæ causam:q; ipso reclamante filius ad montis incolatum,ad solitudinem,aut ad monasterij arctitudinem conuolarit. In tertio vero eiusdem operis libro,patrem fidelem & credentem in CHRISTVM,ijsdem aggreditur telis,ostenditq; luculenter & argute, nec ipsi esse iustum querelæ locum:q; ipso renitente filius mundum contempserit,& ad secreta monasterij silentia confugerit, calcato cum suis desideriis seculo. Neq; cuiq; dubiū esse debet:quin illud liceat. ¶Idem quoq; in homelia octogesima quarta super Ioannem: exponens locum illum euāgelij,decimo nono capite conscriptū,quo CHRISTVS matrem suam beato Ioanni commendasse de cruce narratur:ait. Sed cur dominus:non alius cuiuspiam mulieris meminit? cū adessent. Admonēs, quiddam amplius:patribus tribuendum. Vt enim cum spiritualia impediunt parentes:ne cognoscendi quidem sunt. ita cum nihil impediūt: merito omnia ijs sunt tribuenda,& omnibus præferendi: quia genuerunt,q; educarunt,q; innumeras pro ipsis molestias subierunt. Hęc ibi. At vbi parentes pro viribus obstant,ne filij eorum subeāt monasticam arctitudinem,ad quā vocantur introrsum à deo:nonne spiritualia ipsorum impediunt opera,pariter & salutaria? Non sunt igitur, secundum Chrysostomi sententiam,eo in negocio cognoscendi parentes: nec audiendi. ¶Insuper beatus pater Bernardus in epistola sua centesima decima,consolatoriam scribit admonitionem ad parētes illustris cuiusdam adolescentis, Gaufridi de Perona:qui in Claraualle monasterialem susceperat professionem,ostendens ibidem præclare,eos non eam ob rem dolore affici debere:q; ablatus sit eis filius vt deo melius seruiat,sed gaudere potius & lætari in domino, Cuius quidem epistolæ: hoc est exordium. Si filium vestrum,deus facit & suum:quid vos perditis, aut ipse quid perdit? Fit de diuite ditior,de nobili generosior:clarior de illustri, & quod omnibus maius est,sanctus de peccatore. Et paulo post. Si diligitis eum,gaudebitis vtiq;:quia vadit ad patrem,& talem patrem. Ipse quidem vadit ad deum,sed vos non perditis eum: quin potius multos per eum acquiritis vobis filios. Quotquot sumus in Claraualle, vel de Claraualle:ipsum in fratrem,vos in parētes suscipimus. Hæc ibi. Quæ nequaq; scripsisset Bernardus ad parentes contristatos de conuersione filij sui,ipsis inuitis facta:nisi exploratum habuisset,filios inuitis etiam parētibus posse vitæ cœnobiticæ iugum suscipere. ¶Ad hæc, in epistola proxime sequēte,scilicet centesima vndecima:scribit idem sanctus pater modestā quandam increpationē ex persona cuiusdam suorū religiosorum(cui,Heliæ nomen erat)ad parentes illius:qui missis frequēter ad

Ioan.19 Chrysostomus.

Bernardus

Ioan.14

eum nuncijs,solicitarunt eundem, vt derelicto monasterio (quod ipsis inuitis subierat)rediret ad seculum. In qua tota epistola idem religiosus inducitur:verba admonitoria dirigens ad suos parentes,hoc modo. Sola causa,qua non liceat obedire parētibus:deus est. Ipse enim dicit. Qui amat patrem & matrem plusq; me:nō est me dignus. Si me vere vt boni, Matth.10 vt pij parentes diligitis:si veram,si fidelem erga filium pietatem habetis:quid me patri omnium deo placere satagētem inquietatis,& ab eius seruitio,cui seruire regnare est,retrahere attentatis? Vere nūc cognosco: quia inimici hominis,domestici eius. In hoc:vobis obedire non debeo. Ibidem in hoc non agnosco vos parentes:sed hostes. Si diligeretis me:gauderetis Ioan.14 vtiq;:quia vado ad meum atq; vestrum,immo vniuersorū patrem. Alioquin:quid michi & vobis? Quid à vobis habeo: nisi peccatum & miseriam? Hoc solum quod gesto corruptibile corpus:de vestro me habere, & fateor & agnosco. Et reliqua:in eandem sententiam per totū epistolæ contextum consequentia.quę nequaq; sanctus Bernardus,prædicti religiosi nomine scripsisset:si persuasum habuisset,non posse filium renitentibus & inuitis parentibus, monasticen amplecti. ¶Cæterum obiectat hic Lutherus:filium debere obedientiam parentibus. quam si denegauerit:diuini præcepti eam iubentis exhiberi,reus fit & præuaricator. At si parentes volunt suum filium opulentæ domus futurum hæredem,agere vitam in seculo:contrà vero filius,inuitis parentibus monasticum aggreditur institutū:ipse parentibus suis est inobediens. Est igitur diuini transgressor mandati:& magni criminis reus. ¶Huic respōdentes cauillo,fatemur quidem filium parentibus debere obedire,non tamen omnibus in rebus sine discrimine,sed tantum licitis & honestis, quæq; deo non aduersantur,aut propriæ saluti nō incommodant. Non est autem æquum & iustum,quempiam interius à deo vocatum ad cœnobij austeritatem & fugam seculi,aut suæ timētem salutī si illam non amplectatur: deserere vocantē deum, suæq; salutis rationem non habere,& parentibus viam seculi adeundam suadentibus,morem gerere. Et qui in eo negocio posthabitis parentibus inuitantem sequitur dei spiritum atq; trahentem:minime censeri debet inhonorare parentes, aut debitam eis obedientiam subtrahere. Siquidem inobediens parentibus(vt ea denominatio:malę rei est nota,& vitium sonat)is tantum dicitur:qui quādo,vbi,& quomodo,ac quibus in rebus debet eis obedire,non obedit. Sic & parentes inhonorat:qui debitum eis honorem, siue in reuerētiæ exhibitione,siue obsequio,siue bonorum subministratione,non impendit:quando,vbi,& quomodo debet impendere. Manifestum est autem,filium non astringi ad obedientiam patri præstādam:in ijs quæ cōtra dei sunt vocationem,propriaq; salutis incolumitatem. Neq; eūdem obligari ad id honorationis genus:quo relicto monasterio, iniussu patris monastici accedat domum paternam, vt ægroto patri proprijs ma-

nibus exhibeat obſequium. Eſt enim id officij genus: ſuo ſtatui quem
ſponte aggreſſus eſt, incongruũ & miníme condecens. Debemus autem
in omni opere noſtro ſeruare decorum: & id tantummodo agere, quod
noſtræ vitæ congruat inſtituto. ¶Porrò ex his aperte cõſtat, q̃ prodigus
ſit verborum Lutherus: cũ hoc in loco libri ſui ſubnectit ſequentia ver-
ba. Certus itaq; eſto quílíbet Chriſtianus, q̃ ſicut non potes vouere vt
neges deũ & mandata eius: ita vouere non potes ne obedias parentibus
& ſeruías proximis, cum deus mandarit obedire parentibus & ſeruire
proximis. Ideóq; votum tuũ cum fiducia ſic interpreteris, vt vbí parens
vel proximus tuus te opus habuerit: votum iam prorſus non tenere, au-
thoritate ipſa dei certiſſimus ſis. Si enim vnum mandatum propter vo-
tum potes dirumpere: potes omnia dirumpere, & totum deum negare.
Si autem non potes deum nec vniuerſa mandata negare: nullum ne mí-
nimum quidem potes negare aut dirumpere mandatum. Monaſticum
enim votum: pro mandatis, non aduerſus mandata dei valere debet, &
ſemper eiſdem cedere. etiam ſi eis perpetuo cedẽdum: & votum prorſus
abolẽdum ſit. Hæc Lutherus. Sed quo tanta verborum tendit farrago:
inaniter iactata? cum nullus vnq̃ dixerit poſſe quẽpiam vouere, ne obe-
díat parentibus aut ſuccurrat proximis, aliúdve dei mandatum tranſ-
grediatur. quemadmodum videtur his verbis ſubindicare Lutherus:
monaſticæ vitæ prædicatores id docere. Quid item opus eſt illa voti in-
terpretatione: quam nequicq̃ ſubtexit? cum nunq̃ id contingere poſſit:
vt propter voti obſeruationẽ, obedientiam parentibus debitam quis de-
neget, aut proximis non ſuccurrat, eo quidem modo: quo pro ſui ſtatus
ratione id officium præſtare debet. Quid præterea neceſſe fuerat admo-
nere: votum ipſum debere ipſi mãdato dei cedere, & abolendum potius
eſſe votum q̃ violandum dei præceptum? cum nunq̃ illud euenire que-
at: q̃ votum monaſticum alicui dei præcepto repugnet, aut vlla inter vo-
tum & dei præceptum ſit controuerſia vel diſſonantia.

¶Inſtitutionem monaſticam, nequaq̃ impedire officia chari-
tatis: nec ocioſos aut deſides enutrire. Cap. XXII.

DVodecima Lutheri obiectio. Charitas, líbera eſt: nul- 1
lis perſonis proprie addicta. At monaſtici, ſibi & ſuis
tantum charitatem alligant: aliorum negligẽtes. Immo
videntur monaſteria contra monaſteria, & ordines ad-
uerſus ordines, odia gerere mutua & diſcordias. Vera
autem illa charitas quę omnibus expoſita eſt, ad ſerui-
endum amicis & inimicis: eſt illis prohibita & illicita. Quia (vt ante dí-
ctum eſt) religioſo non licet exire monaſterium, viſitare infirmos, & alia
Chriſtiana obſequia impendere: etiam ſi opus ſit, & poſſit. Immo cõtrà
peruertentes omnia, poſitis manuum operibus ipſi ocioſi, ſinunt ſolis
ſibi bene fieri à toto mundo: omnium ſubſtãtiam deuorantes, bene ſani

& robuſti, magno etiam incommodo vere pauperum. Rependunt vero
ſuis benefactoribus opera miſericordiæ ſpiritualia: orationes & miſſas
infructuoſas. Certe damnabile eſt in eo vitæ genere inueniri, quod non
niſi ocioſos homines gignit: qui velut locuſtæ, erucæ & bruchi, aliorum
omnium ſubſtãtiam deuorant. ipſi vero nullis ſeruiunt, nullis exhibent
charitatẽ: nullis benefaciunt. Hæc Lutherus. ¶Reſponſio. Hæc cauíl- 2
latio non tam contorquet in religionem monaſticam tela impugnato-
ria: q̃ conuitia in eandem probráque certatim exaggerat & expuit. qui-
bus tamen, ſine conuitijs reſpondere annitemur. In primis. líberam eſſe
charitatẽ, expanſamq; in omnes ſine cuiuſq̃ excluſione, fatemur: vt quæ
etiam ad inimícos diligendos extendatur. neq; ita vllis eſt addicta perſo Matth. 5
nis: vt alias à ſui cõmunione ſecludat. Non tamen omnibus eadẽ, ex cha
ritate præſtantur officia: ſed cuiq; pro ſuo gradu & dignitate. Ordinata Canti. 2
ſiquidem à deo eſt charitas: & ſingulis quod ſuũ eſt diſtribuit. ſuperiorí-
bus quidem: obedientiam & honorem. æqualibus vero: humanitatẽ &
facilitatem congreſſionis. inferioribus autem: directionem & doctrinã.
Eadem quoq; propinquioribus & arcta ſocietate coniunctis plura im-
partit officia: quòd plus eis debeat. iís vero quibus debet minus: impen-
dit minora. pro merito ſcilicet & gradu cuiuſq;. Hanc itaq; charitatẽ in
omnes diffuſam habent religioſi, & ita obſeruant: vt nullum, ex inſtitu
tione ſua regulari, proſequãtur odio. Attamen ſine ipſius charitatis of-
fenſione aut læſione, illis quí ſuæ ſunt profeſſionis: ob eundem ſocietatis
gradũ impendunt potiora charitatis obſequia. alijs vero minora & infe
riora: quòd minus ipſis debeant. In omnes tamen: cõmunia charitatis of
ficia, orationum ſuarum participationẽ bonorúmq; operum cõmunica-
tionem profundunt. ¶Neq; ex eo quòd extra monaſteríj ſepta degentí- 3
bus ægrotis aut pauperibus ſecularibus non impendũt viſitationẽ cor-
poralem ac miniſteriũ religioſi: ſumitur efficax argumentũ, hos non ha-
bere in illos charitatem. Tum quòd illorum obſequiorũ exhibitio, per
exitum à monaſterio faciendа: nequaq̃ ad ſtatum & conditionẽ religio-
ſorũ attinet. Charitas autẽ ſyncæra, ſemper aſſeclam ſecũ habet & comí-
tem, diſcretionem: quę perſpiciat quid quẽq; agere deceat, & cui, & quã-
do, & vbí, & quomodo. Tum etiã quòd alia ſunt charitatis opera, quæ
loco viſitationis corporalis religioſum dedecentis ob euagationem: exhí
bere poſſit cœnobita huiuſmodi egenis & ægrotis. ſolicitatio ſcilicet ſe-
dula aliorum quos id decet opus: ad viſitationem illorum pauperum &
erogationem ſubſidij pecuniarij. frequens item & aſſidua pro illorũ ſa-
lute oratio: & reliqua pia ſtudia, à religioſi officio non abhorrẽtia. quẽ-
admodum in viceſimo libri huius capite, abunde eſt dictum: & hic ea-
dem repetiſſe, ferme eſt ocioſum. ¶Q uòd ſi monaſteria aliqua inter ſe
odio flagrent diſſideántque: vt obiectat hic Lutherus, ſi itidem vnus in
aliũ inſurgat ordo monaſticus, exercens odia mutua diſſenſionéſq; mi-

ſcens:idipſum non ex inſtitutione monaſtica proficiſcitur, cõmendante ſummopere pacem inter omnes & concordiam,ſed ex eorum qui ab integra illius ſyncæritate prolabuntur,culpa: admittentiũ intra cordis ſui penetralia tetrum ſerpentis antiqui virus, odium & rixas. Verum ob hanc particularium religioſorũ præuaricationem,qui totum monachalis diſciplinæ inſtitutũ damnandũ cenſuerit: eodem iure & legem euangelicam diſciplinamq; Chriſtianam damnet oportet.quòd plurimi eam profeſſi,à ſyncæra eius exorbitant obſeruatione: inhiãtes opibus,indulgentes voluptatibus, & mundi huius gloriam quærentes, contra ſacratiſſima documenta in euangelio contenta. Sed non eſt à ſingulorũ qualitate: genus aliquod vitæ dijudicandũ,bonum ne ſit an malum. quin potius ab inſtitutis & legibus: quas obſeruandas proponit. Quæ ſi rectæ ſunt & probæ,cõmendabile eſt & bonum illud vitæ genus:etſi mali ſint qui idipſum profeſſi, à rectis ipſius legibus aberrant & diſcedunt.

¶Neque oſcitanter aut perfunctorie id in præſentia eſt pertranſeundũ: 4
quod in hac obiectione Lutherus religioſis impingit, vtpote quòd omnium ſubſtantiã deuorent: magno etiam incõmodo vere pauperũ.quòd item velut locuſtæ, erucæ & bruchi:aliorum abſumunt opes & facultates, quæ in egenorum & mendicorũ vulgarium ſuſtentationẽ eſſent diſpartiendæ. Quibus ſane verbis improbat erogationem eleemoſynarum quæ fit religioſis paupertatem voluntariã amplexatis:eámq; potius faciendam eſſe cenſet cæcis, claudis & cæteris mendicis paupertatẽ neceſſariam tolerantibus. Nimirum hac in parte videtur ipſe perſimilis Iudæ proditori: qui indoluit effuſionem vnguenti precioſi ſuper caput & pedes domini noſtri in cœna à Maria magdalena eſſe factã. cauſatus,multo ſatius vnguentũ illud venundari debuiſſe: & precium eius dari pauperibus. Hoc autem dixit(euangeliſta teſte)non quia de egenis ad eum pertineret,aut miſericordia in eos moueretur:ſed quia fur erat,& loculos habens. Haud aliter & hoc in loco Lutherus ſubindicat melius eſſe, quòd mendicis publicis erogetur eleemoſyna q̃ religioſis mendicãtibus: non quia eum tangat illorum pauperũ vulgarium cura vel ſolicitudo. ſed vt illorum obtentu & prętextu impediat vere pauperibus ſpiritu,& qui ſua omnia pro CHRISTO reliquerunt,vt nudi & expediti ipſum ſequerentur:impartiri vitæ ſubſidiũ. In quo quidem improbo ſuo molimine,nõ modo impij Viclefi reſuſcitat execrabile dogma:ſed & ipſius Vigilãtij hæretici,qui prohibuit ſanctis pauperibus,Hieroſolymis deo in mira vitæ auſteritate ſeruiẽtibus,cõmunicationem ſumptuum & eorum quæ ad victum attinẽt,fieri.quemadmodũ his verbis teſtatur beatus Hieronymus:in libro cõtra ipſum ædito. Præterea ijſdem ad me relatum eſt epiſtolis:quòd contra authoritatẽ apoſtoli Pauli,immo Petri Ioannis & Iacobi,qui dextras dederunt Paulo & Barnabæ cõmunicationis,& præceperũt eis vt pauperũ memores eſſent: tu prohibeas Hie-

Matth.26
Ioannis.12
Vigilãtius.
Hieronymus.
Gala.2

roſolymam in vſus ſanctorum aliqua ſumptuũ ſolatia dirigi. ¶Deinde productis aliquot ſcripturæ teſtimonijs, ingentem beati Pauli ſolicitudinem atq; curã pro miniſterio eleemoſynarũ in ſanctos pauperes Hieroſolymitanos atteſtantibus: ſubiungit Hieronymus. Nunquid in alia parte terrarũ,& in ijs eccleſijs quas naſcẽtes fide ſua erudiebat Paulus:quæ ab alijs acceperat,diuidere non poterat? Sed ſanctorũ locorum pauperibus dare cupiebat:qui ſuas pro CHRISTO facultatulas relinquentes,ad domini ſeruitutem tota mente conuerſi ſunt. Deinceps comprobat idem,cum pauperibus omnibus porrigendam eleemoſynã:tum ijs præcipue, qui relictis omnibus in ſpontanea paupertate dominum ſequũtur. Atqui tales,& ſanctorũ illorum pauperum(quos vt tutor ab apoſtolis cõſtitutus,curabat Paulus)proxime æmuli:ſunt religioſi,monaſticam profeſſi paupertatem,atq; vltroneam mendicitatem amplexi. In illos igitur ſecundũ Hieronymi ſententiã,primũ collocanda eſt eleemoſyna:& erogatio ſtipis. Deinde in cęteros pauperes,inopia ac egeſtate preſſos ob neceſſitatem,etiã porrigenda eſt larga manus & adiutrix: ad ſubleuandã eorum penuriam. Neq; id iniuria. Spontanea enim paupertas,ei quam infert neceſſitas,eſt præferenda:ſicut & voluntariũ neceſſario. Pauperibus etiam ſpiritu & vltronea mente:regnum cælorum re- Matth.5
promittitur.& ijs qui reliquerint domum vel agros propter nomen domini: centupla retributio ac æternæ vitæ poſſeſſio in mercedem eſt aſſi- Matth.19
gnata. Deniq; ei qui venditis omnibus & in pauperes erogatis CHRI- Ibidem.
STVM fuerit conſectatus: theſaurus in cælo,ad præmium deputatur.

Cæterum hanc bonorum temporalium in religioſos pauperes cõmunicationem,primo etiam loco faciendã eſſe:deinde vero in reliquos pauperes vulgares,diffuſe demonſtrat eximius pater Thomas Vvalden:in ca Thomas
pite centeſimo primo ſui operis de ſacramentalibus. Vbi ad retundendã Vvalden.
Vicleſianam improbitatem,oblatrantẽ contra cõmunicationem bonorũ temporalium, religioſis fieri ſolitam: declarat multis ſanctorum patrũ
6 teſtimonijs,illam ſummopere cõmendandam eſſe. ¶Porrò cum deinde Lutherus in præſente obiectione vipeream exacuens linguã in quoſuis religioſos:eos grauiter inſectatur,quòd poſitis manuum operibus ocioſi degunt: & ab alijs, vitæ ſuſtentationẽ recipiunt ſine labore corporali quærítante victum, cum ſint robuſti & ſani: eò totam illam verborum tragœdiam cõtorquet,quòd ſua quidem ſententia religioſi debeãt propríjs laborare manibus: & quotidiano labore corporis, victum ſibi neceſſariũ comparare. Quod ſane improbum dogma & peruerſum etiam mutuatus eſt à ſuo præceptore & magiſtro errorum Viclefo:cuius vice- Viclefus.
ſimus articulus inter quadraginta quinq; dãnatos in ſacroſancta ſynodo Conſtantienſi,eſt iſte. Conferens eleemoſynã fratribus: eſt excõmunicatus eo facto. Viceſimus autem quartus:eſt hic. Fratres tenentur per labores manuũ,victum acquirere:& non per mendicitatem. Verum con

tra vtrunq; perditiſſimum dogmatiſtem,& erroneam hanc atq; ſcandaloſam eorum aſſertionem: in proxime ſequente capite armatã inſtruemus aciem.auxiliaréſq; petemus copias & tela literaria in eos vibrãda: à fortiſſimo pugile,& contra huiuſmodi hoſtes certare doctiſſimo,ſancto Thoma Aquinate.qui in opuſculo ſuo contra impugnãtes religionem inſcripto, hanc veſanam improbitatem, propoſitionémq; abſurdã de neceſſario religioſorum labore corporali: copioſe & acute confutat. Cuius & nos veſtigijs q̃proxime inhærebimus: ijſdem propemodum rationibus vſuri.

Thomas Aquinas.

¶Religioſos non obligari de neceſſitate ſalutis: ad labores manuum exercendos pro victu comparando. Cap.XXIII.

AD cõmonſtrandũ autem propoſitũ,in calce præcedentis capitis explicatum:religioſos inquam non obſtringi diuina lege,vt per quotidianum manuum laborem ſibi victum corporalem & neceſſaria vitæ cõparent: ſit hæc prima ratio. ¶CHRISTVS in euãgelio poſt ſuſceptum publicæ prædicationis officium: non legitur opus manuum exercuiſſe ad neceſſaria vitę comparanda,quæ ſibi debebantur ex miniſterio euangelizationis.neq; recuſaſſe piarum mulierum obſequia:quæ illi miniſtrabãt de ſuis facultatibus. Quinimmo nec apoſtolis ſuis ad prædicandum euangeliũ miſſis(cum formam eis vitæ præſcriberet)iniunxit vnq̃:quòd manibus laborarent ad victum conſequendũ,qui merito illis debebatur ab ijs,quibus verbũ dei annunciabãt. Et beato etiã Paulo debita erant eodẽ iure neceſſaria vitæ:quãuis ipſe plæriſq; in locis eo noluerit vti iure.ne accipiendo in illis quod ſibi erat debitum:quempiam grauaret,moroſioremq; redderet ad audiendum dei verbum.vt in nonnullis epiſtolarũ ſuarum locis:plane conteſtatur.Multi autem religioſorum ordines,inſtituti ſunt ad annunciandum populo verbum dei:& ſeminandum myſticum ſemen in agro pectoris humani. Cur igitur non poterunt illi ab ijs,quibus ſeminauerũt ſpiritualia:metere carnalia? cum teſte apoſtolo,dominus ordinauerit ijs qui euangelium annunciant:de euangelio viuere. ¶Secunda ratio. Cum Martha, excepto domino cæli & terræ in domum ſuam,ſatageret circa frequens miniſterium: & Maria Magdalena ſoror eius ſedens ſecus pedes domini,audiret verbum eius: cõquerenti de ſororis ſuæ ocio,Marthæ reſpondit dominus.Martha,Martha,ſolicita es:& turbaris erga plurima.Porrò,vnum eſt neceſſarium.Maria optimã partem elegit:quæ non auferetur ab ea. Quibus ſane verbis, contẽplatricem vitam labori manuũ nequaq̃ intentam, prætulit dominus actiuæ & operatrici vitæ: quæ opere manuum ſibi victum quæritat. Atqui nullã fere dederis religionẽ monaſticam: quæ præcipuum ſuum ſtudium & exercitium non dirigat ad dei contemplationẽ,vtq; tota vacet deo.Huiuſmodi autem quieta mentis in deum intentio,maiorem in modum impediretur per exteriorẽ occupationem:qua operi manuum eſſet inſudandum. Conſtat igitur hoc euangelico exemplo,non ſolum approbari religionẽ monaſticã contemplationi deditam,& laboris manuum expertem: verũ etiam eandẽ præferri actiuæ vitæ,ſolicitudinis & turbarum plenæ, quæ occupatur opere manuum ad corporis ſuſtentationẽ. Vnde Bernardus in apologia, loquens ad religioſos:qui ſe iactabãt operibus manuũ præter cæterorum morem ſolicite intentos eſſe,ait. Iam vero de labore manuũ quid gloriamini? cum & Martha laborans,increpata: & Maria quieſcens,laudata ſit. Et Paulus aperte dicat. Labor corporalis,ad modicũ vtilis eſt:pietas autem,ad omnia. Optimus labor: de quo propheta dicebat. Laboraui in gemitu meo.& de quo alibi. Memor fui dei,& delectatus ſum:& exercitatus ſum. At ne corporale intelligas exercitium: & defecit ſpiritus meus,inquit. Vnde vbi non corpus ſed ſpiritus fatigatur:ſpiritualis labor procul dubio intelligitur. Quid ergo inquis? Siccine ſpiritualia illa perſuades:vt etiam hæc quæ ex regula habemus corporalia,dãnes? Nequaq̃. Illa oportet agere:& iſta non omittere. alioquin cum aut iſta omittí neceſſe eſt,aut illa:iſta potius omittenda ſunt,q̃ illa. Quãto enim ſpiritus melior corpore:tãto ſpiritualis q̃ corporalis exercitatio,fructuoſior. Tu vero cum de horum obſeruatione elatus,alijs non eadem obſeruantibus derogas:nónne te magis regulæ tranſgreſſorem indicas? Hæc Bernardus. ¶Tertia. Qui diuitias habent & poſſeſſiones iuſte acquiſitas, vnde viuant ſine opere manuum: non obligantur ad operandum manibus,& ad victum hac ratione ſolicite quærendũ. Alioqui diuites omnes & laici & clerici,obtinẽtes amplos redditus annuos quibus honeſte victitent, & non laborantes manibus:eſſent æternæ damnationi obnoxij. quod omnino abſurdũ eſt:& à veritate alienum. At vero multæ religioſorum domus, largos habent reddítus annuos ſibi deſignatos à pijs regibus & principibus: qui primũ domos illas erexerunt,aut erectas magnifice dotarunt. vt omni abiecta procurandi victus ſolicitudine: eſſent religioſi illarum domorum incolæ,expeditiores ad diuinum cultum & ſpiritualia exercitia. Recte igitur vtũtur illis prouẽtibus & emolumentis temporalibus ad victũ quotidianũ, huiuſmodi religioſi:nec obligantur ad laborem manuum exercendũ. ¶Quarta ratio. Clerici & viri eccleſiaſtici,deſeruientes templo domini in miniſterio altaris & officio horarum canonicarũ: exinde victum ſibi debitum ob illud obſequium,probe comparant ſine opere manuum. Nempe vt atteſtatur beatus Paulus, qui altario deſeruiunt:de altario participant. Vnde & ſacerdotibus Ægyptijs tradita erat à rege terra in poſſeſſionẽ:& alimenta eis,regia authoritate conſtituta erãt ex horreis publicis,vt hiſtoria Geneſeos refert. Et dominus in lege Moſaica filijs Leui dedit omnes primitias,decimas & oblationes pro miniſterio,quo in tabernaculo teſtimonij ſeruiebãt quo-

Lucæ.8
Matth.10
1.Corin.9
2.Corin.12
1.Theſſa.2
1.Corin.9
Lucæ.10
1
2
3
4
Bernardus
Lucæ.10
1.Timo.4
Pſal.6
Pſal.76
Matth.23
1.Corin.9
Gene.47
Numeri.18

tidie deo. Vt compertum habeamus ac perſuaſum: illud diuino iuri, naturali & humano eſſe conſonũ, quòd deſeruientibus templo domini debeatur victus pro illo miniſterio: citra exercitium & opus manuũ corporale. Sed nulla eſt domus monaſtica, in qua nõ ſint eius alumni diurnis & nocturnis officijs eccleſiaſticis occupati: decantantes aſſiduas deo laudes, & offerentes ſalutare altaris ſacrificium pro totius eccleſiæ catholicæ ſalute. Igitur iure victum ſibi habent deſignatũ religioſi, ex dotatione larga fundatorum, aut eleemoſynis virorum miſericordium: ſine operatione quam manibus exerceant. ¶ Quinta. Qui ſacræ ſcripturæ ſtudio aſſidue inſiſtunt: citra omnem reprehenſionẽ abſtinent à labore manuum. quoniã illum exercere cõmode non poſſent: & ſimul accuratã ſacris literis operã nauare, cum vnum alteri eſſet impedimento. Vnde beatus Hieronymus in prologo libri Iob ait. Si aut ſiſcellã iunco texerem, aut palmarum folia manibus complicarem: vt in ſudore vultus mei comederem panem, & ventris opus ſolicita mente pertractarẽ: nullus morderet, nemo reprehenderet. Nunc autem quia iuxta ſententiam ſaluatoris volo operari cibum qui non perit, & antiquam diuinorũ voluminũ viam ſentibus virgultiſ́que purgare: error mihi geminus inſigitur. Et paulo poſt. Quapropter ò fratres, pro flabello, calathis, ſportelliſq; munuſculis monachorum: ſpiritualia hæc & manſura dona ſuſcipite. Hæc Hieronymus. Ex quibus verbis clare id dilucet, beatum Hieronymũ qui monaſticam vitam fuerat profeſſus: loco manualis operis, aſſumpſiſſe ſanctæ ſcripturæ ſtudium, quãuis id æmuli eius ſugillarent, caninóq; dente roderent. Poſſunt igitur tanti viri exemplo: & religioſi, ſalutare illud ſtudium amplecti & in illo quotidie verſari poſt abſolutũ eccleſiaſticum officium: ſine exercitio laboris manuũ. ¶ Sexta ratio. Fideles ſecũ- 6
dum regulam à ſanctis apoſtolis conſtitutã Hieroſolymis euãgelicæ diſciplinæ addicti: ex eleemoſynis larga & pia credentiũ in CHRISTVM manu ſibi collatis, in principio ſurgentis eccleſiæ vixerunt. Et idipſum, ex erogatis inquã aliorum liberalitate bonis temporalibus vitam agere, vſqueadeo tunc à reprehenſione fuit alienũ, in illis vere pauperibus ſpiritu: vt cæteri apoſtoli beatis Paulo & Barnabæ (cum iturí eſſent ad annunciandũ gentibus euangelium CHRISTI) prouinciam iniunxerint, vt pauperũ illorum memores eſſent: curarentq; eos cõmendare populis fidelibus apud quos prædicarent verbum dei, ad aliquã eleemoſynæ contributionem illis miſericorditer impendendã. Quod ſane non ſegniter ambo ſunt executi: quẽadmodũ ex Paulinis epiſtolis haud obſcure liquet. Si igitur id probro illis pauperibus fratribus qui propter CHRISTVM omnia reliquerunt, datum non eſt: quòd ex eleemoſynis vndecũq; collectis & Hieroſolymã deuectis vitam agerent. cur nunc id vitio vertetur & reprehenſione cenſebitur dignũ: quòd ij qui vt CHRISTVM ſequerentur expediti, ſponteneã ſubierunt paupertatẽ, & men-

Hieronymus.

Ioannis. 6

Actuũ. 4

Gala. 2

Roma. 15

1. Corin. 16

2. Corin. 8

dicitatem vltroneã ſponte ſua, non autem neceſſitate ſunt amplexi: ſubleuentur eleemoſynis diuitum, & ſine manuũ labore alienis opibus alãtur? Hæc quidem paucis in hanc rem perſtricta ſunt, de quibus qui ampliorem exoptat pertractationẽ: ex hoc riuulo, tenui decurſu deducto, ſe tranſferat ad vberrimum fontem, larga ſcaturigine profluentem: prædictum ſcilicet ſancti Thomæ Aquinatis opuſculum, in quo exuberantius inueniet hanc materiã diſcuſſam. ¶ Verũtamen non videbitur hoc loco ocioſum: alias inſuper rationes & aliunde acceptas, ad corroborandam rem propoſitã, in preſentia adducere. Sit itaq; ſeruato contínuo or-
7 dine: hæc ſeptima ratio. Cum Moyſes & Aaron à deo miſſi ad Pharaonem regem Ægypti: ſignificarent eidem ſuam legationẽ, præciperentq; illi in nomine domini, quòd dimitteret populum Iſraëliticum ad ſacrifi- Exodi. 5
candum deo in deſerto: reſpondit eis Pharao. Quare Moyſes & Aaron ſolicitatis populum ab operibus ſuis? Ite ad onera veſtra. Quem locũ exponens gloſſa ordinaria: ait. Hodie quoq; ſi Moyſes & Aaron, id eſt prophetícus & ſacerdotalis ſermo: animam ſolicitet ad ſeruitutẽ dei, exire de ſeculo, renunciare omnibus quæ poſſidet, attendere legi & verbo dei: cõtinuo audies vnanimes & amicos Pharaonis dicẽtes. Videte quomodo ſeducuntur homines & peruertuntur adoleſcẽtes: ne laborent, ne militent, ne agant aliquid quod proſit. relictis rebus neceſſarijs: ineptias ſectãtur & ocium. Quid eſt ſeruire deo? laborare nolunt: & ocij occaſiones quærunt. Hæc erant tunc verba Pharaonis, hæc & nunc amici eius loquuntur: nec ſolum verbis ſed etiã verberibus perſequũtur. Flagellari iubet ſcribas Hebræorum: paleas non dari, opus exigi. Hæc paſſi ſunt patres: & nunc dei populus patitur. Hæc ibi. Ex quibus liquet, eos qui volunt religioſos omnes ſine diſcrimine & delectu ad opera manuum exercenda adigere: perſimiles eſſe Pharaoni & præpoſitis eius, qui afflixerunt populum Iſraël duriſſimis laboribus, ne vacare deo poſ-
8 ſent & ſacrificium in deſerto offerre. ¶ Octaua. Non ſunt facienda minora bona: quæ maioribus atq; potioribus ſunt impedimẽto. quoniam meliora, ſunt minus bonis operibus recto iure præferenda. Atqui opera manualia quæ ad victum corporis comparandũ exercentur: plærũq; obſtaculo ſunt ſpiritualibus operibus faciẽdis, quibus tamen longe ſunt inferiora. Nempe cum occurreret legitima occaſio faciendæ per religioſum prædicationis, audiendæ confeſſionis, aut viſitationis infirmorum, aut alterius cuiuſpiam operis ſpiritualis: non poſſet ille id proximo indigenti impendere miniſteriũ ſalutare, quoniam detineretur occupatus opere ſuo manuali: quo victum ſibi acquirat, alioqui non manducaturus. Quinimmo ſi præpoſitus monaſterij aliquod opus ad ſpiritũ pertinens cuiq; ſuorum religioſorum manibus laborãti agendum iniungeret: obtenderet ille excuſationẽ pro rei qualitate legitimam, cauſaretúrq; ſe occupatum neceſſario manuũ labore: quem intermittere non poſſet.

Alioqui opus illud non expleret:quo victum compararet. Sed vbi tunc in monasteriis obedientia & opera spiritualia: locũ haberent? ¶Nona. 9
Augustinus Beatus Augustinus in libro de opere monachorum,eximit occupatos
Ephe.4 quatuor generibus operum spiritualiũ,à regula illa apostolica:quæ ma
1.Thessa.4 nuum laborem exercendũ decernit. Si euangelistæ(inquit)sunt:id est diuini verbi annunciatores ad populum. Si ministri altaris: diuina domino cantica personantes & ministrantes altari. Si dispensatores sacramentorum:illa administrãtes alijs, potissimum eucharistiæ sacramentum & pœnitentiæ. Si denicp aliquid habebãt in seculo,quo facile sine opificio sustentarẽt hanc vitam:quòd conuersi ad deum,indigentibus dispartiti sunt. Hi nancp postremi(inquit)quia pauperes sustentauerũt:de eleemosynis etiam pauperũ sustentari debent. & quia alijs necessaria erogarũt: iure ab alijs,quæ sibi sunt necessaria accipiunt. Non igitur hi,quamuis religionem sint monasticã professi: obligantur ad opera manuum exercenda. ¶Decima. Reges & principes,præfecti militiæ,iudices & magi- 10
stratus vrbium, & in vniuersum qui intenti sunt operibus ciuilibus ad moderationem populi & administrationẽ iustitię:ad opera,manuũ ministerio faciunda non obstringuntur. quoniã eorum officium:in totius cõmunitatis cedit vtilitatem. Neq etiam milites, armis defensantes pa-
Lucæ.3 triam:ad opera manuum obligantur,sed suis contenti stipendijs viuere debent. Ergo cõsimili ratione & religiosi intenti spiritualibus operibus: prædicationi, orationi, sacræ lectioni, veritatis defensioni, & cæteris id genus,redundantibus in salutem & profectum animarum totius populi:etiam non astringũtur præcepto apostolico ad opera manualia, quod hic nostrum est propositũ. Ampliorem vero eiusdem materiæ discussionem qui expetiuerit:euoluat opusculum sancti Bonauẽturæ de paupertate CHRISTI,& præsertim postremã eius partem: hæc omnia latius prosequentem. ¶Hoc igitur iacto fundamento,firmitérq stabilito:pa- 11
làm est omnibus, q̃ iniuste & inique debacchetur Lutherus in religiosos omnes:cum eos in præsenti obiectione circa principium præcedentis capitis explicata,vocat ociosos.qui in exercitijs spiritualibus:officio scilicet ecclesiastico decantãdo,contemplatione,oratione,& sancto scripturarum studio, interdum etiam & verbi diuini prædicatione: sunt occupatissimi. Cum etiam oblatrat eosdem ab alijs accipere beneficia:& nulla suis benefactoribus munera rependere. qui plane cumulatiorem & ampliorem illis referunt gratiam q̃ acceperunt:retribuentes pro corporalibus bonis spiritualia,orationes assiduas,oblationes sacrosanctæ eucharistiæ, & alia pia opera:animabus suorum benefactorũ summopere conferentia. Cum denicp eosdem calumniatur aliorum deuorare substãtiam: in detrimentum vere pauperum,nullisq; quàm sibi ipsis benefacere.qui ex donationibus piorum principum sibi designatis, & proprijs suarum domorum prouentibus:debitum sibi victum legitime accipiũt,

nihil alienum vendicantes.aut ex pijs aliorum eleemosynis ob rationabilem causam acceptis:vitam sustentant.quotidianáscp ex ijs quæ supersunt fragmentis eleemosynas: alijs pauperibus erogare nunquam desistunt.& præter huiusmodi reliquias:maiores etiam eleemosynas,secundum suam facultatem & constitutionem regulæ, solent distribuere. Verum hæc obtrectatoria amarulentácp mentis insanæ verba, in postrema obiectione expressa: ob maledicentiam oblatrandiq; rabiem, pene indigna sunt quæ refellantur. vsqueadeo à veritate distorta conspiciuntur: absurdácp & improba.

¶Votum castitatis neq rationi rectæ repugnare: neq eius persolutionem cuiquam reddi impossibilem. Cap.XXIIII.

1 DEcima tertia Lutheri obiectio. Vota monastica,rectæ rationi contranituntur: & in primis votum castitatis. quandoquidem recta decernit ratio, si quicq̃ impossibile nobis factũ fuerit:nos amplius ad illud non astringi. Quare quoduis votum,quantumcunq rectum & pium fuerit:si nõ possit à nobis impleri,desinit esse votum. Exempli gratia.si quis vouerit se iturum ad sanctum Iacobum:& inopia pressus aut graui affectus morbo,carcereve detentus aut morte correptus,non possit illud exequi:est absolutus coram deo,quamuis votum non compleat. Sed in religioso qui voto castitatis se astrinxit,infirmitas carnis potest esse tanta:vt nec ieiunijs nec orationibus,nec exercitio domari possit.Is igitur impune votum castitatis,quod implere non valet,soluere poterit: & ad coniugalem statum se conferre. Quinimmo cum tale coram deo votum ædidit: id sub conditione debuit interpretari,se scilicet seruaturum cælibatum:si modo senserit illum sibi possibilem,& quandiu potuerit integre illum conseruare. Hæc Lutherus ait.

2 ¶Responsio. Nunq̃ id tribuendum:aliquod votorum monasticorũ rectitudini rationis & recto mentis iudicio repugnare,neq vllum eorum trium præcipuorum votorum nobis vnq̃ reddi impossibile. Admittendum est autem: ad impossibile neminem aut lege diuina aut voto obligari.cum votum duntaxat de ijs fieri possit:quæ à nobis expleri queũt. Proinde cum quippiam factum est nobis impossibile,quamuis antè voto promissum,pro eo impossibilitatis articulo nequaquã obstringimur ad illius impletionem: sed tantũmodo ad curandam illius voti in aliud opus bonũ cõmutationem,per eos qui authoritate pollent illius faciendæ cõmutationis, ecclesiasticos præsules: & ad operis illius in quod facta est voti cõmutatio,executionẽ. At vero omnino negandũ est: votum castitatis nobis impossibile fieri posse,fatendúmcp ingenue, nunq̃ infirmitatem carnis tantum posse succrescere: vt quantãcunq adhibuerimus diligentiã illi reluctandi,cogamur tamen ei demum succumbere,& tandem sæuæ libidini manus dare victas. Nempe si quis ad implorandam

Quid faciendum: cũ votũ expleri nõ potest.

Sapien.8 opem diuinam ſtudioſe confugiat:quòd non poſſit homo eſſe continens niſi deus dederit. ſi etiã ſibi ipſi non deſit:arma ſpiritualia ad tutamen caſtitatis,ſobrietatem,abſtinẽtiam,exercitium laboris,deuitationem occaſionum libidinis, & reliqua id genus munimenta aſſumens: tandem laſciuiam carnis adiutore deo deuincet, & caſtitatis aſſequetur coronã

1.Corin.10 atque brauium. Fidelis enim eſt deus(inquit Apoſtolus)qui non patietur vos tentari ſupra id quod poteſtis : ſed faciet etiam cum tentatione prouentum, vt poſſitis ſuſtinere. ¶Fateor equidem non debere quempiam præcipitanter & inconſulte proſilire ad faciendum deo votum caſtitatis:ſed prius propriæ conditionis & diſpoſitionis facere periculum, atq; apud ſe explorare naturæ ſuæ qualitatem & habitudinem: an poſſit tale perferre iugum. Quod vbi compertum habuerit, ſe opitulante deo poſſe continentiam ſeruare incontaminatam:tunc in confidentia diuini auxilij emittere poterit votum perpetuæ caſtitatis,& ſatagere ad illud illabefacte exoluendum.quod tandem ſupernæ gratiæ præſidio: feMarc.10 liciter explebit. Quæ enim homini ſunt impoſſibilia ex ſeipſo: reddun-
2.Corin.3 tur eidem ex deo poſſibilia.neq; ſumus ſufficientes ex nobis ad tam arduam virtutem capeſſendam:ſed ſufficientia noſtra ex deo eſt. Neq; putauerim vllam dari poſſe tãtam in aliquo carnis infirmitatem atq; propenſionem ad lapſum : quæ non poſſit ſuffragante diuina gratia his ſex

Caſſiodo- adminiculis edomari,enumeratis à Caſſiodoro ſuper Matthæũ.ſobrierus. tate ſcilicet, operatione quæ deuitet ocium, aſperitate cultus,inhibitione ſenſuũ,raritate ſermonis cum honeſtate,euitatione deniq; oportunitatis & perſonæ & loci & temporis.necnon & aliis ſpiritualibus antidotis atq; remediis: quæ ſancti patres abunde literarum monumentis tra-

Thomas Vvalden. diderũt. Porrò eximius pater & eruditione inſignis Thomas Vvalden, ſæpenumero ſupra citatus,in capite ſexageſimo ſeptimo ſui operis prę-
, clari de ſacramentalibus:egregie confutat excuſationes in peccatis eorũ, qui poſt factum continentiæ votum dicunt ſe non poſſe continere propter infirmitatem carnis. luculenter oſtẽdens authoritate Chryſoſtomi & Auguſtini:eos etiam omnes id poſſe cum dei adiutorio,dũmodo velint. ¶Quòd autem deinde in hac obiectione proponit Lutherus, votum caſtitatis à religioſo fieri debere ſub hac conditione:dũmodo à vouente ſeruari poſſit,& quãdiu percipiet vouens ipſam caſtitatẽ ſibi eſſe poſſibilem:omnino deridiculũ eſt. Præberet enim ea vouẽdi ratio ac modus anſam cuiq; reſiliendi à voto caſtitatis iam facto: quando libitum ſibi foret. quòd cauſaretur ſe continentiã amplius ſeruare non poſſe: ob carnis infirmitatem. Et ita magna aperiretur feneſtra,qua quis ſibi ipſi indulgens , à cælibatu tranſiret ad nuptias & à religione ad ſeculum, quod totũ ſtatum monaſticũ ſummopere dedecoraret. ¶Decimaquar- 4
, ta obiectio. Inter ipſa monaſtica ſtatuta, ea eſt affinitas atque cognatio,
, vt ſi de vno illorum poſſit pater monaſticus diſpenſare: æquo iure idem

, poſſit de omnibus. & ſi vnum aſſignetur de quo diſpenſare non valeat:
, æquali omnino ratione de nullo ſtatutorum diſpenſare queat. Atqui de
, horis canonicis in eccleſia concinendis,de abſtinentia carnium,obſerua-
, tione ieiuniorum, delatione cilicij & cæteris id genus,poteſt ſupremus
, monaſterij rector cum religioſo valitudinario aut graui ſenectute preſ-
, ſo diſpenſare,relaxaréq; rigorẽ iſtarum auſteritatum circa illum,ob cau
, ſam rationabilem. Igitur cõſimili iure ſi quem fratrum ſuorũ viderit pa
, ter monaſterij agitatum procellis libidinum: poterit eundem relaxare à
, voto caſtitatis,ducendæ'que vxoris facultatem illi indulgere. Et ita non
, erit votum caſtitatis in illo perpetuum:ſed commutabitur in caſtitatem
5 cõiugalem. Hæc Lutherus. ¶Reſponſio. Non eſt admittendum:quod in hac obiectione primo aſſumitur loco. Nam inter ea quæ ad monaſticam ſpectant inſtitutionem : quædam ſunt eſſentialia. vtpote tria vota præcipua,in quibus totius religionis ſumma conſiſtit:quæq; apud omnes ſine diſcrimine religionum monaſticarũ ſpecies, vniformiter æduntur & obſeruantur. Et in nullo horum trium,diſpenſatio ſuperioris habere poteſt locum: cum dicat Innocentius tertius in epiſtolis decretalibus,titulo de ſtatu monachorum,cap.cum ad monaſterium. Nec æſtimet abbas : quòd ſuper habenda proprietate poſſit cum aliquo monacho diſpenſare. quia abdicatio proprietatis,ſicut & cuſtodia caſtitatis, adeo eſt annexa regulæ monachali : vt contra eam nec ſummus pontifex poſſit licentiam indulgere. Hæc Innocentius. Si igitur non poteſt monacho ſummus pontifex relaxare votum continentiæ, neque facere eidem poteſtatem ducendi vxorem : quomodo id poterit abbas monaſterij,cuius longe eſt inferior poteſtas? Alia vero ſunt in conſtitutionibus monaſticis accidentaria,& quæ non cadunt ſub voto: conducentia quidem ad trium votorum obſeruantiam,ſed in diuerſis domibus religioſis alia atque alia. Qualia ſunt:modus & qualitas veſtium,genera ciborum,ieiuniorum obſeruationes,ritus ac cærimoniæ:apud diuerſos variæ. Et hæc quoniam non ad ipſam religionis pertinent ſubſtantiam ſed proprietates accidentarias: non adeo exacte ſunt in ſua integritate tenenda, quin pater monaſterij occurrente morbo aliáve legitima cauſa poſſit ſuper illis cum religioſo diſpenſare. quoniam in manu eius eſt relicta poteſtas relaxandi talia ſtatuta alicui particulatim , de quibus non fiunt vota: quando viderit oportunitatem illud efflagitantẽ. Quocirca ex eo quòd permittit abbas cuiquam ſuorum religioſorum eſum carnium,vbi recta id expoſcit ratio,præter regulæ decretum:nequaquã probe conficias,ipſum etiam poſſe eidem dare facultatem ſubeundi fœdera nuptialia,& allígandi ſe vxori. Huic accedit,quòd nunq; in aliquo religioſo poteſt dari tãta libidinum procella:quin illa poſſit ſedari alio remedio quàm nuptiarum contractu,vtpote diuini auxilij imploratione,de quo ait Paulus. Omnia poſſum in eo:qui me confortat. Philip.4

Innocẽtius tertius.

¶Quòd non potest votum castitatis ob difficultatẽ cælibatus in coniugium commutari: quòd etiam deus nihil nobis præcepit factu impossibile. Cap. XXV.

Roma. 7 DEcimaquinta Lutheri obiectio. Beatus Paulus in septimo epistolæ ad Romanos capite confitetur peccatũ in carne sua tale: quo carere nõ possit in hac vita, quod peccatũ absq; dubio contra legem dei est: sed propter fidem in spiritu repugnantem ignoscitur & nõ imputatur, quanq; lex exigat, in nobis nullum esse peccatum. Ex quo beati Pauli dicto ita deducitur ratiocinatio. Deus in sua lege à seipso posita indulget & ignoscit impossibile legis, quod reliquum est in nobis: vbi nullum est periculum, licet sit verissime peccatũ. Quanto magis præsumendum est cũ fiducia de bonitate dei: quòd non sit imputaturus votũ castitatis (quod ipse non mandauit, inquit, neq; consuluit neq; probauit: sed humana temeritate & ignorantia subintrauit) si fuerit impossibile nobis & periculũ vrgeat libidinis: modo intra limites inferioris castitatis cõiugij maneamus, & non secundũ carnem ambulemus. Et credo (inquit) si quis hac fiducia vxorem duceret, castitatem votiuã seruare non potens: ex hac ipsa fiducia promouente, indulgẽtem & facilem patrem inueniret, cum hoc faceret: ne grauius in legẽ eius peccaret. Hæc Lutherus. ¶Responsio. In loco ex epistola ad Romanos citato, beatus Paulus cum de peccato quod in carne est & quo carere nõ possit homo, loquitur: nomine peccati fomitem intelligit, propẽsionémq; ad malum, ex natura corrupta nobis insitam. Quam frenare quidem potest homo & reprimere per adiutricem dei gratiam & diligens studium: ne dominetur & inualescat in spiritum. omnino autem eradicare & extirpare eandem: quamdiu hic vitam agit, vix bene potest. Huiusmodi autem fomitem & procliuitatem ad vitia: peccatum vocat sacer Paulus, ab effectu. quia ipsa multorum peccatorũ est causa, seminarium & incitamentum. Haud tamen idcirco tribuendum est cuiquam: quòd tale malorũ fomentum siue natiua inclinatio ad peccatum, sit malum culpæ, & peccatum diuinæ legi contrarium. Quoniam infantibus lauacro baptismi ablutis inest fomes ille carnis, immo & adultis in CHRISTO primum regeneratis: in quibus tamen nulla reliqua est culpa. quandoquidem in eis: omnis noxa per baptismum est abstersa. Quin potius huiusmodi stimulus carnis, materiam exercendæ præbet virtutis: quando eius contra spiritum insultus & effrenis motio reprimitur. Quocirca abnegandum est, deum ignoscere alicui nostro peccato: quod impossibile sit à nobis euitari, & aliquod tale non imputari nobis à deo. Tum quia huiusmodi ad malum stimulus natura insitus, non est malũ culpę nec proprie peccatũ: q̃uis sine illo esse non possimus. Tum quia quodcunq; dederis peccatũ proprie dictũ & malum culpæ, quod deus & lex eius præcipit

Fomitem peccati, nõ esse peccatum.

nobis abesse: idipsum potest à nobis adiuuante dei gratia vitari, & sine
3 illo vitam agere possumus. ¶Alioqui obligaret nos deus ad aliquid nobis impossibile: quod nõ solum absurdũ, sed & impium est sentire. q̃uis in huius obiectionis cõtextu subindicet Lutherus idipsum: deũ scilicet nos ad aliquid obstrinxisse, quod nequaq̃ fieri possit à nobis. Siquidem illud, huic Hieronymianæ aduersatur sententiæ. Qui dicit deum nobis Hieronymus.
4 impossibile aliquid præcepisse: anathema sit. ¶Repugnat & idem scripturæ sacræ: attestanti mandata dei grauia non esse, & iugum CHRISTI in fide atq; præceptorum eius obseruatione constans: suaue esse, & 1. Ioannis. 5
onus eius leue. Si autem ea quæ fieri à nobis non possunt, præcepisset Matth. 11
deus: non modo graue, sed & intolerabile & importabile esset eius man-
5 datum. ¶Rectæ itidem rationi & illud refragatur: alicui tale dari præceptum adiecta cõminatione grauis pœnæ ob transgressionem, quod ta-
6 men ille nulla ratione posset exequi. ¶Et crudelis merito censeretur dominus ille, minimé q; iustus, qui seruo suo daret aliquod mandatum, cuius transgressionem constitueret graui mulctandam pœna: quod tamen ab illo seruo nec suis nec auxiliaribus viribus posset impleri. Quid ergo de domino deo nostro sentire debemus, qui suauis est & mitis, & Psal. 85
multæ misericordiæ omnibus inuocantibus se? qui etiam dulciter omnes inuitat ad se: dicens. Venite ad me omnes qui laboratis & onerati Matth. 11
estis: & ego reficiam vos. Nunquid eum tanta esse dicemus austeritate, & adeo imperiosum: vt aliquod humeris nostris præcepti iugũ iniiciat, quod nequaq̃ à nobis ferri possit & sustineri? Absit à piis Christianorum animis tanta impietas. ¶Rursum, de ijs quæ sita non sunt in po-
7 testate nostra, nec laudem meremur nec vituperium: quoniam voluntaria non sunt. Commendatio autem & probrum, ea sola consequuntur: quæ spontanea sunt & vltronea. Atqui si aliquod nobis à deo traditum esset præceptum, quod à nobis fieri non posset: opus illius præcepti nõ esset collocatum in nostra potestate, quoniam per hypothesin esset nobis impossibile. Igitur ob illius præcepti præuaricationem, non esset quispiam vituperandus: immo nec illa mandati diuini violatio, posset cuiq̃ ad culpam imputari. Cuius igitur generis & modi esset tale præceptum: cuius transgressori nec culpa posset impingi, nec pœna à deo iu-
8 ste irrogari? Certe illud, extra aleam & sortem foret aliorum præceptorum. ¶Præterea. Beatus Augustinus in libro de vera religione dicit. Augustinus.
Vsquedeo peccatum, voluntarium malum est: vt nullo modo sit peccatum, si non sit voluntarium. Ex quo protinus subinfert. Quare aut negandum est, peccatũ cõmitti: aut fatendũ est, voluntate cõmitti. Hęc ibi. Diuini autem præcepti transgressio quælibet: peccatũ est. est igitur omnis illa: volũtaria, & sponte nostra facta. Atqui si quid deus nobis præceperit quod impossibile sit omnino adimpleri: illius trãsgressio non erit arbitraria nec voluntaria, sed necessaria. cũ per hypothesin, nullo nostro

conatu,etiam assistente dei adiutorio:à nobis implerí queat. Aut ígitur illud:dei præceptũ non erit,quod repugnat posito.aut non omnis diuini præcepti transgressio:erit peccatum,quod omniũ sanctorum patrum aduersatur sententiæ. ¶Ad hæc. Obseruatio mandatorum dei ducit ad 9
Matth.19 regnum cælorum: secundum illud domini verbum in euangelio. Si vis ad vitam ingredí:serua mandata. Ex opposito ígitur:præuaricatio mandatorum dei detrudit ad gehennam. At vero síquod detur diuinũ præceptum quod ab hominibus fieri non queat: illius transgressio peccatũ non erit,vt modo ostensum est,eo ipso quòd ex voluntatis libertate non proficiscetur:sed ex necessitate. Quare nulla erit illí,secundum rectam æquitatis lancem:inflígenda pœna. Et ita diuini mandati præuaricatoríbus non poterit iuste irrogari gehenna: quod est propositionis modo
Aristoteles ostensæ oppositum. ¶Insuper Aristoteles in Ethicis dilucide mõstrat, 10
virtutum officia,sicut & opera vitiorum:esse collocata in nostra potestate. quòd ea sí volumus, facímus: & sí nolumus, non facímus. Et idcírco recte colligit:nos sponte nostra aut probos fieri,aut improbos. Potiori ígitur ratione,& ea opera quibus salutem consequamur æternam, aut demergamur in extremam miseriam: etiam in nostra sunt facultate collocata,suppositó semper in bonis operibus benígno dei adiutoriò,cum hæc ipsa:longe maioris sint momenti. Atqui sí detur alíquod dei præceptum, cuius executio nostris viribus vnà cum diuini auxilij cõcursu sit impossibilis: illius opus non erit situm in nostra potestate, neque etiam eiusdem mandati transgressio,in nostro arbitrio erit constituta. quandoquidem ad eam necessario adígemur,& omittere idipsum compellemur præceptũ:quod nullo molímine explere vnq̃ possemus. Quomodo ígitur tale mandatũ:illius obseruatores perducet ad vitã: aut salutẽ nobis operabitur? Erit ígitur illud: õnino ociosum,irrítũ,& nequicq̃ homínibus à deo datũ. quod diuinæ sapientiæ disponẽti omnia suauiter:haudquaq̃ est ascríbendũ. ¶Amplius. Præceptum,cum ab hominibus tum 11
à deo cuiquam datur:vt is qui id accepit,illud obseruet,operéque compleat. Alióqui frustra traditur præceptum:sí non velit præcipiens,vt illud fiat ab eo cui ímponitur exequẽdum. Deus autem nichil in vanum & frustra aut citra rationem operatur: cum sit ipse ímmensum sapientiæ pelagus. Quod autem impossibile est nobis: nullo ingenio aut conamine fieri potest aut expleri,atque in opus deduci. Repugnant ígitur hæc duo & omnino inter se dissident,aliquod esse dei præceptum:& illud nobis esse impossibile. Itaque Lutherus admittens aliquod dei præceptum posse dari,quod sit impossibile nobis:manifestam in illa oratione complicat & claudit contradictionem,simulq; pugnantía adinuicem profert,quæ pariter cohęrere minime possunt. ¶Deniq; secundum Ec- 12
Eccl.15 clesiastici sententiam, deus ab initio constituit hominem: & reliquit illum in manu consilij sui. Adiecit mandata, & præcepta sua. Si volueris

mandata conseruare:conseruabunt te, & in perpetuum fídem placitam seruare. Apposuit tibi aquam & ignem: ad quod volueris,porrige manum tuam. Ante hominẽ vita & mors: bonum & malum.quod placuerit ei: dabitur illi. Ex quibus verbis perspicuũ est,id in nostra potestate atq; arbitrío constitutũ esse: quòd mandata dei etiã omnia obseruemus, aut quòd ea præuaricemur. Qz sí aliquod daretur dei præceptũ,nobis factu impossibile:quanã ratione illud conseruare possemus,vt & nos cõ seruaret? quo ítidem pacto manum nostrã, virtutémq; operatrícem ad illud extenderemus: quod nostras vires penitus exuperaret? Non esset ígitur illud,de numero præceptorum dei:neq; ita denomínari deberet.
13 ¶Sed inclamat & obstrepit Lutherus hisce nostrís dictís,quibus astruímus deũ nichil impossibile nobis præcepísse:huncq; obiectat cauíllum: non quidẽ in hoc loco,sed in alio quodã opere suo de decem præceptís.
» qui tamen huic loco,vt dissoluatur:non est incõgruus. Pręcepit(inquit)
» deus:ne cõcupíscamus rem proximí nostrí, nec alienã vxorem. Neutrũ Exodí.20
» autem illorum:potest à nobis implerí. cũ síne concupíscentia bonorũ externorũ,itidẽ & carnis concupíscentia:non possit trãsígi hæc vita mortalis. & vtraq; sit íntimis humani cordis penetralibus inlíta:nec omnino diuelli à viro quantũuis perfecto queat. Præcepit ígitur nobis alíquid de-
14 us:quod nequaq̃ valeat à quopiã perfici & compleri. ¶Verũ adhibẽda illi est responsio,aliquã esse rerũ externarũ & carnis concupíscentiã:quę rationẽ præuenit,repentéq; obrepit & suggerítur etiã nobis inuitis. Et hæc ex nostræ fragilitatis cõditione oboriens,nequaq̃ est peccatũ:& primæ earum rerũ motiones non sint in potestate nostra constitutæ. Et impossibile quidem est illã prorsus auellere à nobis,sed nõ prohibetur huiusmodi concupíscentia duobus postremís dei præceptís: & non habeat rationẽ iníquitatis & malitiæ, sed pugnæ & certaminis cõtra mundũ & carnẽ materiã subminístrat. Alia vero est concupíscẽtia rationẽ sequens: & cum cõsensu in opus exterius,vbi daretur oportunitas. Et hæc ex electione animi proficíscitur atq; pręmeditatione:necnon deliberatione. cũ sufficiens iam fuerit mora temporis:ad primã illam cupiditatem animo excutiendã. Non tamen ad hoc præstita est dilígentia:sed blandum malum sensim írrepens,altius egit animo radices. Huiusce autẽ generis cõ cupíscentia,peccati etiã letiferi habet reatũ: vltimísq; duobus præceptis diuínis prohibetur. sed cũ diuíno adiutorio vitari potest ab vnoquoq; operam dante sedulam,vt cum obrepit virus noxiæ cupiditatis: animo protinus eíjciatur,nec sínatur ímmorando validas sumere vires. Itaque hononymia,diuersaq; ratione cõcupíscentiæ,hic hallucinatus est Luthe rus:sicut & in obiectione pręsentis capitis deceptus est multiplícitate nominis peccati. quoniã Aristotelicã illam propositionẽ non satis dílígenter attendit:quæ perhíbet,multíplex indistínctum párere confusionem. ¶Cæterũ díruto euersoq; hoc fundamento Lutherano,quod in huius

capitis fronte collocauerat: quicquid deinceps superextruere nisus est, corruit simul & collabitur, votum scilicet castitatis deo solenniter exhibitum: coniugio mutari posse. Nam vt paulo ante etiam est dictū: nunq̄ tanta potest dari agitatio & vexatio libidinis, vt non possit tale votū integrum & incolume cum dei auxilio seruari in sua syncæritate. Fatendū etiam est ingenue, deum non mādasse, id est præcepisse votum castitatis: vt fiat à quopiam. mādauit tamen, vt iam factum integre seruetur: cum
Psal.75 ait per prophetam. Vouete & reddite. Falsum est autem, deum nec con
Matth.19 suluisse nec probasse votum castitatis: cum cōmendauerit eunuchos qui se castrant propter regnū dei. Demum erroneum est & impium sentire: votum castitatis humana temeritate & ignorantia subintrasse, quemadmodum prius abunde monstratum est.

¶ Debiti coniugalis vsum, non semper esse annexum peccato, vt vult Lutherus: sed ipsum plærunq̄ citra omnem culpæ labem fieri posse. Cap. XXVI.

1 DEcima sexta Lutheri obiectio. Debitum coniugale, te
Psal.50 ste propheta psalmo quinquagesimo, semper est peccatum. Ait nanq̄. Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum: & in peccatis concepit me mater mea. Nihil item ipsum differt à fornicatione & adulterio: quantū ad ardorem libidinis & fœdæ voluptatis. Et tamen illud nō imputat deus coniugibus, non alia causa nisi sua misericordia: quòd sit impossibile, tale peccatū vitari à coniunctis matrimonio, cum tamen eo carere teneātur. Cur igitur & cælibi non potēti seruare promissam deo continentiā & alioqui peccaturo: non pręsumeretur deus impossibile illud relaxare, & coniugiū irrito voto permittere? aut si tale coniugiū, cū peccato voti soluti fiat: ceu debitū coniugale benigniter indulgere? Hæc Lutherus. ¶ Responsio. Nullo pacto tribuendū est & admittendū ob 2
iectanti, quod hic in principio assumitur: vtpote debitum coniugale semper esse peccatū. Nam quando ipsum ordinatur præcipue ad procreandam prolem, in qua honoretur deus & glorificetur: quis tunc ausit dicere, ipsum esse peccatum? cum ad finem illum, fuerit matrimonium à deo
Gene.2 etiam in statu innocentiæ institutum, his inter cætera verbis. Crescite &
Gene.9 multiplicamini: & replete terram. Et ijsdem verbis, post exactū diluuiū: fuerit idem sacramentū à deo approbatū. Similiter cum huiusmodi debitum exigitur aut redditur ad euitandam in se aut consorte thori fornicationem & adulterium: non debet itidem censeri esse peccatum. cum post lapsum protoplastorum, & illa accesserit priori causa: quare institutum est fœdus coniugale, vt scilicet sit in remedium carnalis concupiscentiæ. Quam quidem causam non subticuit beatus Paulus: in prima
1.Corin.7 ad Corinthios epistola dicens. Propter fornicationem autem (subaudi: vitandam) vnusquisq̄ vir vxorem suam habeat: & vnaquæq̄ vxor suum

virum. Rursum cum debitum coniugale redditur alteri coniugum exigenti, seruatis rectæ rationis circunstantijs: quis nisi mentis inops dicere audeat, eam debiti redditionem intra legitimos matrimonij fines cōsistentem, esse peccatum? cum reddere cuiq̄ quod suum est, sit opus iustitiæ: & diuinus apostolus in supra dicto primę ad Corinthios epistolæ loco plane dicat. Vir nō habet potestatem sui corporis, sed mulier: & 1.Corin.7
mulier non habet potestatem sui corporis, sed vir. Neq̄ rationi est dissonum, vbi occurrit aliqua prędictarum trium causarū ad officium cōiugale: ipsum tunc exhiberi sine aliqua peccati labe. quoniam vnaquæq̄ earum ordinatur atq̄ refertur ad aliquod bonū matrimonij: vtpote ad fidem, prolem aut sacramentum. quod quidem bonū: reddit ipsum debitum omnino peccati immune. Non inficior tamen, vbi aliæ à supra dictis tribus causæ impellerent coniuges ad maritalem congressum: illum plærūq̄ non fieri sine peccato, quod pro conditione & qualitate circun-
3 stantiarū: nunc leuius sit, nunc grauius. ¶ Haudquaq̄ tamen admitten
dū censuerim: quod vniuersali enunciatione proponit Lutherus, nunq̄ actum coniugalē exerceri posse sine peccato. Siquis enim id dederit: fateatur necesse est deum aliquid præcepisse, quod tamen pręceptum non
potest sine peccato adimpleri. Siquidem præcepit deus primis parenti- Gene.1
bus adhuc in paradiso voluptatis diuersantibus: q̄ crescerent & multiplicarentur, & replerent terram. Et idem dedit præceptum ipsi Noe & Gene.9
filijs eius: postquā egressi sunt arca, quæ eos periculo diluuij exemerat. At non potest hominum multiplicatio fieri super terram secundum ordinatam dei legē: nisi per consortium coniugale eorum qui matrimonij vinculo sunt cōiuncti. Ergo si illud semper esset peccatū: non posset illud dei præceptum vnq̄ sine peccato perfici, quod est graue incommodum.
4 ¶ Præterea. Sacrarum literarum monumentis est traditum: deum interdū ætate prouectis coniugibus & infœcundis denūciasse futuræ prolis cōceptum & partum, ex singulari prærogatiua & munere. quemadmodum promisit deus Abraę filium Isaac: ex Sara vxore sua tum steri- Gene.18
li. Parentes etiam Samsonis: diuina benignitate acceperūt promissionē Iudicum.13
nascituręe sobolis. Sic & Helisęus propheta mulieri sunamitidi, hospitæ 4.Regū.4
suæ religiosæ: impetrauit à deo filium. Demū & sanctitate eximius Ioannes Baptista: parentibus suis optimis repromissus est & annūciatus, anteq̄ conceptus. Atqui non potuerunt huiusmodi filij, speciali dei pri- Lucæ.1
uilegio anteq̄ conciperētur promissi: in materno formari vtero & demū in lucem ædi, nisi intercedente commercio coniugali inter ipsos parētes, quibus erat ante facta huiusmodi promissio. Ergo si illud erat peccatū, vt sentit Lutherus: non potuisset illa diuina pollicitatio in ipsis complerí sine amborum parentum peccato, quod certe & absurdum est & im-
5 pium. ¶ Rursum. Quid aliud est asserere, actū coniugalem semper esse peccatū: q̄ dānare nuptias cum Taciano, Eraclio & alijs hæreticis, qui

prohibuerunt nubere, dicentes omnem coniugũ concubitũ esse illicitũ. Si enim idipsum, sine quo ad procreationem prolis nõ sunt consummatæ nuptiæ secundum consuetam naturæ legem, vtpote officiũ coniugale, non potest citra peccatum vnq̃ præstari: nonne protinus consequens est, & nuptias esse illicitas & dãnandas? At ea hæresis execranda iam olim est explosa: q̃ scripturæ & veteris & noui testamẽti manifeste sit aduersa, & sancto matrimonij sacramento (quod magnũ esse testatur Paulus) iniuria. quinimmo & à diuino apostolo ad Timotheũ scribente: eadẽ est damnata. Ergo & hæc assertio Lutherana contendens debitum coniugale semper esse peccatum, affinis & cognata prædictæ hæresi: etiam est eliminanda & explodenda. ¶ Insuper, beatus Paulus ad Timotheum 6
scribens: de muliere nupta ait. Saluabitur autem per filiorũ generationem: si permanserit in fide & dilectione, & sanctificatione cũ sobrietate. Et paulo post in eadẽ epistola subiungit: de viduis adolescẽtioribus loquẽs. Volo autem iuniores nubere, filios procreare, matresfamilias esse: nullam occasionem dare aduersario, maledicti gratia. Liberorum autẽ generatio atq̃ procreatio: sine actu debiti coniugalis, secundum naturæ limites & ordinem fieri non potest. Ergo si ille semper esset peccatum, vt hic contendit Lutherus: per opus peccati promoueretur mulier ad salutem æternam. & apostolus volens viduas adhuc integra & florente ætate, liberos sustollere: id sane vellet, quod sine peccato nunq̃ fieri posset. Vtrũq̃ autem horum: graue est incõmodum. ¶ Adde, q̃ idem ad Co- 7
rinthios scribens: ijs qui matrimonio sunt obligati inquit. Nolite fraudare inuicem: nisi forte ex consensu ad tempus, vt vacetis orationi. & iterum reuertimini in idipsum: ne tentet vos satanas propter incontinentiã vestram. Quibus plane verbis insinuat: cõiuges non debere sibi mutuo denegare debiti coniugalis officium. quod vbi ad tempus interdum intermiserint, vt syncerius orationi insistant: rursum ad idem prestandum redeant, ne suggerẽte satana incidant in tentationem & lapsum fornicationis. Itaq̃ hoc in loco designat apostolus: ad euitãdam in coniugibus fornicationem, actum connubialem ab ipsis citra noxam exerceri posse. Quomodo igitur ille semper est peccatũ: vt hic astruit Lutherus? ¶ Ad 8
hęc. Ad Hebręos idem scribens ait. Honorabile connubiũ in omnibus: & thorus immaculatus. At si officium nuptiale semper esset annexum peccato: non dicendum esset honorabile connubium, sed despicabile & detestandum. Quomodo enim honorabile posset haberi: quod sine peccati labe nunq̃ exerceretur, & cuius opus semper fugiẽdum foret? Non etiam tunc genitalis thorus & nuptialis, esset immaculatus, vt eum vocat apostolus: sed atra peccati macula sordidatus. Indicat igitur his verbis apostolus: actum matrimonialem non semper esse coniunctum peccato, quod hic potissimum astruere annitimur. ¶ Ad quod amplius as- 9
seuerandum & efficacius: plurimum etiam confert grauissima authoris

Ephe. 5

1. Timo. 4

2. Timo. 2

2. Timo. 5

1. Corin. 7

Hebræ. 13

tas beati patris Augustini, dicẽtis in libro de ecclesiasticis dogmatibus. Augustinus
Bonæ sunt nuptiæ: sed causa filiorum, & compescẽdæ fornicationis obtẽtu. Vbi duas assignat causas paulo ante positas: propter quas nuptiarum opus & officium fieri potest citra reprehensionem, peccatiq̃ labem. procreationem scilicet sobolis: & deuitationem fornicationis. Quod etiã Idem
aperte testatur idem probatissimus author: in libro de bono coniugali, hanc astruens sententiam: quæ & adducitur in libro decretorum, tricesima secunda, quæstione secunda, cap. quicquid, his verbis. Debent sibi coniugati, non solum ipsius sexus sui cõmiscendi fidem, liberorum procreandorum causa: quæ prima est humani generis in ista mortalitate societas. verum etiam infirmitatis inuicem excipiendæ, ad illicitos concubitus euitandos: mutuam quodam modo seruitutẽ. vt etiam si alteri eorum continentia perpetua placeat: nisi ex alterius consensu fieri nõ possit. Hæc ille. Atqui debita seruitus sibi mutuo præstanda inter coniuges: nunquid peccati labem habet annexam, vt non possint quod debitum est inuicem sibi exhibere, citra culpæ reatum? Idem quoq̃ in deci- Idem
mi quarti libri de ciuitate dei, cap. decimo octauo, inquit. Quid cõcubitus coniugalis: qui secundum matrimonialiũ præscripta tabularũ, procreandorum fit causa liberorum? Nónne & ipse, quanq̃ sit licitus & honestus: remotum ab arbitris cubile conquirit? Hæc ille. Quibus verbis aperte sentit, cõiugalem concubitũ qui fit procreandorum causa liberorum: esse licitum & honestum, quod & plurimi alij graues authores (à quorum sententijs adducendis: consulto nunc supersedeo) etiã testantur.
10 ¶ Neq̃ illius oppositum efficaciter conficiunt geminæ rationes Lutheranæ: in obiectione præsenti adductæ, quibus ostendere nititur omne officium coniugale semper esse peccatũ. Nempe in illo psalmi quinquagesimi versu. Ecce enim in iniquitatibus cõceptus sum: & in peccatis cõ- Psal. 50
cepit me mater mea. propheta non de suorum parentum iniquitatibus loquitur, neq̃ de suæ matris peccatis: sed de propris solũ iniquitatibus & peccatis, de labe scilicet originali: in qua more aliorum hominũ conceptus fuit. Quã etiam numero multitudinis iniquitates & peccata vocat: q̃ multorum peccatorum radix sit & origo, inde tanq̃ ex noxia & virulenta stirpe suboriẽtium. Perinde atq̃ vnica secundũ substantiam arboris radix: multifidos & varios ex se ramos progignit, multiplices etiã frondes, flores & fructus. Neq̃ idem censendum est iudicium de coniugali copula: sicut de fornicatione & adulterio, vt subindicat Lutherus: q̃is ipsa, in nõnullis vt in illecebrosa voluptate & ardore libidinis, conueniant. Quoniam in actu matrimoniali, hęc ipsa contingunt in ijs: qui adinuicem congrediuntur secundum præscriptam à deo legem, & constitutos fœderis nuptialis limites. Et ergo si nulla alia cõcurrit mala copulæ maritalis circunstantia, ea ipsa quæ dicta sunt nõ ingerunt maculam peccati: sed honestate matrimonij excusantur. non quidẽ à peccato

quod illis insit: sed quod adesset, si extra matrimonij limites illa contingerent. In fornicatione vero & adulterio, cæteris{que} inconcessæ veneris generibus, ardor libidinosus & obscœnę voluptates consurgunt in ijs: qui conueniunt contra diuinæ legis præscriptum, quiq; in sua congressione dei pręceptum pręuaricantur. Quæ quidem transgressio mãdati diuini, præcipua est causa: quare fornicatores & adulteri grauiter delinquunt.
1. Corin. 6 Quippe fornicator tollens membra dei, facit membra meretricis: & corpus suum (quod nõ fornicationi, sed deo debet esse addictũ) aufert quãtum ad vsum, deo: & fornicationi exponit. In adulterio vero præter hęc mala, frangitur & violatur fides data cõsorti thalami nuptialis: illiq; eo ipso grauis irrogatur iniuria. Et ita in cæteris vetitarum libidinũ generibus, aliquã est causam rationabilem & manifestam inuenire: propter quam ardores libidinum & impuræ carnis voluptates, peccato sunt inseparabiliter annexæ. quæ tamen causa: in maritali thoro nequaq̃ habet locum. Et ergo hic sine peccato sunt: quando ob causam legitimã coniuges conueniunt. illic vero: nunq̃ sine peccato adiũcto. Quocirca perperã in hac sua ratiocinatione colligit Lutherus, per consortij nuptialis actũ: votum castitatis deo factum citra noxam violari posse, & in coniugium cõmutari. ¶ Porrò hoc in loco veniam michi condonari velim: q̃ de hac maritalis officij materia nichil ad religiosos hoc vinculo absolutos attinente, tam late disseruerim. Verum id feci propemodum coactus ab aduersario, cui in hoc opere cõgredior: annitẽte in hoc cauillo circa prin
Hebræ. 13 cipium huius capitis proposito, ingerere eam labem tetram honorabilibus nuptijs thoroq; immaculato: q̃ semper habeat in congressu connubiali annexam peccati maculam. A qua quidem ignominia vt vindicarem tantum ecclesiæ sacramentum: pluribus ea de re differere profecto sum compulsus. Et factus sum (fateor) hoc in negocio insipiens: sed ipse Lutherus me coëgit. quem, occurrendo cauillis eius, me sequi oportuit: quò ratiocinatione sua meipsum pertraxit.

¶ Votum castitatis, ea de re fieri: quæ in nostra potestate est constituta, suffragante dei auxilio. Cap. XXVII.

Decima septima Lutheri obiectio. Prorsus rectæ ratio- 1
ni aduersum est, pariter & absurdum: id aliquem vouere deo, quod nullo modo in sua est collocatum potestate, sed omnino in alterius arbitrio constitutũ. Vt ineptus is haberetur: qui voueret deo se fore episcopum, apostolum, principem aut regem. cum sciat nichil horum esse in potestate sua vouẽtis: sed in alterius, vt vocãtis authoritate. At qui castitatem deo vouet: rem vouet quæ prorsus non est nec potest esse in manibus suis, cum sit solius dei donum: quod accipere, non offerre potest homo. Quod sane vouẽdi genus, etiam contra totius Mosaicæ legis est institutum. in quo iubet dominus vt qui vouet vel offert: de sua

substantia & de donis sibi benedicente domino datis, offerat. Castitatis autem votum fit de re nondum donata nobis, nec in nostra potestate sita: sed de eo tãtum, quod in manibus dei positum est. Irrationabile igitur est huiusmodi votum: nec minus ineptum, q̃ siquis voueat se stellas nouas formaturum, se saluum fore in regno cęlesti, aut futurum æqualem sanctitate beato Petro, vel se omnia Turcarũ regna vastaturũ, aut victurum annos Mathusalem. Repugnat igitur votũ castitatis: rectæ ra
2 tioni. Hęc Lutherus. ¶ Respõsio. Admissa propositione primo assumpta loco: abnegandum est quod deinceps subijcitur. Nam non solũ illa, in nostra dicuntur esse potestate: quæ nosipsi ex nobis & naturæ adminiculo (cõcurrente quidem dei auxilio generali: rebus omnibus naturales suas motiones semper administrãte) facere possumus. qualia sũt: ambulatio, statio, cursitatio, & cętera id genus, naturæ opera. sed & ea: quę virtute dei adiuuante infirmitatem nostram, & suam nobis elargiente gratiam, possumus assequi. q̃ illa adiutrix hominum dei gratia: omnibus eam petentibus, & quod in se est pro virili præstantibus, sit paratissima. Siquidem diuinum auxilium: nulli illud enixius postulãti denegatur vnq̃. Castitatis autem donum, etsi solis naturæ viribus obtineri non possit à nobis, quoniã teste Salomone non potest quis esse continens, ni- Sapien. 8
si deus det: diuino tamen adiutorio (quod postulantibus semper adest: neq; ijs refutatur qui toto corde illud implorant) potest ab hominibus acquiri, illabefactũq; seruari. Et ergo puritas illa & sanctimonia vitæ, recte dicitur esse in nostra potestate: q̃ suffragante diuina ope, eam possimus adipisci. Sane quemadmodũ beatus Iacobus dicit. Siquis vestrum Iacobi. 1
indiget sapientia: postulet à deo, qui dat omnibus affluenter & non improperat, & dabitur ei. Haud aliter vere pronũciauerimus. Si quis indiget castitate: postulet à deo & dabitur ei. cum etiam promiserit dominus. Amen amen dico vobis, siquid petieritis patrẽ in nomine meo: da- Ioan. 16
bit vobis. Petite & accipietis. Et alio in loco. Omnia quęcũq; orãtes pe- Marci. 11
titis: credite quia accipietis, & euenient vobis. Et rursum. Petite: & da- Lucæ. 11
3 bitur vobis. Omnis enim qui petit: accipit. ¶ Enimuero si sola ea dicerentur esse sita in nostra facultate, quæ ex nobis & virtute naturali præstare possumus: non esset impletio mandatorum dei, in nobis collocata. q̃ illa solis naturæ viribus innixi integre non possimus exequi: secundũ illud nostri saluatoris verbum. Sine me: nihil potestis facere. Similiter Ioan. 15
& ea quæ in baptismo promittũtur deo, vtpote fidei syncæritas, obediẽtia in deum, & abrenũciatio satanæ: non essent in nostra potestate collocata, q̃ ex nobis ipsis illa complere nõ possumus. Attamen nullus eam dãnat fidei professionem & promissionem: quæ fit in lauacri baptismalis susceptione ab ijs qui insigniũtur dei signaculo, q̃ illam diuino freti auxilio faciũt. Eadem igitur ratione neq; damnandũ est castitatis votũ: quod quis opitulante dei gratia confidit se illabefacte seruaturũ. Et in

eo quidem voto,id quod ſuum eſt:vouens offert deo.nam & corpus ſuũ & animam,à deo ſibi indulta:ad opera iuſtitiæ conſecrat,& dedicat diuino obſequio per immaculatã vitæ deinceps agendæ puritatem.Quæ ſane oblatio & corporis & animæ propriæ,ad dei miniſterium,tanto eſt ſacrificijs antiquæ legis præſtantior:quanto anima & corpus humanũ, ouibus & bobus ſunt perfectiora. Vnde non debuit Lutherus ex imperfectis illis veteris legis votis & hoſtijs nectere argumentũ:nos in hoc legis euangelicæ ſtatu nõ poſſe corpora noſtra exhibere deo hoſtiã ſanctam,viuentem & bene placentem,per votũ caſtitatis. ¶Quocirca,nulla eorum quæ præſens adducit obiectio,tanq̃ abſurda & ridicula vt voueantur:veram habent & aptam conformitatem cum voto caſtitatis.q̃ aut ex aliena pendeant voluntate q̃ vouentis:vt põtificalis apex aut regia dignitas,ex arbitratu eligentium aut conſtituentiũ vel ex hæreditaria ſucceſſione. Aut quoniã ſimpliciter naturæ creatæ vires tranſcendant:& ſoli competant deo immenſæ poteſtatis.vt nouarũ creatio ſtellarum:aut montium de vno loco in alium traductio. Aut quia ordinatã dei legem & conſuetam prætergrediantur:atq̃ ad ſalutem nihil faciant. vt vaſtatio totius Turcarum principatus per vnum hominẽ,aut ætatis prorogatio in mille annos,& talia id genus:quæ à Luthero in hoc caſu illo nequicq̃ afferuntur.Neminẽ certe latet, nihil horum eſſe aptũ voti ſubiectum atq̃ materiam:q̃ aut ſimpliciter impoſſibilia ſunt, aut ſaluti noſtrę minime conducentia.neq̃ quicq̃ eorum recte cõferri voto caſtitatis:quæ & nobis eſt poſſibilis,& plurimum facit ad ſalutem.Neq̃ etiam id impedimento eſt quo minus fiat continentiæ votum:quoniam illa(vt inquit Lutherus) ſolius dei eſt donũ,quod accipere non offerre poteſt homo.Quippe quęcunq̃ deo vouemus:haud dubie ab eo primũ habemus,vt largiſſimo bonorum omnium fonte, & à quo bona cuncta procedũt. Nihil autem deo,niſi quod bonũ eſt,vouere recte poſſumus: cum malum,minime ſit debita voti materia.Atteſtatur autem id ipſum quod nunc proponimus,beatus Auguſtinus:dicẽs in decimi ſeptimi libri de ciuitate dei,capite quarto.Non domino quiſq̃, quicq̃ ratũ voueret:niſi qui ab illo acciperet quod voueret.Porrò ea quæ dei accepimus dono:poſſumus deinde voto,ſicut & ſacrificio,eidem offerre. Et quod prius affectu pio ſyncęróq̃ corde deo eſt oblatum,vt continentia in primis annis adoleſcentiæ : poteſt eiuſdem munere & proprio ſtudio cum effectu eidem integre exhiberi. ¶Porrò circa hunc libri ſui de votis monaſticis inſcripti locũ : Lutherus tanq̃ alter Iouinianus iam rediuiuus, quantum poteſt extenuat & deprimit excellentiã virginitatis, eam contendens non modo æquari:ſed propemodũ poſthaberi debere nuptijs, cum ait.Caſtitas coniugalis Abraæ & Saræ:multorum virginitati preferetur.& Petri apoſtoli coniugium:abſq̃ dubio ſanctæ Agathæ virginitate ſuperius erit.Sed vnde nouit Lutherus hæc ipſa:quæ cum tanta

Auguſtinus

conſtãtia & aſſertione profert? Nũquid dei cõſiliarius fuit, aut accitus in conſiſtorium iudiciorũ eius : in quo caſtitas coniugalis Abraæ,diuinæ lancis libramine cum aliorum conferretur virginitate? Nunquid & tum affuit euocatus ad dinoſcendam dei ſententiam:cum beati Petri caſtitas coniugalis collata virginitati ſanctiſſimæ martyris Agathæ,inuẽta eſt in ſtatera diuinę equitatis plus habere & ſuperexcellere? Nũquid itẽ ſpiritus domini,illi intima reuelauit inſpiratione : quidnã deus ipſe in illis meritorũ diſcuſſionibus eſt definiturus? Cæterũ tametſi vtrunq̃ eorum quæ propoſuit Lutherus in verbis ſupra dictis,de collatione caſtitatis coniugalis ad virginitatem,admitteretur:propter excellentes aliquas & inſignes fortaſſe circunſtantias, in Abraæ & beati Petri coniugio(vt prætendit)repertas:haud tamen ex illo conficere queat: ſimpliciter coniugiũ eſſe melius virginitate,quod tamen colligere annititur.Nã q̃uis huius aut illius connubium,ob eminentiam aliquã ſingularem in eo relucentem,eſſe poſſet aut æquũ dignitate aut etiam præſtantius virginitate huius aut iſtius:ipſe tamen ſtatus coniugalis abſolute conſideratus,nunq̃ æquandus eſt,nedum præferendus ſtatui virginali:ob ſublimem huius ſuper illum ex ipſius rei qualitate preſtantiam & excellentiam.Nõ itaq̃ ad diſcernendum vnius ſtatus propoſiti ab altero etiam propoſito gradum & conditionem:perſonam vnam vnius ſtatus,ad alteram perſonam alterius conferre particulatim debemus.ſed generatim ac in vniuerſum,totum vnum ſtatum ad alterum etiam totum:ſine par-
6 ticularium conſideratione. ¶Sed & hic operæprecium eſt perſpicere : q̃ ſit prius dictorũ immemor Lutherus,& q̃ ægre antecedentia eius verba ſequẽtibus quadrent.In ſuperioribus enim locis caſtitatẽ connubialem vſqueadeo depreſſit & deiecit humi:vt cõtenderit ac aſtruxerit actũ coniugalem ſemper eſſe peccatũ.Nunc vero in tantam extollit ſublimitatem particularia quorũdam cõiugia:vt velit ea virginali puritati aliorum eſſe anteferenda. Quæ quidem duo eius placita, quomodo adinuicem cohæreant:ipſe viderit.

Quomodo ſtatus virginalis,nuptiali conferẽdus.

¶Non expedire religioſorum ſtatui:q̃ loco voti continentię foret eis impoſita caſtitas coniugalis. Cap.XXVIII.

1 Decima octaua Lutheri obiectio.Lõge magis conſultũ
, foret animarum ſaluti : ſi loco continentiæ monaſticæ
, fuiſſet religioſis impoſita caſtitas coniugalis:quam in
, matrimonio ſeruarent.Nunc autem cum ad perpetuũ
, aſtringũtur cælibatum:admodum rari ſunt qui illum
, integre ſeruant,ſed ſecretis libidinibus cum religioſis
, mulieribus & interdum cũ ſecularibus,omnia miſcentur ac polluũtur.
, Quibus quidem immũdicijs ipſi dant magnã occaſionẽ: propter ocioſi-
, tatem,ſaturitatẽ,opulẽtiam & delitias:quibus abũdant plęríq̃ religioſi in monaſterijs.vt eis omnino cõueniant ea verba Ezechielis.Hæc eſt Ezechie.16

iniquitas Sodomæ ſororis tuæ:ſuperbia,ſaturitas panis, & abundãtia
& ocium. Hæc Lutherus. ¶Reſpõſio. Nequaq̃ fuiſſet recte proſpectũ 2
religioſorum ſtatui & conditioni: ſi pro continẽtiæ perpetuæ voto fuiſ-
ſent alligati fœderi coniugali. Nam monaſticæ profeſſionis cultores ad
idipſum potiſſimum ordinantur & tendunt:vt laqueis huius ſeculi ex-
pediti,libere ſint in deum intenti. Conſortiũ autem cõnubiale, maxime
illos reddidiſſet vinculis mundi huius irretitos & implicatos: cum ſcri-
1.Corin.7. bat ſacer Paulus ad Corinthios. Qui ſine vxore eſt:ſolicitus eſt quæ do-
mini ſunt,quomodo placeat deo. Qui autem cum vxore eſt:ſolicitus eſt
quæ ſunt mundi, quomodo placeat vxori, & diuiſus eſt. Et mulier in-
nupta & virgo,cogitat quæ domini ſunt:vt ſit ſancta corpore & ſpiritu.
Quæ autem nupta eſt:cogitat quæ ſunt mundi,quomodo placeat viro.
Porrò hoc ad vtilitatem veſtram dico,non vt laqueum vobis inijciã:ſed
ad id quod honeſtum eſt,& quod facultatem præbeat ſine impedimen-
to dominum obſecrandi. Hæc Paulus. In quibus vtiq; verbis aperte te-
ſtatur:cælibatum & continentiam tam in viro q̃ muliere,magnam præ-
bere facultatem obſecrandi dominum ſine impedimento, totoq; mentis
Cõtinentiã nõ cõiugiũ: religioſis cõ ducere. affectu adhærẽdi deo. Tota autem religioſorum vita potiſſimum ordi-
natur ad obſecrationes aſſiduas, ſtatis & determinatis horis quotidie
deo offerẽdas:& ad animum ipſum curis ſeculi expeditum,ſyncære &
integre deo deuouendum. Quare cælibatus:q̃ maxime cõgruit religio-
ſorum ordini & ſtatui. Qz ſi loco perpetuæ continentiæ forent deuincti
religioſi ad caſtitatem coniugalem in ſuis monaſterijs obſeruandã:tunc
in domibus monaſticis opus eſſet & obſtetricibus ad leuandas partu
grauidas religioſorum vxores:& nutricibus ad infantes alẽdos,vbi ma-
tres ad id muneris præſtandum minus eſſent idoneæ. Tũc itidem quo-
tidiani infantium vagitus,pſalmodiq; loco reſonarent:quietemq; mona-
chorum nocturnã interrumperent. eſſetq; domus cœnobitica,viſitatio-
nibus puerperarum tolerandis obnoxia,& haud minus ſecularibus vi-
ris & mulieribus patẽs:q̃ domus aliqua plebeia in medio vrbis foro cõ-
ſiſtẽs. Et vt verum fatear,pene ridiculum eſt huic aſſertioni Lutheranæ
refellẽdæ inſiſtere. vſqueadeo abſurda eſt,atq; à recta ratione abhorrẽs.
Qz ſi reſpõdeat ad hæc in ſe obiecta Lutherus,expedire votũ continẽ-
tiæ religioſorũ commutari in caſtitatẽ coniugalem:non quidẽ ipſis mo-
nachis in domus cœnobiticę ſeptis clauſtróq; manentibus,vt ſupponere
videntur hęc incõmoda modo adducta,ſed egreſſis monaſterio & ad ſe-
cularem ſtatum reuerſis. tunc enim nihil accidet eorũ incõuenientium:
quæ prædicta ſunt. Occurrendũ ſane illi eſt,longe grauius malum eam
aſſertionẽ conſẽcuturũ:vtpote violationẽ promiſſionis deo factę,de per-
petua in domo monaſtica ſtabilitate:& ad finem vſq; vitę in ipſa religio-
nis profeſſione, perſeuerantia. Quæ vtiq; promiſſio, indiſſolubiliter an-
nectitur votis monaſticis:non ad tempus,ſed pro toto reliquo vitæ cur-

riculo obſeruãdis. quemadmodũ in ſuperioribus locis,præſertim quar-
to præſentis libri capite,abunde eſt oſtenſum. Qui autem id fiet:ſi reli-
3 gioſi vxores duxerint? ¶Porrò quòd rari nunc ſint monachalẽ profeſſi
obſeruationem,qui votum caſtitatis cuſtodiunt inuiolatũ:vt in hoc ca-
uillo obiectat Lutherus,nequaq̃ temere proferendũ aut putandum eſt.
q; non ſit ex aliquorũ incontinentia: de aliorum omniũ eiuſdem ſtatus
& profeſſionis vita,ſumenda coniectura,nec ferendũ iudiciũ. ſed locum
hic habeat:quod Heliæ dicẽti ſe ſolum eſſe relictũ dei cultorẽ in Iſraël, 3.Regũ.19
reſpondit dominus. Reliqui mihi ſeptem milia virorũ in Iſraël:qui non Roma.11
curuauerũt genua ſua ante Baal. Ita ſane credendũ,q; longe plures ſunt
candorem continentiæ intemeratũ ſeruantes religioſi,ipſi deo cogniti:q̃
noſtra cẽſeat opinio. Eſto tamen pauci ſint(vt ait) monaſticæ vitæ culto-
res,qui cælibatũ integrum illabefactúmq; cuſtodiunt:ex hoc tamen, mi
nime validũ ſumitur argumentũ, q; ſit votum caſtitatis abolendũ in re-
ligioſis,reſcindendáq; continentiæ perpetuæ regula. Eadem quippe ra-
tione,quoniã pauci admodũ ſunt qui mandata dei ad vnguẽ cuſtodiũt:
reijcienda eſſent domini præcepta, ritúq; pecorum & ferarũ eſſet homi-
nibus ſine lege viuendũ. Et quoniã plærunq; fides coniugalis,in ijs qui
fœdere nuptiali ſunt coniuncti per violationem thori frangitur: contin-
gitq; interdũ obſtrictos vinculo connubiali adulterijs contaminari,alie-
niſq; irretiri amoribus:repudiandus eſſet matrimonij ſtatus,& ſine con
iugij lege promiſcuo & vago concubitu more pecudum eſſet agenda ho
minibus vita. Et ita ad vnũ declinandũ incommodũ:inciderent eodẽ co-
gente ratiocinio homines in grauiora incõmoda, & potiſſimũ in id om-
nium deterrimũ, q; lex omnis quantũlibet iuſta ſit & recte lata:propter
multitudinẽ præuaricantiũ eam,eſſet abrogãda,aut exiſtimari deberet
4 iniuſta,noxia & pernicioſa. ¶Q uẽadmodum Turcæ & Saraceni legẽ Turcarum,
Chriſtianã exiſtimant improbam & peruerſam:quoniã multi eam pro- ad improbandam legem Chriſtianam argumẽtum: prorſus inutile.
feſſi perditiſſimis ſunt moribus,fures,latrones,iniuſti, fœdifragi,ſacrile-
gi,adulteri. nõ ſecum reputantes:eos qui Chriſtianiſmũ profeſſi,tales
ſunt,non ſecundũ CHRISTI legem viuere, ſed præter & contra illam.
ſed autumantes ex eo malam eſſe legem aliquam:quoniam multi inue-
niuntur illius trãſgreſſores. Quæ ſane ſententia eorum:omnino erronea
eſt & veritati inimica. Nempe lex Moſaica,ſuo tempore bona erat & ſa
lutaris:quãuis multi fuerint eius præuaricatores per totũ illius inſtitu-
ti decurſum,& eo etiã tempore quo CHRISTVS dixit ſcribis & pha-
riſæis. Nonne Moyſes dedit vobis legem? & nemo ex vobis facit legẽ. Ioannis.7
Nunquid tunc noxia erat Moyſi lex,præſertim decalogum cõcernens:
quia ſcribæ & phariſæi inuidia ſtimulati non ſeruarunt eam, ſed conſpi
rarunt in mortem innocẽtis? Conſimili quoq; modo lex Chriſtiana, eſt
lex domini immaculata conuertens animas,ſancta itidem & recta:tam- Pſal.18
etſi occurrant complures,qui prauis moribus ſuis eam violant. Quin-

ímmo ſi nullus eſſet hominũ legem illam obſeruans(quod tamen haud dubito nequaq̃ euenturum) nihilo minus ſancta & recta eſſet ea lex: q̃ ſi omnes eam adamuſſim obſeruarẽt. quoniã non à multitudine aut frequentia eorũ qui legem ſeruãt, ipſa ſuam accipit bonitatẽ aut rectitudínem:ſed à ſuis regulís & víuendi inſtitutis quæ obſeruãda proponit. Vbi enim hæ regulæ,diuinæ voluntati ſunt conformes, & rectæ rationi conſonæ,hominũq; ſaluti conducentes:haud dubie recta eſt & ſancta & bona ea lex.neq; illam bonitatẽ tollere poteſt & adímere multitudo eorum:qui prætergrediuntur & ſoluunt legem. ¶Hæc pluribus díſſeruí: vt ſemel occludantur ora eorum qui contendunt legem de obſeruandis ieiunijs,de cęlibatu ſacerdotum,de continentia religioſorũ,& ſimiles id genus,eſſe reſcindendas:hanc ſolum ob cauſam, quoniam q̃plurimi (vt aiunt)inueniuntur earum legũ tranſgreſſores, & quibus illæ leges ſunt in laqueum perditionis & ruinæ. Verum q̃ futilis ſit ea ratio:iam plane conſtat ex prædictís,& id pariter eſt perſpicuũ:non leges ipſas eſſe hominibus in laqueum dãnationis,vt obiectãt aduerſarij: ſed ſuapte natura in ſalutem . Improbos autem eorum affectus & prauas cupiditates quibus impelluntur in illarum legum præuaricationem: eſſe ipſis trãſgreſſoribus in laqueum perditionis & ruinã. Proinde huiuſmodi tranſgreſſionis culpam,non legi eſſe imputandã quæ eam vetat: ſed peruerſitati humanæ & prauitati mentis, quæ obtrudit & adigit hominẽ in legis diſſolutionẽ. ¶Demum ſi qui religioſam profeſſi vitã: libidinibus inquinẽtur, ſi voluptatibus defluãt,ſi diuitijs affluant,& delitijs emolleſcant,vt in præſenti obiectione refert Lutherus:hæc omnia,particularia & perſonalia ſunt vitia,nõ ex ipſius religionis inſtitutione(quæ ſancta eſt)pullulantia: ſed ex prolapſione à recta monaſticæ regulæ obſeruatione. Huiuſmodi igitur prolapſiones, recidendæ ſunt & extirpãdæ ab ijs:qui authoritatẽ exercendi illius muneris gerunt.non autem ipſe religionis ſtatus,qui rectus eſt & honeſtus:probro dandus.

Leges eccleſiaſticas & monaſticas:eſſe omnibus in ſalutẽ, & non in laqueũ.

¶Virginitatem alijs ſtipatã virtutibus,mira excellentia effulgere:nuptijſq; præferendam eſſe. Cap.XXIX.

Æterum hoc in loco libri ſui de votis monaſticis,deprimit pro viribus excellentiã virginitatis Lutherus: extenuátq; illius precium & decus, cum ait. Non virgo aut caſtus:ſed Chriſtianus ſaluabitur. In CHRISTO autem neq; maſculus neq; fœmina:ita neq; virgo, neq; vxor,& ſímília. Vna autem fides,vnũ baptiſma, vnus dominus. In quibus verbis, bonorum operũ tollit diſcretionem: & nuptías æquat virginitati. Quinimmo & opera bona reijcit: & ſolam fidem aſtruit eſſe neceſſariam ad ſalutem.vt & ſæpe aliàs, in eo quem improbamus libro:ſine ordine varia inculcans,& eadem iterum atque iterum ſuperflue repetens. Et potiſſimum:cum vno in loco dicit.Primum

Ephe.4

nihil inter opera diſcernamus.æqualia ſunt apud deum,& inter ſe:quæ magna & parua ſunt apud nos. Ad menſurã fidei,dicit Paulus ad Romanos duodecímo capite:omnia donarí. Ille enim probatur,nõ qui plura & maiora fecerit: ſed qui maiore fide & charitate fecerit. Et paulo poſt. Non enim qui operatus fuerit,ſed qui crediderit:ſaluus erit. Hæc Lutherus. ¶Verum vt his in candidã virginitatem oblatrationibus,à capitali & infenſiſſimo illius hoſte prodeuntibus,paucis reſpõdeamus: ingenue quidem fatendum eſt, ſolam virginitatem nullis alijs comitatã virtutibus, ſalutem æternam nemini collaturã. vt neq; aliam quãcunq; virtutem ſolitariã: quantũlibet excellentem. Neceſſe eſt enim ipſam virginitatem,fidei per dilectionem operanti,humilitatiq; & cæteris præclaris virtutibus eſſe coniunctam:vt hominem reddat ſaluum deóq; gratũ. Sed vbi ipſa pudicitia ſocias & comites habuerit reliquas virtutes, ad animæ decorem ac ornatũ facientes:haud dubium eſt,eam attollere hominem ad excellentius præmium & quãdam gloriæ eminẽtioris prærogatiuam(quã aureolam vocant)ſupra nuptiarũ conditionem. ¶Nempe in Apocalypſi,ſancti illi qui empti dicuntur de terra primitiæ deo & agno,quía cum mulieribus non ſunt coinquinati ſed permanſerunt virgines:deſcribuntur cantare cantícũ nouum ante thronum dei quod nemo alius cantare poteſt,& ſequi agnum quócũq; ierit. Quis hic non vídet:ſpeciale quoddam & excellentius cæteris præmium virginibus deſignarí? ¶Quod & aperte inſinuat dominus per Eſaiam: cum promittit eunuchís ſpiritualibus ſe daturũ locum in muris ſuis, & nomen melius præ filijs & filiabus:nomen inquã ſempiternũ,quod nõ peribit. ¶Rurſum & beatus Paulus virginitatem commendans:perhibet virginem cogitare quæ dei ſunt,& quomodo placeat deo. Nónne igitur ampliore præmio eſt remuneranda(vbi cætera omnía nullam inter ſe habent diſparitatem)quàm nupta:cogitans quæ mundi ſunt,& quomodo placeat viro? ¶Nónne & recta expoſcit ratio,vbi acrius eſt certamen & darior victoria: inſignius & magnificẽtius darí præmium? Virginitas autẽ & difficilius habet certamen contra carnem & ſanguinem,cui perpetuo reluctatur: & præclariorem de hoſte refert victoriam, trophæumq; nobilius. Merito igitur & celebriore digna eſt triumpho: & in atrijs cæleſtibus ſublimiore muneranda præmio, q̃ caſtitas coniugalis? ¶Accedit huic ſentẽtiæ & Auguſtinus:in libro de eccleſiaſticis dogmatibus dícẽs. Virginitas vtroq; bono(nuptijs ſcilicet & cõtinentia viduali: de quibus ante contexuit ſermonẽ)præcelſior eſt:quía & naturã vincit & pugnam. Naturã:corporis integritate.pugnã,caſtimoniæ pace. Et paulo poſt in eodem libro. Sacratæ vero virginitati nuptias coæquare:aut pro amore caſtigandi corporis,abſtinentibus à vino vel carnibus nil credere meriti accreſcere: non hoc Chriſtiani ſed Iouiniani eſt. ¶Idem etiã in epiſtola cẽteſima viceſima octaua:ait. Beatius eſt in carne imitari vitã angelorũ:

Roma.12

Apoca.14

Eſaiæ.56

1.Corin.7

Auguſtinus.

Idem.

quàm ex carne augere numerum mortalium. Hæc eſt vberior, fœcundiórq; felicitas: non ventre graueſcere, ſed mente grandeſcere. non laſſeſcere pectore: nõ viſceribus terram, ſed orationibus cælum parturire. In quibus verbis, priores & potiores virginitati tribuit partes Auguſtinus q̃ nuptijs: maiorémq; remunerationẽ & beatitudinis æternæ ſortem ſublimiorem, oſtendit virginibus q̃ nuptis à deo deſignatam. ¶Rurſus, in libro de continentia viduali, idem puritatem virginalem & vidualem con- 9
Idem. tinentiam conferens ad caſtitatẽ coniugalem: inquit. In coniugali vinculo ſi pudicitia cõſeruatur: damnatio non timetur. Sed in virginali ac viduali continentia: excellentia muneris amplioris expetitur. Q ua expetita & electa, & voti debito oblata: iam non ſolum nuptias capeſſere, ſed etiam ſi non nubãt, nubere velle: damnabile eſt. Hæc ibi. Q uæ quidem verba non modo virginalem continentiã nuptijs dignitate præferunt: verum etiam aſtruunt neminem poſt oblatam voto caſtitatem & continentiam, poſſe contrahere aut velle contrahere matrimoniũ. Quæ vna aſſer-
1. Regũ. 17 tio, veritati maxime conſona: ſufficit ad elidendam funda Dauidica Lutheri frontem, referentis impium Goliath: & toto circa præſentẽ locum molimine contendẽtis, religioſum poſt factam in propatulo æditionem voti de ſeruanda perpetuo continentia: poſſe fœdera connubialia inire. Sed hac in re: potius Auguſtino q̃ Luthero credendũ. ¶Præterea, bea- 10
Ambroſius tus pater Ambroſius in epiſtola octogeſima prima, virginitatẽ coniugio
1. Corin. 7 præferendã docens: inter cætera ait. Iure laudatur bona vxor: ſed melius pia virgo præfertur, dicente apoſtolo, Qui iungit virginẽ ſuam: bene facit. & qui non iungit: melius facit. Hæc enim cogitat quæ dei ſunt: illa, quę mundi. Illa cõiugalibus vinculis collígata eſt: hæc libera vinculorũ. illa ſub lege: iſta ſub gratia. Bonum coniugiũ: per quod inuẽta eſt poſteritas ſucceſſionis humanæ. ſed melius virginitas: per quã regni cæleſtis hæreditas acquiſita, & cæleſtium meritorum reperta ſucceſſio. Per mulierem cura ſucceſſit: per virginem ſalus euenit. Deniq; ſpeciale donum virginitatis CHRISTVS elegit, & integritatis munus exhibuit: atque ipſe repræſentauit quod elegit in matre. Hæc Ambroſius. In quibus: aperte virginitas nuptijs antefertur. ¶Sed quid cõmendandæ virginita- 11
Hieronymus in Iouinianum. ti, diutius immoror? Legatur totus primus liber beati Hieronymi in Iouinianum, adæquantem coniugio virginitatẽ: & conſpiciatur ibidem confoſſus multis & ſacrarum literarum & authorum ſecularium telis ipſe Iouinianus. Cognoſcetur enim ijſdem iaculis, in Iouiniano cõfixus Lutherus: eiuſdẽ impietatis aſſertor atq; aſtipulator. & candida itidẽ virginitas, eiuſdẽ libri lectione: deprehẽdetur longo dignitatis interſtitio nuptias ãteire, & in ſublimiore perfectionis culmine q̃ cõiugiũ, collocari.
Gala. 3 ¶Proinde quãuis in CHRISTO neq; maſculus neq; fœmina diſcrimen habeant & diſcerniculũ: quantũ ad ſalutis cõſequendæ priuilegiũ, quoniã ſine ſexuum diſcretione, illa æque eſt omnibus propoſita. virgo

tamen & vxor: apud CHRISTVM magno diſpeſcũtur interuallo. quoniam inter hæc duo, ingens eſt meritorũ operúmq; bonorum diuerſitas: aliáq; & alia vitæ qualitas & cõditio. Non ergo recte Lutherus duo prima maſculum & fœminã, ad duo ſecunda virginẽ & vxorem: in verbis ſuis circa initium huius capitis adductis, tanq̃ omnino inter ſe conſimilia coniunxit. Vna præterea eſt fides catholica & Chriſtiana: vt perhibet Ephe. 4.
Paulus ſcribens ad Epheſios. Verum hæc, opera bona non excludit, ſed ſuo concludit ſinu & includit tanq̃ ad ſalutem neceſſaria: vt ſine quibus ipſa fides teſte Iacobo ocioſa ſit ac mortua. quẽadmodum latius in pri- Iacobi. 2
mi libri viceſimo ſeptimo capite eſt diſcuſſum. Cum itaq; dominus noſter apud Marcũ dicit. Qui crediderit & baptizatus fuerit: ſaluus erit. Marci. 16
de credente & ſimul operante (vt & in alijs euãgelij locis) locutus eſt. Quoniã qui fidem habet operibus vacuam: perfecte & integre non credit, quomodo credere debet. neq; apud deũ habetur de numero credentium: ſed eorum, qui dicunt ſe noſſe deum, factis autem negant. quãuis Titum. 2
Lutherus in verbis ſuis credentẽ contra operantem diſtinguat: hunc ſcripturæ locũ ex vltimo Marci capite depromptũ perperã interpretans, vt
12 pro more ſuo in compluribus alijs locis facere ſolet. ¶Proinde de illorum videtur eſſe turba & cœtu: de quibus ſcribit Clemens papa (vt refert liber decretorum, diſtinctione triceſima ſeptima. cap. relatũ) hoc mo-
Clemens. do. Relatum nobis eſt, quòd quidã in veſtris partibus cõmorantes: adueríantur ſacris doctrinis. & prout eis videtur: non ſecundũ traditionẽ patrum, ſed iuxta ſuum ſenſum, docere videntur. Verum attendere debuit Lutherus ſalutare illud documentum: quod protinus ſubnectitur eodem in loco. Diligenter obſeruandum eſt, vt lex dei cum legitur: non ſecundum propriam ingenij virtutem vel intelligentiam legatur vel doceatur. Sunt enim multa verba in ſcripturis diuinis, quæ poſſunt trahi ad eum ſenſum: quẽ ſibi vnuſquiſq; ſponte præſumpſerit, ſed non oportet. Non enim ſenſum extrinſecus alienũ & extraneũ debetis quęrere: vt quoquo modo ipſum ex ſcripturarũ authoritate cõfirmetis. ſed ex ipſis ſcripturis: ſenſum veritatis capere oportet. Et ideo oportet ſcientiã ab eo diſcere ſcripturarũ: qui eam à maioribus, ſecundũ veritatẽ ſibi traditam ſeruat. vt & ipſe poſſit eam, quã recte ſuſceperit: cõpetenter aſſerere. Hęc
Clemens. Q uibus & ea reſpondẽt: quæ de ſanctis Baſilio & Gregorio Baſilius. Gregorius Nazianzenus.
Naziãzeno, in monaſterio ſimul diuerſatis, refert Euſebius in vndecimi libri hiſtorię eccleſiaſticę, capite nono. De quibus: hęc ait. Ibi (inquit: ſcilicet in cœnobio, ad quod ſe contulerãt) per annos (vt aiũt) tredecim omnibus Græcorũ ſecularibus libris remotis: ſolis diuinæ ſcripturæ voluminibus operam dabant. earúmq; intelligentiam non ex propria præſumptione: ſed ex maiorũ ſcriptis & authoritate ſequebantur, quos & ipſos ex apoſtolica ſucceſſione, intelligendi regulã ſuſcepiſſe conſtabat. Q uorum præcipue in prophetas, commẽtarios diſcutientes: theſauros

ſapientiæ & ſcientiæ reconditos in vaſis fictilibus perquirebãt. Hęc ibi. Horum itaq; duorum illuſtrium virorum exemplo edocti qui rectum expoſcunt ſacrarum literarũ ſenſum: non eum ex propria animi ſententia, ſed ex antiquorũ patrum monumẽtis literarijs depromere debent, interrogaréq; maiores vt enarrent eis, neq; vnq̃ vti peſſimo (vt Hieronymus aít) magiſtro, præſumptione ſua. ¶ Sed neq; illud prætereundũ hic eſt, quod pene calamum effugerat: Lutherum in verbis ſuis circa huius capitis principium propoſitis, nequaq̃ fideliter citare verba beati Pauli ex duodecimo capite epiſtolæ ad Romanos. Non enim dicit ínibi Paulus: ad menſuram fidei omnia donari. quemadmodum hoc in loco adducit Lutherus. ſed ſalubre documentum humilitatis & modeſtiæ ſeruandæ tradens: admonet omnes non plus ſapere debere q̃ oportet ſapere, ſed ſapere ad ſobrietatẽ: & vnicuiq;, ſicut deus diuiſit menſuram fidei. Quibus verbis hortatur Paulus, omnes debere ad mediocritatẽ quãdam ea aggredi, tentare & agere: quæ ad ſuũ pertinẽt munus & officiũ, ſecundũ diſtributionẽ gratiæ & donorũ ſibi à deo datorũ. Supponit itaq; partitionem fidei & donorũ dei factã eſſe cuiq;, ſecundũ certam aliquã menſuram: & ſecundũ illam ſuadet beatus Paulus eſſe operandum, exercendumq; cuiq; ſuũ officiũ. Lutherus vero ſuis verbis ex Paulo (vt ait) citatis, innuit fidẽ quidem præexiſtere in hominibus ex ſuſceptione baptiſmi & doctrinæ Chriſtianæ: & ſecundũ illius fidei menſuram, à deo dona diſtribui fidelibus. Qui etſi falſus nõ eſſet: omnino tamen à ſenſu verborũ beati Pauli alienus eſt & extraneus. quod ſuffícit ad oſtẽdendum: eũ perperã ea verba aſcripſiſſe Paulo, & tanq̃ ab eo dicta citaſſe, quæ tamen nõ habet Paulus. ¶ At vero quæ de bonorũ operũ omniũ æqualitate ſecundũ dignitatem & gradum hic affert Lutherus: iam improbata ſunt aliquantulum in decimo ſexto huius libri capite. vbi & eadẽ improba eius aſſertio, alijs verbis & in alio libri ſui de votis monaſticis loco expreſſa: adducitur pariter & refellitur. Quoniã pro more ſuo ſine certo ordine eaſdem ſæpius inculcat ſententias: & ſparſim in diuerſis eiuſdem libri locis eoſdem diſſeminat errores, tanq̃ tetrũ virus. Vt ſi vno in loco lectorem non capiant aut contamínent: alio in loco eundẽ incautũ intercipiant & inquinent. Quocirca neceſſariũ fuit (vt trahentem ſequeremur: & inſtaremus hoſti) diuerſis in locis eadẽ ferme repetere: quę ipſe replicauerat. ¶ Porrò nec indiſcuſſum etiã pertranſiri debet id Lutheri verbũ: quod in ipſius quoq; virginitatis extenuationẽ ſcribit in eo quem excutimus libro. Debet virgo (inquit) amplecti virginitatẽ: nõ quia præcepta, non quia cõſulta, non quia preciosa & magna præ cæteris virtutibus. ſed quia ei ſic viſum eſt viuere, cum poſſit nubere: ſicut alij viſum eſt agricolari. Hæc Lutherus. Sane non eſt à quoq̃ capeſſenda virginitas: quoniam ſit præcepta. & nullius euãgelij aut epiſtolarũ apoſtolicarũ locus habeat: præceptã eſſe à deo virginitatẽ. Verũtamen eadẽ merito eſt

Hieronymus. 13

Roma. 12 14

proſequenda: quoniã conſulta, & diuino apoſtolicóq; cõſilio approbata atq; cõmendata. & etiam quoniã ipſa eſt precioſa margarita, niueo candore prefulgens: eximiaq; præ cęteris, quæ corporis cupiditates refrenãt & compeſcunt, virtutibus. & item angelicã & propemodũ cæleſtem reddat hominis vitã in terris: atq; ſupernæ illius puritatis, quæ in ciuitate ſancta Hieruſalem ſine macula enitet, admodũ æmulã. Neq; ita deijcere animũ, humiq; deprimere debet virgo: vt poſthabitis tædis iugalibus hanc amplectatur tam præclarã virtutem, eam tantũmodo ob cauſam: quia ſic ei viſum eſt viuere, cum poſſit nubere. Abiecta certe eſt & frigida, hæc mentis conſideratio in tam arduo opere: qua nullũ ſibi aliũ præſtituit finẽ ac ſcopum, q̃ & ſit pro ratione volũtas. Altius attollere debet oculos humo generoſa virgo, atq; defigere in cæleſtia tabernacula: vbi CHRISTVS virginũ ſponſus eſt in dextra dei ſedens, quẽ velit in virginali puritate imitari. vbi & regina virginum ſacratiſſima dei mater & virgo perpetua: virginali corona adornata refulget. quã apud ſe cõſtituat ingenua virgo, in vitæ ſanctimonia pro viribus conſectari. Hos duos, CHRISTVM & ſanctã eius matrẽ MARIAM, habeat ſui propoſiti duces: in quos indeflexum figat mentis oculũ. illiſq; vt pro modo & captu ſuo in candore virginali aſſimiletur: nuptias valere ſinat, virginitatẽmq; capeſſat. Ad hæc, & hunc ſibi finẽ inclyta virgo proponat, quare id vitæ genus cæteris præferat: vt hac via fiat deo (qui omniſanctus eſt & ſuperſanctus) propinquior, & propemodũ deiformis euadat. quoniam vt inquit Sapiens. Incorruptio facit eſſe proximũ deo. Vt etiã huius mũdi ſolicitudine reiecta, ipſi deo liberius ſeruiat: & ſine impedimẽto ſeculi, integrius præſtet obſequiũ. Neq; quod de agricolatione adducit exemplũ Lutherus: huic loco conueniens eſt. q̃ hæc ad corporis vſum præſertim attineat, & præſentis vitæ neceſſitatẽ: non animũ adornet, aut ſpiritualẽ perficiat vitã, quẽadmodũ virginitas. Q̃uis & agricolturã nemo ample ctatur, hac ſolũ ratione impulſus: quia ſibi viſũ eſt & placitũ, ita viuere. ſed ob alias rationabiles cauſas inductus & perſuaſus: vt hanc cęteris artibus viuendiq; rationibus pręferat, & eã potius q̃ aliã quãuis exerceat.

Obquem finem expetẽda eſt virginitas.

Sapien. 6

¶ Paupertatem monaſticam, recte etiam deo per votum promitti: illàmq; ſuffícientiæ rerum & abundãtiæ in tota monaſterij communitate, nequaq̃ repugnare. Cap. XXX.

DEcima nona Lutheri obiectio. Paupertas monaſtica cõſiſtit in abdicatione vſus proprij rerum temporalium. aut quia quis nullas res adminiſtrat & curat: & id, puerorum eſt & infantiũ. aut quia nihil proprij poſſidet: & adminiſtrat cõmunia. Verum hæc rerum cõmunitas non eſt paupertas: quia in actibus apoſtolorum id nõ habet nomen, neq; ita vocatur, ſed pleniſſima rerum abundãtia. quoniã ſcribitur actuũ quarto capite: quòd nullus erat egens inter eos. Quare

Actuũ. 4

noſtri religioſi non vouent corporalem paupertatem: ſed cõmunem illã
abundantiã, qua eis abunde adminiſtratur omnium rerum neceſſariarũ
vſus. Neq; vt egeant, ſed vt abundent, intrãt religiones: cõmoti quòd in
monaſterijs ſunt promptuaria plena, eructantia ex genere in genus. Nã
vbi paupertas regnat in monaſterijs: aut non illuc intrant, aut intraſſe
pœnitet. Eſt'ne igitur hæc inſignis illuſio dei & hominũ: prætendere vo-
tum paupertatis, & tamen eo ipſo quærere ſecuram & ocioſam copiam,
& ſecuritatem aliena manu partam & adminiſtratam? vbi nihil minus
eſt: quàm egere aut pauperem eſſe. Hæc Lutherus. ¶ Reſponſio. Mo- 2
In quo cõſiſtit paupertas monaſtica. naſtica paupertas conſiſtit in ſpontanea abdicatione propriæ poſſeſſio-
nis, ac adminiſtrationis propriarũ rerum: propter deum facta, necnõ in
cõmuni rerum neceſſariarũ vſu & diſtributione. Et hæc, tum in ijs eſt re-
ligioſis, qui nullam habent rerum monaſterij adminiſtrationẽ & curã:
quoniam non eſt illis ea cõmiſſa prouincia. tum etiam in ijs, qui publi-
cam gerunt rerum cõmunium totius monaſticæ domus adminiſtratio-
nem: quę nullo modo aduerſatur voto paupertatis, quoniã per eam non
ſua ſed totius cõmunitatis curant bona. At vero primi generis religioſi:
longo interuallo à pueris & infantibus (quibus eos aſſimilat Lutherus)
diſpeſcuntur. Nam infantilem & puerilem agentes ætatẽ, nullas res ad-
miniſtrant & curant: quoniam rationem & diſcretionem quippiam ad-
miniſtrãdi non habent, neq; etiã bona in ea ætate poſſident peculiaria:
quæ curare queant. Religioſi vero & peritiam habent notionémq; ſua
bona adminiſtrandi: & bona obtinuerunt propria quæ potuiſſent admi
niſtrare. ſed propter deum, & illa reliquerũt bona: & à ſe abdicarunt vl-
tronee illorum adminiſtrationem. Quare in his vera inuenitur monaſti-
cæ paupertatis ratio: non autem in illis. ¶ Huiuſmodi autem rerum in 3
monaſterio cõmunitas, vere ſibi nomen paupertatis vendicat & aſciſcit:
ſi ſingulos illius domus religioſos attendas. quorum quiſq;, ſuarũ pro-
priarúmq; rerum eſt nudus: vt ne minimũ quidem habeat quod ſit ſuũ
ipſius, ſed omnímodã rerum proprietatem à ſe abdicauit. Et quãuis in
actibus apoſtolorũ, illo, ſcilicet paupertatis nomine non aperte nuncu-
petur: ſufficiẽter tamen & dilucide inſinuatur per hanc ſuam deſcriptio-
Actũ. 4 nem. Nec quiſq; aliquid ſuum eſſe dicebat: ſed erant eis omnia cõmunia.
Nónne ſatis manifeſta cuiq; videri debet in his verbis: monaſticæ pau-
Actuum. 3 pertatis explicatio? Et cũ beatus Petrus reſpondit paralytico. aurum &
argentũ non eſt mecũ. nónne hoc dicto ſignificauit: ſe vere, paupertatis
euangelicæ tum fuiſſe cultorem? ¶ Cæterum abundãtia rerum omniũ, 4
ad totã cõmunitatem & ſingula illius membra neceſſariarũ: nullo modo
aduerſatur paupertati monaſticæ, vt obtendit Lutherus, contendens ex
eo quòd nullus apoſtolicã vitam tenentiũ erat egens inter eos: non fuiſſe
in ſancta illa ſocietate paupertatẽ euãgelicam monaſticæ ſimilẽ. Quin
immo id, cœnobiticæ paupertatis communitatiſq; rerum eſt proprium:

q̃ vbi illa ad vnguem ſeruatur, & in tota domo & ſingulis eius alumnis
plena eſt rerũ omnium ad eam vitam degẽdam neceſſariarũ ſufficientia,
nec indigentiæ locus eſt vllus. quoniam diuina benedictio ſanctæ illius
paupertatis comes & aſſecla: affluenter elargitur & effundit illi domui,
ſuæ beneficentiæ munera. tanq̃ arca illa Iſraëlitica: in domo Obededom
cum magna benedictionis exuberantia, repoſita. E diuerſo vbi pauper-
tas illa monaſtica non ad amuſſim obſeruatur, ſed illius loco proprietas
& peculium graſſatur in monaſterio, à ſuæ inſtitutionis rectitudine re-
gulariq; diſciplina prolapſo: grauis indigentia, egeſtas & inopia totam
illam premit domũ & habitatores eius. corruunt ædificia, negliguntur
templi ornamenta ad diuinũ pertinentia cultum: & horrida quædã va-
ſtitas totam occupat domum, agros & poſſeſſiones eius. Religioſorum
vero illius domus, hic quidẽ eſurit: alius vero ebrius eſt. hic item abũdat
opulentia rerum: ille vero penuriam patitur. vt videatur deus ſuæ bene-
dictionis manum illi loco ſubduxiſſe: & triſtem eidem intuliſſe maledi-
5 ctionem. ¶ Itaq; hoc in loco hallucinatus eſt Lutherus: q̃ exiſtimauerit
idem prorſus eſſe, indigẽtiam & paupertatem monaſticã. cum ſint lon-
ge diuerſa: & plærunq; abinuicem diſſeparentur. Nempe in apoſtolis,
cum relictis omnibus dominũ ſequebantur, fuit vera paupertas, monaſ-
ticæ paupertatis exemplar & ſpeculum: & tamen in ipſis nulla fuit in-
digentia. Siquidem inſtãte paſſione dominica: cũ ita fuiſſent à CHRI-
STO interrogati. Quando miſi vos ſine ſacculo & pera & calceamentis: Lucæ. 22
nunquid aliquid defuit vobis? reſponderunt vno ore: nihil eis tum de-
fuiſſe. Nulla igitur tunc premebantur egeſtate: cum ſanctam illam pau-
pertatem excolerent. Præterea, vt aduerſarij telum in nos contortum, re-
torqueamus in eundem: fideles illi qui cũ apoſtolis verſabantur in ſcho-
la ſanctæ religionis, regulamq; tenebant actuũ quarto capite deſcriptã:
ſeruabãt ad vnguem paupertatis monaſticæ integritatẽ, vt modo mon-
ſtratum eſt. Attamẽ de ijſdem dicit Lucas: q̃ nullus erat egens inter eos, Actuum. 4
& q̃ diſtribuebatur ſingulis prout cuiq; opus erat. Aliud igitur pau-
pertas: & aliud egeſtas. Nec minus ſua falſus eſt opinione Lutherus, &
aberrauit à recta via veritatis: q̃ etiam putauerit rerum vitæ corporali
agendæ neceſſariarum affluentiam in cõmunitate: aduerſari paupertati
ad quam ſe voto conſtringunt religioſi. cum tamen illi nequaq̃ ſit cõtra-
ria: ſed frequenter cum eadem conſpirãs atq; conueniens. Enimuero af-
fluentia rerum externarum ad cõmunitatem monaſticam attinentium,
nequaq̃ interimit aut deſtruit votũ paupertatis: vt hic autumat Luthe-
rus. ſed ſola proprietas atq; peculium, propriarumq; rerum à religioſis
poſſeſſio & vſus in monaſterio: venenum eſt & exitiũ veræ paupertatis
cœnobiticæ. Et hanc vouẽtes paupertatem: eo voto ſolum promittunt ſe
huiuſmodi rerum proprietatem à ſe abdicaturos. Neq; ad indigentiam
inopiámq; ſectandam: ſe ratione illius voti aſtringunt monaſterij culto-

Benedictio diuina: monaſticæ paupertatis comes. 1. Regũ. 5

res & alumni,quẽadmodũ hoc in loco sentit Lutherus. quãdoquidem in opulentissimo monasterio integre possunt & commode voto paupertatis à se facto satisfacere religiosi:si nihil asseruent sibi proprium. Quo-
Quærendã non esse in monasteriis inopiã sed rerum communitatem
circa qui recto & simplici animo monasterium ingrediuntur:non id faciunt nec facere debent,vt illic egestate premantur aut affluant delicijs, sed vt cõmuni victu & amictu contenti:deo liberius seruiant. Neq; indigentiam rerum necessariarum exquirere in cœnobio : cuiq; opus est,ad paupertatem monasticam exacte tenendam. Cuius oppositum subindicare videtur Lutherus in præsente obiectione,insimulans eos & cum contumelia increpitans:q; obtendant votum paupertatis & vere non teneant,quoniam inopiam & penuriam non quærunt.

¶ A paupertatis monastic̃ę vinculo minime eos absoluí:quí ex monasterijs ad prælationem ecclesiasticam assumũtur, sicut nec à voto castitatis eosdem relaxari. Cap. XXXI.

» VIcesima Lutheri obiectio. Nõnulli leguntur etiam viri sancti ex monasterijs assumpti in episcopatũ,in cardinalatũ , & summũ pontificatum:vbi certe in res proprias è voto paupertatis sunt translati. Neq; enim hic quis dicere potest:papam,episcopos & cardinales,atq; similes ecclesiasticos rectores,non possidere res proprias:cum eis pro arbitrio vtãtur. Esto siquidem,q; monachorum præpositi curent res nõ proprias:at illi certe præsules ecclesiastici proprias curant res,quanq; de ecclesia acceptas. vt nihil sit quod dicere quis possit : non suas,sed ecclesię esse res eas,quas administrant. Q; si in præsulibus propter obedientiam & statum perfectionis quem assumũt soluitur votum paupertatis,nam tunc sunt diuites propriarúmq; rerũ possessores: cur propter eandem causam nõ soluitur in eis votũ castitatis? Hæc Lutherus. ¶ Responsio. Non est quoquo pacto admittendum, eos qui ex 2
monasterijs assumũtur ad publicam ecclesiæ moderationẽ:absolui à voto paupertatis,& ad proprias res suas curãdas traduci. sed omnino tenendum:eos,illius voti vinculo semper alligari. Quod primũ comprobatur ea sanctione canonica Innocentij papæ:quæ in libro decretorum, decima sexta,quęstione prima,cap. de monachis. continetur his verbis.
Innocẽtius.
De monachis qui diu morãtes in monasterijs,si postea ad clericatus ordinem peruenerint:statuimus,non debere eos à priori proposito discedere. Quod postremum verbum exponẽs ibidem glossa:ait. Discedere, quantũ ad ea quæ sunt de substãtia monachatus. vt de habitu seruãdo, & continẽtia:& de non habendo proprium. In his enim nõ absoluitur: licet transeat ad ecclesiam secularẽ. Sed in ieiunio,silentio,& vigilijs absoluitur:vt supra cap. proximo. Hæc ibi. ¶ Accedit eidem sententiæ & 3
beatus Thomas Aquinas,secunda secundæ,quæstione centesima octogesima quinta:articulo octauo. vbi scisitatur. Vtrum religiosi qui pro-

mouentur in episcopos:teneãtur ad obseruãtias regulares? Quam quídem quæstionem dissoluẽs ibidem:ait. Siqua sunt in regularibus obser- Thomas Aquinas
uãtijs:quæ non impediant pontificale officiũ,sed magis valeant ad perfectionis custodiam(sicut est continentia,paupertas,& alia huiusmodi) ad hæc remanet religiosus etiam factus episcopus:obligatus,& per cõsequẽs ad portandũ habitum suæ religionis:qui est obligationis signũ. Siqua vero sunt in obseruantijs regularibus quæ officio pontificali repugnant:sicut est solitudo,silentiũ,& aliquæ abstinẽtiæ vel vigiliæ graues:ex quibus impotens corpore redderetur ad exequendum pontifi-
4 cale officium:ad huiusmodi obseruanda non tenetur. Hæc ille. ¶ Idem quoq; in dissolutione tertiæ obiectionis eiusdem quęstionis,respondens ad sanctionem canonicam in oppositæ partis approbationem,adductã: quæ in decretis,decima octaua,quęstione prima,cap. statutũ est. contexitur hoc modo. Statutũ est & rationabiliter secũdum sanctos patres à Decretum synodale.
synodo confirmatum est:vt monachus quem electio canonica à iugo regulæ monasticæ professionis absoluit, & sacra ordinatio de monacho episcopum facit:velut legitimus hæres,paternã sibi hæreditatem postea iure vendicãdi potestatem habeat. Ad hanc inquam constitutionẽ synodalem,prædicto in loco respõdens beatus Thomas ait:de religiosis episcopis loquens. Proprium autem nullo modo habere possunt. non enim Sanctus Thomas
paternam hæreditatem sibi vendicant quasi propriam:sed quasi ecclesię debitam. Vnde ibidem subditur(in supra dicta scilicet concilij determinatione)q; postq̃ episcopus ordinatur:ad altare ad quod sanctificatur, quod acquirere potuit restituat. Hæc Thomas. Cũ itaq; ordinatus ex monacho episcopus,quod ante consecrationem habet:monasterio derelinquere debeat,quod vero post consecrationem acquisiuit: propriæ ecclesiæ dimittere,secundum illius synodi definitionem: constat vtiq; talẽ in episcopatu non habuisse administrationem propriarũ rerum suarũ, sed dũtaxat rerum ecclesiæ,quarũ dispensatio sibi est credita: & ex quibus legitime victum sibi desumit & sumptum,secundũ sui status decentiam:propter spirituale ministerium atq; officium quod impendit eccle-
5 siæ,dominicóq; gregi cui pręest. ¶ Insuper in prędictæ dissolutionis ad tertiam obiectionem calce: subnectit sanctus Thomas , de religioso ad Idem
episcopatum prouecto differens. Testamentum autem nullo modo facere potest:quia sola ei dispositio cõmittitur rerum ecclesiasticarũ , quæ morte finitur,ex qua incipit testamentũ valere:vt apostolus dicit ad He- Hebræ. 9
bræos nono cap. Si tamen ex concessione papæ,testamentum faciat:non intelligitur ex proprio facere testamentũ . sed apostolica authoritate intelligitur esse ampliata potestas suæ dispẽsationis:vt eius dispẽsatio pos-
6 sit valere post mortem. Hæc Thomas ibidem. ¶ Denicq; exemplo beati Augustini corroboratur quod hic postremo dictũ est loco:de quo Pos- Possidonius.
sidonius episcopus Chamalensis (qui totã eius vitam & felicem obitũ:

Augustinus eleganter & pie conscripsit)ita dicit. Testamentũ nullũ fecit: quia vnde faceret,pauper CHRISTI nõ habuit. Quibus verbis insinuat Augustinum,paupertatem quam in monasterio ante episcopatum tenuerat, semper in pontificatu obseruasse: & toto illius tempore nihil habuisse propriũ,vnde testamentũ conderet.& proinde in extremo vitæ suæ termino Augustinum,nullum condidisse testamentum. Illud igitur tanti patris à monasterio ad episcopatum Hipponensem à Valerio præcessore suo assumpti exemplũ, solenni etiam ecclesiæ officio in annua eiusdẽ celebritate decantari solitum, nobis manifesto est argumento, episcopum religiosum nequaquam absolui à seruanda paupertate. ¶Neque 7
Religiosum factum episcopum: nõ absolui voto castitatis itidem votum castitatis quoquo pacto disconuenit apici pontificali: neq; aliquã habet rationem refragantem nouo illi officio, ad quod aliquis ex religione monastica traducitur. Immo vt exemplũ sanctimoniæ & puritatis deriuetur à rectore in subditos:valentiore ratione in gradu pontificali(cui sacerdotalis fere semper est annexus)continentia & cælibatus obseruari debet ab eo qui religiosus est, sacerdos & pontifex. Et nulla certe assignari potest causa,ob quã absoluatur qui ex monasterio suscipitur ad præsulatum,à voto castitatis: quinimmo arctiore vinculo (vt ita dixerim) constringitur ad seruandam castitatem. ¶Porrò ex su- 8
pra dictis liquido cõstat,q̃ horrẽda sit illa Lutheri blasphemia & prorsus execranda:quam circa hunc libri sui de votis monasticis locum eructat & euomit,cum ait. Et vt in summa dicam:votum paupertatis videtur à satana in hoc effictũ,vt religiosi prętextu eius liberi fiant à iuuanda paupertate aliorũ:& ab impendendis operibus misericordiæ & charitatis,vt supra dictum est. Tenet enim eos clausos:vt nulli seruiant.deinde ocioso ab operibus manuum:vt tantum sibi sinãt ab alijs seruiri. & hac occasione auertat vulgus à iuuãdis vere pauperibus,cõiugibus, viduis,orphanis,peregrinis:ad profundendam substantiam in hos ficte pauperes,vere autem opulentos,pingues,ocioso & seruos hypocritas. Hæc lutherus. Quæ certe nihil aliud:q̃ contumelias & cõuitia,ex rabie quadam maledicendi vitæ monasticæ cultoribus obiecta,sonãt. Et profecto indigna sunt,quæ piorũ auribus audienda aut oculis legenda ingerantur:nisi hãc tantum ob causam.vt quoniam loquela hominis manifestũ eum facit,pariter & scriptura: ex ipsis vt tabula quadã atro depicta colore cognoscant omnes,qualis rabula, obtrectator & religionis Zoilus sit Lutherus. Insuper & eam ob rem eadẽ in præsentia sunt verba adducta:vt refellãtur acrius, & q̃ procul à veritate distant,compertum omnibus habeatur. ¶Vt igitur ordine quodã certo ijsdem respon- 9
deamus,ab ipso capite sumentes exordium,quis non execrabilem vocet blasphemiã, opus spiritus sancti attribuere satanæ? & quod à deo suggestum est pijs mentibus,& apostolico factũ exemplo:dicere inuentum & commentum esse satanæ? Paupertas autem monastica,à CHRISTO

inter consilia euãgelica tradita est, & per regulam viuendi apostolicam approbata:atq; vnctione sancti spiritus,pijs mentibus etiã inspirata,vt capite huius libri octauo affatim est monstratum. Horrescere igitur debuit Lutherus,tãtam ore sacrilego euomere vesaniam: qua oblatret votum paupertatis esse à satana effictum.ne omnino cẽseatur esse persimilis scribis & pharisęis:qui de CHRISTO,in potestate virtutéq; dei,im- Matth.12
perante dæmonijs vt exirent ab obsessis(cuius imperio protinus paru- Lucæ.11
re spiritus immũdi)dixerũt,calũniantes opera dei:q; in beelzebub prin
cipe dæmoniorum eijciebat dęmonia,q; item haberet dæmoniũ & insa- Ioan.7
niret. Q; autem subijcit prædictis in verbis Lutherus,monasticæ paupertatis votum eò tendere,vt eius prætextu liberi fiant religiosi à iuuãda paupertate aliorum,& impendendis misericordiæ operibus in alios: satis supérq; refutatum est in præcedentibus locis, præsertim capite huius libri vicesimo secundo & vicesimo tertio. Idem quoq; ipso rerum experimento dinoscitur esse falsum:cum monasteria regularem obseruantia disciplinam,quotidianas exhibeant pauperibus eleemosynas pro sua facultate:& opera misericordiæ(q̃uis tuba non canãt) sedulo studio in-
10 digentibus impẽdant,pro suę domus qualitate. ¶Neq; satanas religiosos tenet septis claustralibus occlusos,vt nulli seruiant,quemadmodum calũniatur aduersarius,sed amor dei & zelus tenendæ religionis eosdẽ Calũniarũ Lutheri in religiosos: refutatio & elisio.
claustris monasticis detinet inclusos:vt liberiores à strepitu seculi, omnibus per opera misericordię spiritualia,orationem,disciplinã,ieiuniũ, vigilias,ac cętera pia studia:inseruiãt & opitulẽtur. Quãuis autẽ à manuum operibus temperent religiosi,vt vicesimũ huius libri caput abũde monstrauit id eis licere,neq; iure in ipsis damnari posse: haud tamen idcirco ocioso dicendi sunt,qui spiritualibus exercitijs sunt occupatissimi. Neq; huiusmodi vacatio à labore corporali,ad hunc refertur ab eis finem: vt tantum sibi sinant ab alijs impendi seruitium. quãdoquidem pro obsequio quod ipsis impendũt alij:longe maiorem referunt gratiã, pro tẽporalibus spiritualia beneficia,orationes,hostiæ sacrosanctę oblationes,& alia id genus obsequia spiritus:illis rependentes. Quocirca nõ tantum ab alijs sibi seruitia volunt impendi, vt obiectat hic Lutherus:
11 sed & ipsi potiora officia q̃ acceperint, alijs exhibent. ¶Sed neq; illud veritati quoquo pacto cohæret,occasione eleemosynarum aut donationumq; fiunt religiosis:vulgus auerti à iuuandis vere pauperibus,viduis,orphanis,senióq; confectis. Quoniam larga dei manus atq; benefica abunde subministrat fidelibus, ad opera misericordiæ propensis: vnde & religiosis fratribus suppeditẽt pias eleemosynas, & vnde etiam reliquis mendicis atq; pauperibus succurrant. Neq; vnq̃ visi sunt pauperes seculares contabuisse fame aut inedia disperijsse: quoniam fuerint domibus monasticis erogatæ eleemosynæ. Charitas enim, discreta est:non subleuans vnum corporis membrum in alterius exitium aut in-

teritum. ſed ſimul omnia opis indiga mẽbra pijs viſceribus refouens: & cuiq; quod ſibi neceſſariũ eſt & cõducibile, diſpartiens. ¶ Verũ hęc Lutheri in religioſos ſugillatio, pro zelo aliorum pauperum (vt prætendit) facta: haud abſimilis eſt murmurationi ipſius Iudę traditoris (quemadmodum ſupra iam dictum memini: & hic repetere non piget) indignati grauiter ob effuſionẽ vnguẽti ſuper caput IESV CHRISTI recũbentis in cœna, à Maria Magdalena ſorore Marthæ factam: cũ ait. Vt quid perditio hæc? Potuit enim hoc vnguentũ venũdari pluſq; trecẽtis denarijs: & dari pauperibus. Sed quemadmodũ ea verba nõ protulit Iudas, quoniã anxia pauperum cura teneretur: ſed quia fur erat & loculos habens, vt ait euangeliſta. Ita nec pauperum vulgariũ cauſam hic agit Lutherus, innuens in ipſos q̃ religioſos potius collocanda eſſe piarum erogationum obſequia: quoniã magna vere pauperum in ſeculo degẽtium ſolicitudine angatur, vt ſubminiſtrentur illis vitæ neceſſaria. ſed quoniã implacabili exulcerati animi odio fertur in quoſuis religioſos: quibus detractandi arripit occaſionem, ex prætextu & vmbra cæterorum pauperum. Hunc autem atrũ mentis liuorem perſpicue produnt eius verba, deinceps conſequẽtia: quibus religioſos ipſos vocat ficte pauperes, vere opulentos, pingues, ocioſos & hypocritas. Quæ quoniam aliud nihil q̃ cõtumelias, probra & cõuitia ſonant, ex ore maledico prorũpentia: indigna nimirũ ſunt quibus adhibeatur reſpõſio, ſecũdũ illud Sapiẽtis documentũ. Ne reſpõdeas ſtulto iuxta ſtultitiã ſuã: ne efficiaris ei ſimilis.

Matth. 26
Marci. 14
Ioan. 12
Prouer. 26

¶ Obedientiam monaſticam primum de conſilio eſſe, & deinceps de præcepto: atq; per eam, religioſos ſuis omnibus ſuperioribus recto ordine ſubeſſe. Cap. XXXII.

1 VIceſima prima Lutheri obiectio. Circa obediẽtiæ votum bifariam peccant religioſi. tum q̃ illam reponunt ſub cõſilio, cum ſit de præcepto: ſcilicet q̃ inferior obediat ſuperiori, vt filius patri, vxor viro, & ſeruus domino. tum quia per eã vni ſcilicet ſuo præſidenti ſe aligant: & ab omnibus alijs ſuperioribus & æqualibus ſe ſubtrahunt, dicentes ſe ſoli ſuo ſuperiori eam debere. Eſt igitur illud obedientiæ votum: irrationabile & damnãdum. Hæc Lutherus. ¶ 2 Reſponſio. Diuinum quidem præceptum decernit: quemq; ſuo ſuperiori (quem iam habet deſignatum: natura, lege, aut electione præſidentem) obedire debere, vt filium patri, ſubditum principi, vxorem viro, ſeruum domino, monachũ præpoſito monaſterij. Non tamen decernit, eum qui liber eſt, ſubmittere ſe debere huic vel illi patri monaſterij particulatim: in abdicatione vitæ ſecularis. Id enim ſolum relinquitur optioni & arbitrio illius, qui relicto ſeculo vult amplecti profeſſionem monaſticam: vt huic ſe ſubijciat patri cœnobitico in hac domo, vel alteri in altera domo. Neq; idipſum ex diuino pendet præcepto, ſed ſolum eſt de cõſilio:

Roma. 13
1. Petri. 2

q̃ huic vel illi præpoſito monaſterij quis ſe ſubijciat, per obedientiæ votum. At vero poſtq̃ ſubmiſit ſe quiſpiam vltrò per votũ obedientiæ huic patri cœnobij: tum diuini eſt præcepti vt illi tanq̃ ſuo ſuperiori, & quẽ ſponte ſua delegit ſibi præſidem, obediat. Quocirca non ſimpliciter admittendum eſt, obedientiæ votũ ſemper eſſe de præcepto: vt aſſumit Lutherus. ſed diſtinctione vtendum eſt ſupra declarata, capite huius libri vndecimo: cũ de votis generatim fieret ſermo. videlicet, anteq̃ fiat & ędatur deo obedientiæ votum: ipſum eſſe de conſilio, & liberum. cum vero factum fuerit & ædítum: ipſum eſſe de præcepto, atq; neceſſariũ. Quẽadmodum puella nubilis anteq̃ fœdus ineat matrimoniale cum aliquo viro: optionem habet & libertatem vt hũc aut illũ deligat ſibi ſponſum, cui fidem det coniugalem, & obediẽtiam præſtet vxoriam. Vbi vero vni ſe addixerit per vinculum coniugij: diuino iam præcepto obuincitur & obligatur ad exhibendam illi ſocietatem & obedientiam connubialem.

3 ¶ Qz autem religioſus ſoli ſuo præpoſito debeat obedientiæ officiũ, & non cuiq̃ ſuorum in altiore gradu ſuperiorum: neq; ex regula, neq; vſu, neq; ratione recta cõuincitur. Quandoquidẽ nulla monaſtica regula id continet ſtatutum: q̃ ſoli patri monaſterij aſtringitur religioſus obediẽtiam præſtare, & nullis illius ſuperioribus. Neq; vſus aliquis id habet, q̃ monachus ſuo præpoſito tantum ſit ſubiectus: & non epiſcopo illius regionis aut archiepiſcopo, aut ſaltem ſummo põtifici. Deniq; recta ratio id depoſcit: q̃ quicquid ſubijcitur inferiori, ſubijciatur & eius ſuperiori. Cum igitur præpoſitus monaſterij alios habeat ſibi prælatos, ſaltem ſummum pontificẽ: cur illis etiam non ſubijcietur religioſus? Illud igitur à Luthero videtur gratis aſſumptũ, nec vlla munitũ comprobatione: q̃ religioſus ſoli ſuo patri atq; præpoſito, & non illius ſuperiori, debeat obedientiam. ¶ Vicesima ſecunda obiectio. Plærunq; ex monaſterijs accipiuntur aliqui & deligũtur ad gerendum epiſcopatum, cardinalatum, & ſummũ pontificatum: & tunc amplius non ſubijciuntur ſuis patribus in monaſterio, ſed ſunt eis plerũq; ſuperiores. Non eſt igitur illud votum ſubſtantiale: vt quod poſſit diſſolui. Qz ſiquis dixerit, eos qui ita prouehũtur ad eccleſiæ adminiſtrationem, aſſumi ad ſtatum perfectionis: & ergo ipſos per illam promotionẽ relaxari ab obedientiæ vinculo, poteſt huiuſmodi reſpõſio in promptu refelli per hoc quod ante dictum eſt, & adductum. ſtatum religionis eſſe ſtatum perfectionis. Ergo ſi ſtatus prælationis & gubernationis eccleſiaſticæ, quia etiam eſt perfectionis ſtatus, ſoluit ab obediẽtia monaſtica: vnus ſtatus perfectionis eſt alteri etiã ſtatui perfectionis diſſentiens atq; contrarius, quod eſt inconueniens. Hæc Lutherus. ¶ Reſponſio. Ad obedientiam ſuo patri monaſtico exhibẽdam tam diu aſtringitur religioſus: quãdiu in ea fratrum cõgregatione & ſub domus illius clauſtris degit, eidem patri ſubiectus. Qz ſi aſſumatur quis ex monaſterio ad ſtatũ ſublimiorẽ, vtpote

Nõ ſoli ſuo præpoſito, religioſum debere obedientiã: ſed & omnibus eius maioribus.

ad publicam ecclesiæ administrationem: iam amplius illi nō debet obedientiam, quia segregatus ab eius consortio deinceps cōstituitur eo plerunq; superior. Itaq; prouectio illa religiosi ad excelsiorem illum prælationis statum: absoluit ipsum à priore obedientiæ vinculo, quoniam constituit illum extra gregem cæterorum & subiectionem patris monastici. Neq; idcirco probe subinferas: vnum statum perfectionis esse alteri aduersum. Tum quia prælationis gradus, status est perfectionis iã acquisitæ: qua cæteros suæ curæ directionіq; cōmissos perficiat. Religionis vero conditio, status est perfectionis acquirendæ: vt ante iam dictū est, capite huius libri duodecimo, & altero haud dubie inferior. Tum etiam, quia prælationis status non aufert aut sustollit ab eo qui prius monasticam professus est regulam: statum religionis ante susceptū. Debet enim sublimatus ad pontificatum, ea quæ ad suæ religionis monachalis obseruationem attinent, adhuc in gradu illo prælationis implere: modo illa non repugnent statui moderationis ecclesiasticæ. Et q̄is aliqua vnius officia status, deprehendantur nō posse exerceri in altero statu: ex eo tamen non apte collegeris vnum statum esse alteri repugnantē. cum possint ambo simul in vno & eodem homine: secundū diuersas rationes, opera & officia coincidere. ¶ Cęterum ex dictis planum etiã est, 6
quomodo dissoluēda sit alia Lutheri obiectio: præcedenti ferme consimilis, quam hoc modo subijcit. Impossibile est q; monasteria nō habeāt
› præpositos suos: qui præsint, regant & pascant monachos. Nam cōgre-
› gatio multorum sine pastore: est quædam confusio. Huiusmodi autem
› prępositi, alijs obedire non possunt in monasterio: quoniam sunt supre-
› mi, & ipsis alij debent obedire, secundum verbum Pauli ad Hebræos.
Hebræ.13 › Obedite præpositis vestris: & subiacete eis. Ergo illi præpositi non pos-
› sunt seruare votum obedientiæ: quod deo prętiterunt. Q; siquis dicat,
› illos præpositos debere obedire alijs suis maioribus, vt abbatibus, pro-
› uincialibus, ministris generalibus: militat adhuc semper obiectio de sū-
› mo pontifice, ad illū dignitatis apicem assumpto ex monasterio: qui su-
› periorem non habet in terra cui obediat. Hæc Lutherus. ¶ Sed facilis 7
est & ad hanc cauillationem responsio, actum obedientiæ & vsum, præsupponere & ante requirere materiã circa quam exerceatur: vtpote præpositum gradu eminentiorem cui quis obtemperet. Quę quidem materia si desit: non obligatur tunc religiosus ad eam actu exercendã, sed voluntate, qua promptus sit vbi adesset sublimior authoritate cui subijceretur: illi spontaneam præstare obedientiam. Hæc enim promptitudo voluntatis, cum deest facultas operis exequendi: sufficit in cōspectu dei, & integre voto facto satisfacit. Itaq; præpositi monasteriorum: suis in ordine monastico prępositis, vt abbatibus, prouincialibus, ministris generalibus, debent obedientiam. Hi vero si nullū in gradu cœnobitico habent præpositum: episcopis eorum locorū in quibus erecta sunt sua mo-

Statū religionis nequaquā repugnare statui prælationis ecclesiasticæ.

nasteria, & archiepiscopis: aut saltē summo pontifici subiacere debent & obsequi. Episcopi vero ex monasterijs assumpti, iuis archiepiscopis: & hi suis primatibus, & demum summo pontifici obtemperent. Summus vero pontifex, ad apostolicæ sedis gubernacula ex monasterio trāslatus: ipsi deo (cuius est in terris vicarius) obedientiam exhibeat. Et hoc pacto
8 quisq; suo voto plene satisfaciet. ¶ Cæterum iam data responsio confirmationē accipiet solidiorem ex verbis beati Thomæ: secunda secundæ, quæstione centesima octogesima quinta, articulo octauo: in capite præcedente, iam citato. Vbi cum tertio obijcit loco, quòd maxime religiosi obligari videntur ad obedientiam. sed religiosi qui assumuntur ad episcopatum, non tenentur obedire prælatis suarum religionum: quia sunt eis superiores. quare religiosi in episcopos promoti non videntur teneri ad obseruātias regulares. Dissoluit hanc obiectionem tertio loco, id esse per accidens: quòd episcopi religiosi obedire prælatis suarū religionum non tenentur, quia scilicet subditi esse desierunt, sicut & ipsi prælati religionum. Manet tamen adhuc obligatio voti virtualiter, ita scilicet, q; si eis legitime aliquis præficiatur: obedire teneantur, inquantum tenentur obedire statutis regulæ per modum prædictum, & suis superioribus si quos habent. Hæc Thomas. Quæ etiã non parum conducunt ad validiorem obiectionis Lutheranę proxime præcedentis eneuationē: de re-
9 ligioso ad episcopale culmen subuecto, propositę. ¶ De præpositis autē religiosorum, quos præsens in medium affert cauillatio: & id præter dicta est adijciendum, ipsos monasteriorū præpositos obediētiam semper debere particularem regulæ suæ monasticæ quam vouerūt: obseruaturósq; se stabiliter, deo promiserūt. quēadmodum in verbis modo adductis: satis itidem subindicat sanctus Thomas, similiter & beatus Bernardus in libro de pręcepto & dispēsatione: ita dicens. Lego profecto in regula. Hæc consideratio penes abbatem sit: & hoc vel illud esse in prouidentia, vel arbitrio, seu dispositione abbatis. Vt autem pro sua volūtate aliquid mutet: me ibi legisse non recolo. quinimmo in omnibus (inquit) omnes magistram sequātur regulam: nec ab ea temere deuietur à quoq̄. ergo nec ab ipso abbate. Omnes (inquit) magistram sequantur regulam: nemo ergo suam voluntatem. Vbi sane: nec abbatem excipi puto. Videtis quantū necessitati tribuitur: subtrahitur voluntati. Hæc Bernardus: & cætera continuo ordine subsequentia, quæ dilucide monstrant, abbatem etiam regulæ subijci debere. Quod & in verbis, paulo ante eodem loco præcedentibus: non minus euidenter ostendit idem beatus pater, cum ait. Neq; abbas supra regulam est: cui semel & ipse spontanea se professione submisit. Deinde paucis interiectis subnectit. Super fratrum sane transgressiones, non super patrum traditiones cōstituitur, qui abbas eligitur: mandatorum cultor, & vltor vitiorum. Hæc ibi. Videmus itaque, nec ipsis religiosorū præpositis & patribus deesse etiam intra septa mo-

Thomas Aquinas.

Bernardus.

Idem.

naſterij & clauſtra: debitam obedientiæ materiam. ¶Poſtremum nec ipſi ſummo pontifici, ex monaſterij ſolitudine ad ſupremum apicem moderationis eccleſiaſticæ prouecto: deficit argumentū præſtandæ obedientiæ. Obtemperare ſiquidem ſemper debet deo (vt dictū eſt) diuinæq; legi, & omni etiam humanæ, totam fidelium multitudinem concernenti, legi: ad pietatem religionis & honeſtatem vitæ potiſſimum ſpectanti. Quāuis enim nemo in eum poteſtatem coërcendi exequi poſſit: nihilo tamen minus legibus, totum Chriſtianorum cœtum & ſuæ conditionē adminiſtrationis reſpicientibus, etiam eſt obnoxius. Quas ſi præuaricatur: eſt qui quærat & iudicet deus, & vniuerſalis etiam eccleſia, de eo iudiciū ferre poteſt. Ad quēcunq; igitur primatus gradū, eccleſiaſticæq; dignitatis faſtigium prouehantur religioſi: legitimā ſemper habent obedientiæ præſtandę materiam, & aliquid cui debent morigerari, nec vnq̄ ſimpliciter & omnino abſoluitur ab obedientiæ vinculo.

Sūmus pōtifex: legibꝰ eccleſiaſticis debet obedire.

¶Annum, quem probationis vocant, in ſuſcipiendis ad monaſteria religioſis recte inſtitutum eſſe: vt eorum quæ ſubeunda ſunt onerum, faciant ante periculum. Cap. XXXIII.

AIceſima tertia Lutheri obiectio. Apud omnia monaſteria mos iſte increbruit: quo ingreſſuris domum monaſticā conceditur annus probationis, ad faciendū periculum: ſi caſte viuere poſſit qui eſt voturus. & vbi toto eo anno probata eſt eius caſtitas atq; ſpectata: tunc recipitur in monaſterio. Illud autem: friuolum eſt inſtitutum. quia non ſufficit annus ad illius rei experimentū: ſed tota vita neceſſaria eſt. Fieri nempe poteſt, vt vno anno, duobus aut tribus, quis caſte viuat: poſtea vero vel carne ebulliente in libidinem, aut igneo flatu ſatanæ, qui ardere facit prunas (vt ait Iob) idem grauiſſimas carnis moleſtias patietur: & forte ſuccumbet tentationi. Ego ipſe (ait Lutherus) in me & multis aliis expertus ſum: quàm pacatus & quietus ſoleat eſſe ſatan: in primo anno ſacerdotij & monachatus, vt nihil iucundius eſſe videatur caſtitate. Sed hoc facit inſidiator & hoſtis in tentationem & laqueum: vt poſtea grauius impugnet & proſternat hominem. Huic autē hoſtis noſtri machinationi: ſimilis eſt annus probationis religioſorum. Merito igitur improbandus eſt & damnandus. Hæc Lutherus. ¶Reſponſio. Falſæ innititur hypotheſi hæc obiectio: proponens annum probationis concedi ingreſſuris religionem, duntaxat ad ſumendum de ſeruanda caſtitate experimentum, & non aliam ob cauſam: quod vtiq; falſum eſt. Ille ſiquidem ad cæterarum etiam virtutum experientiam capiendam in neophito religionis alumno: vt patientiæ, humilitatis, manſuetudinis ac diligentiæ, inſtitutus eſt: & non tantum caſtitatis. Quinimmo annus ille probationis, potiſſimum ad hunc ordinatus eſt finem: vt ingreſſurus domum cœnobiticam ſpectet mores, victum, amictum,

Iob. 41

Ad quid ordinatur annus probationis in religioſis.

ieiunia, vigilias, ſtratoria, & alia cum ad corporis tum ad animi exercitium pertinentia onera. atque de ijs omnibus periculum faciat, an perferre ea valuerit nec'ne: anteq̄ ſe alliget illi vitæ inſtituto. At vbi toto anni curriculo verſauerit ſecum animo, quid ferre recuſent, quid valeāt hu meri: tum demum aut ſubeat iugum monaſticū, aut detrectet illud pro ſuo arbitrio. Sane cum nō minus aliarum virtutum quàm caſtitatis, in religioſo expoſcantur opera, cum item alia permulta pręter caſtitatis integritatem ferenda ſint onera in monaſterio: oportet ea omnia etiam ante tentare, quàm ſuſcipiantur perpetuo ſuſtinenda, ne quis ſe incautum irretiat laqueo inextricabili. ¶Quod vero de ſerpētis antiqui proponit inſidijs Lutherus, in principio profeſſionis ſacerdotalis aut monaſticæ, deſiſtentis ad tempus ab impugnatione caſtitatis, vt poſtea incautū grauius opprimat: verum quidem plærunq; eſſe conſpicitur. Sed hoc neminem deterrere, aut ad ſeruandæ continentiæ diffidentiam debet inclinare: quin potius reddere vnumquēq; cautiorem, vt ad technas illas & dolos hoſtis vafri ſedulus inuigilet. Nec in præterita caſtitate confidat: ſed in domino deo ſpem ſuam reponat, ipſumq; inuocet aſſidue in ſuum adiutorium: vt ipſo auxiliatore poſſit omnia tela nequiſſimi ignea extinguere. Præterea, ieiunia, ſanctā animi occupationem in pijs meditationibus, ſacram lectionem, & alia honeſta ſtudia exercitiaq; non intermittat vnq̄: quibus hoc genus dæmoniorum eijci ſolet. Et vbi in his perſeuerauerit diutius aut ſacerdotio inſignitus quiſpiā, aut monaſticæ addictus diſciplinæ: incolumem ad obitū vſq; adiutore deo caſtitatem ſeruabit. Neq; huic tentatoris machinationi ſimilis eſt annus probationis: vt aſſumit Lutherus. ſed ad veritatem agnoſcendā, non autem ad ſimulationem aut diſſimulationem, is eſt conſtitutus: & ad religionis obſeruantiā integriorē ſummopere adminicularius. Neq; laqueū inijcit idem pedibus nouitiorū, ſed plane oculis eorum corā obijcit perferenda onera: ne ea ſubeant incauti anteq̄ habeant ipſa explorata, annuóq; experimento perſpecta. ¶Vicesima quarta & vltima Lutheri obiectio. In domibus etiam monaſticis annos profeſſionis definiunt ipſi patres: alijs quartumdecimum, alijs autem decimumoctauum ætatis annum, cuius quidem definiendi nullum habent ius. Nihilo minus ſatis placet mihi (inquit) modus aliquorum: qui monachis ante decimumoctauum ætatis annum ingreſſis monaſteriū, faciunt copiam abeundi. Sed & id mihi dolet (ait) quòd ij & alij omnes non faciunt omnibus religioſis facultatem abeundi: qui ante ſexageſimum annum ſunt profeſſi. vt beatum Paulum ex parte imitarentur: qui viduas minores annis ſexaginta reijcit, ne aſſumantur alendæ eccleſiarum facultatibus. Nam viros (inquit) cū ſint robuſtiore ac vegetiore corpore, tardiúſq; fœminis emoriantur: ſeptuageſimo vel octogeſimo anno demum recipi oportebit. Hęc Lutherus. ¶Reſponſio. Non ſunt quoquo pacto improbādi, qui

Ephe. 6

Annus probatiōis: ſubdolę machinationi ſatanæ nō eſt conferendus.

1. Timo. 5

decimum quartũ deſignant ætatis annum faciendæ profeſſioni monaſticæ: quòd is in viris, pubertatis aſſignetur annus, quo pullulare ſolent & inſurgere aculei libidinum: qui per religionis auſteritatem & arctitudinem reprimantur. Neque etiam ij, qui decimũ octauum ætatis annum determinant ad profeſſionem monaſticam ſuſcipiendam: ſunt vituperandi. quoniam circa hunc ætatis terminũ efferueſcere ſolet petulantia adoleſcentiæ, ac proruere in libidinem: niſi lupatis freniſq; coërceatur. Ad quam frenandã: vitæ monaſticæ inſtitutio, abſtinentia, fuga ſeculi & ſolitudo monaſterij: maiorem in modum confert. Vtriq; autem patres monaſtici, & qui decimum quartum & qui decimum octauum ætatis annum determinãt profeſſioni monachali, necnon ij qui eo ſuæ ætatis curſu ſubeunt ipſam profeſſionem monaſticam: ſequuntur in eo opere, ſalu-

Eccẽs.12 tare monitum Eccleſiaſtis, ita dicẽtis. Memento creatoris tui: in diebus

Threno.3 iuuẽtutis tuæ. Et id Hieremiæ dictũ: in Threnis. Bonũ eſt viro: cũ portauerit iugum ab adoleſcentia ſua. Sedebit ſolitarius & tacebit: quia leuauit ſe ſuper ſe. Quandoquidem ſecundum vulgatum id prouerbium

Prouer.22 quod proponit Salomon, adoleſcens iuxta viam ſuam: etiã cum ſenuerit, non recedet ab ea. Sequũtur & illud ſalubre domini verbum ad eos:

Matth.19 qui increpabant parentes, filios ſuos offerentes CHRISTO. Sinite paruulos venire ad me: talium enim eſt regnum cælorũ. Imitantur & exem-

Lucæ.1 plum beati Ioãnis baptiſtæ: qui in puerilibus annis ſubijt deſertũ, & admirandam vitæ auſteritatem adhuc tenellus eſt aggreſſus. Æmulantur & exempla multorum ſanctorũ patrum, qui in tenera adhuc ætate conſtituti, vocante eos deo reliquerunt mundũ cum ſuis concupiſcentijs: & ad eremi ſolitudinẽ aut trãquilla monaſterij clauſtra cõuolarunt. ¶Q; 6
autem obiectat Lutherus ipſos monaſteriorum inſtitutores non habere ius definiendi annos ætatis quibus iniri debeat profeſſio vitæ monachi-

Patres monaſticos recte inſtituiſſe tempus faciẽdæ profeſſionis. cæ: nihil habet roboris & veritatis. Quoniã eadem authoritate à ſpiritu ſancto accepta, & regulam illam monachalem inſtituerunt: & circunſtantias ad eam amplectendam conferentes, vt locum, tempus, victum, amictum, & cætera id genus regulæ ſuæ inſtituta: ordinarunt. Inter quæ, tempus aſſumendæ profeſſionis etiam debuit certo quodam limite determinari. Nihil ergo præter officiũ egerunt venerandi patres, monaſticæ inſtitutionis authores: quòd & annos ætatis definierint, quibus ſubiri debeat diſciplinæ regularis iugum & profeſſio. ¶De ijs vero, qui 7
monachis ante decimum octauum ætatis annum ingreſſis monaſteriũ, faciunt abeundi copiam (ſi modo vſpiam gentium ſint tales monaſteriorum patres: vt hic deinde proponit Lutherus) dicendum videtur, quòd ſi illis religioſis ante id ætatis tempus iam legitime profeſſis eam vitã & voto aſtrictis, dant facultatem abeũdi, relictóq; habitu monaſtico redeundi ad ſeculũ: perperam faciunt illi cœnobiorũ prępoſiti, & maxime ſunt improbãdi. quia cogunt huiuſmodi religioſos apoſtatare, poſt vota

in propatulo rite ædita: per quæ, ſe & reliquam vitam ſuam deo ſponte deuouerunt ac conſecrarunt. Quippe non poſſunt illi monaſteriorũ rectores, vota iam recte nũcupata reddere irrita: ad quæ perficienda, diuino iam præcepto ſunt aſtricti, quod nequeunt illi relaxare. Sin vero talibus nouitijs ante factam profeſſionẽ, monaſtici patres ita faciũt abeundi copiam: vt non recipiant eos ad profeſſionem faciendã ante decimum octauũ ętatis annũ. & ergo dant illis optionẽ (quoniã adhuc liberi ſunt: & in tempore probationis cõſtituti) aut relicta domo cœnobitica redeũdi ad ſeculum, aut expectandi in ipſo monaſterio id tempus ætatis quo profeſſionẽ publicam ſubeãt: non eſt illud vſquequaq; improbandum. præſertim in ijs monaſterijs vbi grauis eſt vitæ auſteritas & tãtus rigor abſtinentiæ: vt minor q̃ decem & octo annorũ ætas, non foret par monaſtico labori atq; oneri perferendo. In quibus auſterioribus clauſtris & cœnobijs, & illam habent (vt accepi) inter cæteras conſtitutionẽ: q; nemi-

Quare in aliquibus locis, ante decimum octauum ætatis annum: non admittitur quiſquã ad profeſſionẽ monaſticã.

nem admittunt ad ſuæ inſtitutionis monaſticæ profeſſionẽ, niſi decimũ octauũ ætatis annum fuerit ingreſſus. Quæ ſane conſtitutio, admodum conſentanea eſt illi decreto: quod ex regiſtro Gregorij adducitur in epiſtolis decretalibus, titulo de regularibus & trãſeuntibus ad religionem, cap. quia in inſulis, hoc mõdo. Quia in inſulis dura eſt congregatio monachorum: pueros in eorũ monaſterijs ante decimũ octauũ annum ſuſcipi prohibemus. Vbi gloſſa reddens rationem determinationis illius ætatis decem & octo annorũ, ait. Hoc ſpeciale eſt: propter aſperitatẽ locorũ. Aliàs regulare eſt: q; poſt tempus pubertatis, tam maſculi tam fœminæ poſſunt profiteri. Hæc ibi. Tempus autem pubertatis in maſculis, aſſignatur decimuſquartus ętatis annus: & in fœminis, duodecimus. Regulari igitur obſeruatione (vbi peculiaris aliqua conſtitutio: illi generali nõ derogat) maſculus expleto decimoquarto anno poteſt ſubire profeſſionẽ monaſticã. vt ex prædicto titulo epiſtolarũ decretalium, cap. ad noſtrã. & cap. ſignificatũ eſt: ſatis conſtat. & fœmina: cõſummato anno duodecimo. Valeant igitur Lutherana placita: quæ de ætate qua ſubeundũ eſt monaſterium, hic effutiuntur, quoniam ſanctionibus pontificijs & rectæ rationi: prorſus ſunt aduerſa.

¶Non eſſe expectandã ſenilem & decrepitã ætatem, ad ſubeundũ monaſticæ vitæ iugũ: vt vult Lutherus. Ca. XXXIIII.

1 AT vero quod in poſtrema ſua obiectione, circa præcedentis capitis medium poſita proponit Lutherus: de ijs omnibus religioſis ſua quidem ſententia dimittendis, vt abeant liberi relicta cuculla & reuertãtur ad ſeculum, qui ante ſexageſimũ ætatis ſuæ annum fuerint vitã cœnobiticã profeſſi: ridiculum potius eſt & inſaniæ proximum, quàm ſerio confutandum. Idipſum enim eſſet, feruorẽ adoleſcentiæ deſpumantem in libidinem, dedicare dæmoni & deſideriſs

huius seculi: vbi tamen vegetius est naturæ robur, ad ieiunia & cætera monasterij onera ferenda. Senilem vero ætatem, effœtam, & viribus fractam, post expletas fortasse libidines (quibus ea grandior ætas amplius non est accommoda: ob frigescentem ac langueſcentem naturæ calorem) dedicare deo: cum ob debilitatem & imbecillitatem ætatis nulla ferri possent amplius onera monasterij. Certe idipsum non esset caput & caudã
Leuiti.3 offerre deo in sacrificium (quod tamen dominus in Leuitico fieri iubet) sed caput vitijs & concupiscentijs addicere, dederéq; flagitijs: caudam
Quid est: caput & caudam offerre deo in sacrificiũ. vero (cum florentior ætas in peccatis est transacta) dedicare deo. & ita quod potissimũ est & optimum, consecraretur satanæ: quod vero deterrimum & elanguidum atq; debile, deo. Non est profecto hæc æqua, nec deo grata partitio: à quo cum acceperimus omnia, illi nimirũ & omnia debemus. ¶Sed & hoc loco audiatur beatus Ioannes Chrysostomus: 2
in tertio libro aduersus vituperatores vitæ monasticæ, hanc improbam
Chrysostomus sententiam de differenda in senectutẽ religionis susceptione confutans, his verbis. Quid ergo? Post matrimonium inquies & liberos, non licebit hanc philosophiam apprehendere: cum ad senectutem filius peruenerit? Et quis tandem ille erit: qui polliceatur ad extremam nos peruehẽdos esse senectutem? q̃q; cum ad illam peruenerimus: hac in voluntate & sententia perseuerabimus? Neque enim sumus domini, præstituti ac definiti vitæ nostræ temporis: atq; hoc Paulus nos docuit, cum diceret:
1.Thessa.5 Dies domini sicut fur in nocte, ita veniet. Neq; rursus in eadẽ semper alacritate propositi: cogitationes nostræ perseuerant. Quocirca sapiens
Eccl.5 quidam admonet dicens. Ne moreris conuerti ad dominũ: neq; differas de die in diem. ne forte cum moram trahis: conteraris, atq; in tempore vltionis pereas. Nempe si nihil horum quoq; incertum esset: ne sic quidem liberos nostros differre deberemus. ne tãta detrimenta, quãta mox aperiemus: ex dilatione ista paterẽtur. Esset profecto incredibilis amentiæ & fatuitatis, immo vero summæ immanitatis: si cum iuueni opus esset adiutorio, aduersariúsq; vehementer immineret: tunc illum iuberemus quietem agere, mundanisq; immiscerí negocijs, vt capi facilius posset. Cum vero vulneribus innumeris confossus iaceret, nullaque ex parte esset integer: tunc illum vt se erigeret atque armaret hortaremur, iacentem iam & saucium, atq; omnino debilem. Ita sane inquies. Tunc enim & lucta leuior, & dimicatio facilior futura est: iam extinctis voluptatibus. Quænam tunc dimicatio, quæ pugna erit: cum nullus sit compar qui nos prouocet, nullus qui prælio lacessat? Ita profecto: ne coro-
Threno.3 nis quidẽ illustrioribus donabimur. Beatus enim, inquit, qui tulit iugũ graue ab adolescentia sua, sedebit solitarius & tacebit. Hic plane, hic miraculis innumeris est dignus, hic & laudari & beatissimus meretur dici: qui rebelles insanósq; naturales motus ratione frenare perrexerit, atq; in ipso impetu tempestatis & turbinis illesam seruarit nauem. Hæc

Chrysostomus. Qui deinde continuo eiusdẽ loci progressu latius ostendit, ab ineunte statim ætate potius arripiendam esse religionis monasticæ viam: cum necdum vitijs imbutus animus, capessendis virtutibus habilis est & idoneus, atq; ad subeundũ cum hoste antiquo certamen, alacrior: q̃ differendam esse huius vitæ professionem vsq; in extremam senectam, vbi totum studiũ & tempus cõsumi tum debeat ad diluenda prioris ætatis peccata: nullúmq; ferme suppetat, ad virtutes comparandas.
3 ¶Quod autem de vidua non minoris ætatis q̃ sexaginta annorũ, admit 1.Timo.5
tenda vt alatur facultatibus ecclesiæ, adducit ex beato Paulo Lutherus in obiectione proximi capitis: nihil ad rem suam facit. Nempe alia est ratio eius qui ingreditur religionem monasticã ad ferenda illius onera, ieiunia, vigilias, officiorum ecclesiasticorũ celebrationẽ, victus parsimoniam, vestium asperitatem & cætera consimilia, ad quæ perferenda: tam sera ætas omnino est inepta & imbecillis. & alia prorsus ratio ipsius viduæ, alendæ opibus ecclesiæ, quæ ad nulla deputatur laboriosa officia ecclesiæ præstanda: nisi forsan ad cõmunia & generalia obsequia. qualia sunt: crebra ad deũ & quotidiana oratio, non intermissa templi frequentatio, officijq; ecclesiastici assidua auditio: & similia id genus. Cuiusmodi opera exercuisse legitur apud Lucã Anna prophetissa, filia Phanuel: Lucæ.2
vere viduarum memorabile exemplum. Quinimmo vidua illa, de qua Paulus agit apud Timotheũ: vt digna haberetur alimonia ecclesiæ, debuit priore ętatis suæ tempore opera laboriosa exercuisse, & pia in alios officia: non autẽ post susceptã alimentorũ gratiam, talia exercere. Vidua
(inquit) eligatur nõ minus sexaginta annorũ: quę fuerit vnius viri vxor, 1.Timo.5
in operibus bonis testimoniũ habens. si filios educauit, si hospitio recepit, si sanctorũ pedes lauit: si tribulationẽ patientibus subministrauit, si omne opus bonum subsecuta est. Ecce actuosa prioris ætatis obsequia: quæ præstitisse debuit vidua, antequã facultatibus ecclesiæ aleretur. De ijs vero quæ post susceptã ab ecclesia alimoniã exhibere debuit officijs: ne vnum quidem verbum prolocutus est Paulus. In subeundo vero monasterij iugo: cõtrà res agitur. nec præteritorũ operum ibidem habetur ratio, quæ transacta sunt in seculo: sed futurorum, quæ in cœnobio non sine graui sarcina & onere sunt peragẽda, & quibus explendis ætas ido
4 nea atque accõmoda debet adaptari. ¶Verũtamen animaduertere non Pro quo tẽpore & statu ecclesiæ: vidua sexaginta annorum erat eligenda.
fuerit hic indignum, institutum illud apostoli de vidua minore natu q̃ sexagenaria, non enutrienda emolumentis ecclesię: temporarium fuisse, & pro eo quidem tempore sancitũ, quo exiguæ & permodicæ erant facultates ecclesiasticę: & viduæ adolescẽtiores, propensiores erãt ad petẽdã huiusmodi ab ecclesia sustẽtationẽ. quæ tamen promissam voto castitatẽ non seruabãt: sed primã fidem (vt ait apostolus) irritã fecerũt. Quocirca cum postea ecclesia maiore afflueret rerũ copia, & facta esset opulentior, spectatáq; foret firmior viduarũ iuniorũ in proposito castitatis Idem.

constantia:non fuit inconueniens,viduas ab ecclesia alendas assumi ante annum sexagesimũ. ¶Demum & id magis ridẽdum: quod eodem in loco postremæ suæ obiectionis subijcit Lutherus, religiosos scilicet septuagesimo primum ætatis anno aut octogesimo, in monasteriũ recipi debere. Et plane addubitandũ est meo iudicio:serio ne illud proponat, an ioco. Nam si serio id astruere se dicat:prorsus delirare videtur,& hac esse pulsandus interrogatione,cuinam officio aut labori monastico idoneus esset septuagenarius aut grãdiore ætate vir,defectus viribus & inutilis annis? cui ob decrepitam ætatẽ potius ab alijs esset inseruiendũ:q̃ ipse inseruiat officijs monasterij.cui item potius tereti opus esset bacillo ad senilia membra fulcienda: q̃ libro ad officium ecclesiasticũ explendũ, aut ieiunio ad castigandũ corpus iam præmortuũ. ¶Porrò ex hac dilutione haud difficile etiam fuerit respondere adhuc vni ratiunculæ:quam tanq̃ appendicẽ annectit ante dictis Lutherus,hoc modo. Nonnulli ante decimũ octauũ ætatis annum professos absoluũt à voto religionis: & liberos abire sinunt. & id ratione imbecillitatis corporis:aut stimulantis libidinis. At nonnullos est inuenire:qui in tricesimo,quadragesimo aut quinquagesimo ætatis anno tantã habent imbecillitatẽ aut libidinis feruorem:sicut alij in decimo octauo. Ergo eadem ratione & hos quantacunq; fuerint ætate,debent absoluere & dimittere liberos abire: neq; vllum determinare annum quo eos constringerent ad vota.sed permittere & statuere:q; omnia vota sint temporalia & libera. Alioqui sunt crudelissimi & cruentissimi animicidæ. Hæc Lutherus. ¶Cui paucis satisfaciendum est,ipsum eandẽ concinere cantilenam in calce sui operis: quã cecinerat in principio, & ad quã tota illius sui de votis monasticis libri tendit elaboratio. vota scilicet monastica nõ debere esse perpetua:sed solum ad tempus, & cum ea libertate: q; liceret ab eis reuocare pedem cũ libitum foret,animoq; vouẽtis sederet. Sed hoc neq; suis rationibus adhuc effecit:neq; alijs quibuscunq; assequetur vnq̃. Firmum est enim monasticæ institutionis fundamentũ & inconcussum:quod votorũ perennitati & perpetuitati indimobiliter innititur. Quantũ autem ad postremã hanc obiectiunculam attinet: respondendum est, ipsam debili fulcimẽto stabiliri & prorsus inualido. huic videlicet:q; recte agãt illi(si qui vspiã locorum sint tales)qui professos debite vitã monachalem & solenni iam voto astrictos:ante decimum octauũ ætatis annum propter imbecillitatem corporis aut infestationẽ libidinis absoluunt à voto religionis,& liberos à se dimittunt vt redeant ad seculũ. Nã neq; propter eas causas geminas neq; aliã quãcunq;:id attẽtare queũt patres monastici.ne id quod semel deo legitime dedicatum est: rursus ad prophanos conuertãt vsus. Quare nec in quacunq; maiore ætate propter easdem causas aut alias quascunq;,potest à rectoribus monasteriorum fieri circa quempiam illa votorum relaxatio: qua posti q̃ ipsa deo rite sunt facta, reuocentur vt

Septuagenarium & octogenariũ:non esse suscipiendæ vitę monasticę idoneum.

irrita:atq; soluantur. Quod enim semel deo consecratum est: non potest humano arbitrio illi auferri,& mundanis actibus applicari. Et id quidem si locum habet in vasis, locis & vestimentis, ecclesiastico vsui semel accommodatis: quanto magis habere debet locũ in templis dei animatis,& viuis lapidibus & vasis, per solenne votum diuino cultui perpetuo dedicatis? quemadmodum circa libri huius principium,vtputa capite quarto:latius est patefactum. ¶Sed iam tempus adest vt vela complicemus:excussis pene omnibus locis,in libro Lutherano de votis monasticis inscripto, trutinationem & examen exposcentibus. Nam siqui reliqui sunt illius operis loci,discussionem exquirentes,quos hic non attigimus:illi sufficienter per ea quæ præsenti in libro adduximus,confutari possunt & elidi. Enitendũmq; nobis est summopere, vt repudiatis quibuslibet impuris & prauis dogmatibus:in syncæritate fidei doctrinæq; catholicæ,inconcussi permaneamus. profitentes primum,ecclesiasticas sanctiones eam habere vim obligatoriã: vt citra salutis animæ detrimentum infringi non queant. censentes itidem,ecclesiasticum sacerdotium ab ordine laicorum esse omnino diremptum:& sacrosanctam eucharistiam in altaris officio consecratam,esse verum & vnicum nouæ legis sacrificium. denicq; sentientes & vota monastica recte esse instituta:& in totum vitæ reliquum tempus obligatoria. Vt his & alijs ecclesiæ sanctæ traditionibus sacris firmiter inhęrẽtes:viam nobis paremus ad subeundam demum sanctam ciuitatem Hierusalem,quæ est sursum mater nostra. vbi est vera,seruitutis omnis expers,libertas . vbi & ecclesia sanctorum:sine fine triumphãs. vbi etiam syncæra est religio & immaculata habitantium in tabernaculo domini: ipsumq; perpetuo laudantium. Cui pro consummato hoc opere:sit laus,honor,& gloria, atq; gratiarũ actio:per æterna secula. Amen. Leui.27

Totius operis epilogi: materiam triũ librorũ paucis cõstringens.

EXPLETVM EST HOC OPVS CONTRA
Lutherum, in tres libros dissectum: atq; prælo
excusum, apud florentissimum Parisiorum
gymnasium: in officina Simonis Colinæi:
é regione scholæ Decretorum collocata,
vbi & venale habetur. Anno ab in-
carnatione domini(qui obedien-
tiæ,pietatis, & religionis est
amator)vicesimo quarto,
supra millesimum &
quingentesimum:
die vero decima
tertia Octo-
bris.

¶INDEX EORVMQVÆ INHOC TRIPARTITO opere pertractantur: in ſingulis libris per capitum ordinem digeſtus.

¶In primo libro: hæc determinantur.

¶QVid Chriſtianæ libertatis nomine, itidem & eccleſiaſticæ: deſignatur apud Lutherum & aſſectatores eius. Cap. I

¶Nõnulla Lutheri dicta, quibus ſuam aſtruit libertatem Chriſtianã: in hoc libro improbanda. II

¶Præter ea quæ ſacrum continet euãgelium: tempore apoſtolorum fuiſſe plæraq; conſtituta, ad rectam totius eccleſiæ moderationem. III

¶Sanctorum patrum teſtimonio id etiam oſtendi, q; multa circa eccleſiæ primitiuæ exordium fuerint conſtituta: quæ non ſunt in euangelio aperte conſcripta. IIII

¶Beatũ Dionyſiũ Areopagitam à ſancto Paulo cõuerſum: eſſe eorum ſacrorum operum, quæ vulgo ipſi aſcribuntur, authorem. V

¶Authoritate Damaſceni & aliorum ſanctorum patrum: idem quod modo oſtenſum eſt, comprobari. eminentiamq; diuinę Dionyſij doctrinæ: contra Lutheri obtrectationem, eorundem teſtimonio demonſtrari. VI

¶Dionyſium etiam Areopagitam, in Galliam ad CHRISTVM illi annunciandum veniſſe: & apud Lutetiam Pariſiorũ, glorioſum conſummaſſe ſuum martyrium. VII

¶Diſſolutio rationum aduerſæ partis: cõuincere nitentium, opera quæ Dionyſij nomine ſunt annotata, non eſſe Dionyſij Areopagitæ: ſed alterius cuiuſpiam authoris. VIII

¶Aliarum adhuc rationum, quas aduerſæ partis defenſatores adducunt, diſſolutio: corroborans, opera Dionyſio attributa, eſſe Dionyſij Areopagitæ. IX

¶A patribus eccleſię moderatoribus recte conſtitui poſſe leges obligatorias: quarum tranſgreſſio inducat mortalis culpæ labem, æternæq; damnationis reatum. X

¶Eccleſiæ primores ac præſides poſſe leges obligatorias condere, etiam cum adiecta interminatione: q; earum tranſgreſſores incurrant peccati mortalis reatum. XI

¶Alijs inſuper rationibus, vim obligatoriam conſtitutionum eccleſiaſticarum, qua fideles conſtringunt & coarctant: comprobari. XII

¶CHRISTVM non omnia præcepta ad eccleſiæ catholicæ ſtatum cõferentia: in euangelio particulatim expreſſiſſe. XIII

¶Q̃uis euangelium, ad ſalutem ſit ſufficiens: non tamen omnia in eo aperte ac particulatim contineri, quæ nobis ad conſequendam vitam æternam ſunt neceſſaria. XIIII

¶Veteris legis cærimonias, ab apoſtolis aboleri iuſſas: non autem ſanctiones ſacras, in nouo teſtamento ad integriorem euangelij obſeruationem ordinatas. XV

¶Eccleſiæ antiſtites & rectores, tranſgreſſoribus eccleſiaſticarũ legum recte interminari mortalis culpæ ac dãnationis æternæ reatum. XVI

¶Concilia generalia, ab errore noxio prorſus eſſe aliena: eadémq; recte in ſuis canonibus pœnam tranſgreſſoribus indicere. XVII

¶Non omnes humanas traditiones, ſine diſcrimine à deo reprobari: ſed eas duntaxat, quæ diuinis prę̃ceptis ſunt contrariæ, & animarum ſaluti officiunt. XVIII

¶Chriſtianos omnes obligari ad obſeruãdas eccleſię leges: etſi eas aliter boni & aliter improbi ſoleãt exequi, diuerſoq; cõſtituto fine. XIX

¶Non eſſe inſimulãdos crudelitatis, eccleſiæ primates: q; leges eius cõdiderint obligatorias cum adiectione pœnarum. XX

¶Non eſſe improbandum nec abrogandũ cælibatum ſacerdotum: q̃uis nonnulli per vitæ incontinentiam illum contaminent. XXI

¶Ob multitudinem præuaricantiũ indicta ieiunia: non eſſe tollendum eccleſiæ de ieiunijs ſeruandis præceptum. XXII

¶Quænam ſit vera libertas Chriſtiana & euangelica: quam ſibi aſciſcere debent omnes atq; comparare. XXIII

¶Quidnam de ſeptem dictis Lutheranis in principio huius libri propoſitis, eſt ſentiendum: & præſertim de primo. XXIIII

¶Quid item de ſecundo, & ſequẽtibus duobus Lutheri articulis prius poſitis: cenſendum eſt. XXV

¶Solam fidem, nequaq̃ ad ſalutem ſufficere: ſed cum ea, & bona opera eſſe homini neceſſaria. XXVI

¶Opera bona in nobis non eſſe peccata: vt ſentit perperã Lutherus. & per ea, hominẽ iuſtificari atq; iuſtum reddi: quod idem negat. XXVII

¶Quid de quinto Lutheri articulo prius poſito, & ſexto: ferendum eſt iudicij. XXVIII

¶Quid demum de ſeptimo, poſtremóq; Lutheri articulo, cærimoniiſq; eccleſiaſticis: eſt ſentiendum. XXIX

¶In ſecundo libro: hæc diſcutiuntur.

AVam abſurda ſit Lutherana ſententia: de toto ordine eccleſiaſtico, de diſtinctione ſacerdotij, & de ſacrificio miſſæ. I

¶Eccleſiam CHRISTI, diuerſos gradus atq; ordines ſortiri: quibus decenter ac concinne diſtinguitur. II

¶Alijs insuper rationibus ex scriptura depromptis, ostendi diuersitatem graduum: in ecclesiæ integritate constituendorum. III
¶Non omnes Christianos, sine ætatis & sexus discrimine: habendos esse, dicendósq; sacerdotes. IIII
¶Alijs adhuc rationibus demonstrari: nõ omnes Christianos sine quouis discrimine, esse sacerdotes. V
¶Rationum Lutheranarũ comprobare nitẽtium, commune omnibus Christianis esse sacerdotium euangelicũ & nouæ legis: dissolutio. VI
¶Non ad omnes Christianos pertinere ministeriũ publice prædicandi verbum dei: sed ad eos tantum, qui ad illud munus exercendum, potestatem à superioribus suis acceperunt. VII
¶Non esse abrogandam missam priuatam: nec solis diebus dominicis celebrandum populo mysterium missæ, vt contendit Lutherus contra ecclesiasticum institutum. VIII
¶Non expedire, in hoc ecclesiæ tempore astringi laicos ad sumendam singulis diebus dominicis sanctam eucharistiã: vt vult Lutherus. IX
¶Sacramentum altaris, in missa secundum ritum ecclesiæ oblatum: vere esse & dici debere sacrificium nouæ legis, contra Lutheri sententiam. X
¶Ecclesiæ sanctæ authoritate, & scriptorum ecclesiasticorum testimonio comprobari: missam esse sacrificium. XI
¶Sanctionum etiam pontificiarum iurisq; canonici testimonio ostendi: q̃p sacramentum eucharistiæ in missę celebratione oblatum, sit verum & singulare sacrificium. XII
¶Rationum Lutheranarum, sacramentum altaris non esse sacrificium, contendentium: dissolutio. XIII
¶In sacramenti eucharistiæ prima institutione, non solum verba contineri promissionẽ significãtia: sed & ea, quæ designant offerendi actũ & ministerium. XIIII
¶Ipsius sacramenti eucharistiæ manducationem & sumptionem: nequaq̃ repugnare rationi sacrificij, prius deo oblati. XV
¶Diuersis rationibus, sanctum eucharistiæ sacramentum: & testamentum nonnunq̃ recte dici, & sacrificium. XVI
¶Sacrum missæ canonem, pie & recte compositum esse: eundémq; in magna veneratione haberi debere. XVII
¶Officium ecclesiasticum de sancto eucharistiæ sacramento: luculenter & præclare compositum esse. XVIII
¶Q; recte constitutum sit: verba consecrationis panis & calicis, debere esse secreta. illorúmq; formam à quopiam mutari nõ posse: citra propriæ salutis iacturam. XIX
¶Rationabilem esse constitutionem ecclesiasticam: q̃p à ieiunis consecretur & sumatur eucharistia, contra Lutheri placitum. XX
¶Sacerdotem in missæ officio debere sumere sacramentum eucharistię, à se consecratũ: cõtra Lutheri id negantis impietatem & vesaniã. XXI
¶Vnam hostiæ consecratæ partem: in officio missæ, sanctis æternæ gloriæ consortibus recte deputari. XXII
¶Non esse improbandam, solicitam sui præparationẽ: ad debitam sanctæ eucharistiæ perceptionem. XXIII
¶Horarum canonicarum lectionem, non esse damnãdam: & quam ob causam illa est instituta. XXIIII
¶Rationum, quibus horarum canonicarum lectionem improbat Lutherus: dissolutio. XXV
¶Authoritate sacræ scripturæ & probatorum authorum comprobari: q̃p ponendum sit purgatorium. XXVI
¶Suffragia viuentium prodesse animabus defunctorum: & potissimũ, sancti altaris sacrificium. XXVII
¶Non esse leuiter credendas, nec in vniuersum damnandas: mortuorũ, quæ viuis fieri dicuntur, apparitiones. XXVIII
¶Non esse etiam improbanda, publica rei literariæ gymnasia, neq; in disciplinarum professione magisteria: contra Lutheri placitum. XXIX
¶Gymnasiorũ per alias adhuc rationes approbatio: & rationum Lutheri illa improbantium, dissolutio. XXX

¶In tertio libro: hæc pertractantur.

QVàm graue sit malum: monasticam vitam professum, contra eius vota & instituta scriptis pugnare. Cap. I
¶Ex veteris & noui testamenti scriptura, solidum haberi testimonium: q̃p liceat, cõmendabiléq; sit, vota facere deo. II
¶In noua etiam lege, authoritate & exemplo probari vota: sanctúmq; virginitatis propositum, à multis in ea esse seruatum. III
¶Non solum temporaria & ad certum seruanda tempus, sed & perpetua, totoq; vitæ spacio obligantia vota: fieri ab hominibus posse. IIII
¶Religionis monasticæ dignitatem, ab antiquitate eiusdem & diuturnitate temporis quo viguit: liquido patefieri. V
¶Excellentiam sanctitatis & doctrinæ eorum qui ordines monasticos instituerunt: magnam arguere cœnobiticæ vitæ dignitatem & perfectionem. VI
¶Tres virtutes circa quas vota consistunt monastica, tribus præcipuis vitijs humanogeneri maxime noxijs aduersari: & tribus etiam, libere deo seruiendi impedimentis. VII
¶Obedientiam, paupertatem & castitatem, trium votorum monasticorum materiam: sacræ scripturæ & sanctorum patrum testimonio, solide comprobari. VIII

¶Alias insuper cœnobiticas constitutiones:& sacris literis esse consentaneas,& animarum saluti apprime conducibiles. IX
¶Institutionem monasticam non esse doctrinæ CHRISTI cõtrariam: nec omnia quæ in sacro continentur euangelio, dei præcepta dici debere,contra Lutheri placitum. X
¶Quæ ante votum,consilij fuerũt:facto iam voto transire in præcepta, & esse tunc obligatoria. XI
¶Religionis monasticæ statum,non statim à principio esse omnino perfectum:sed per obseruationem institutorum illius vitæ,ad perfectionem assequendam tendere. XII
¶Disciplinæ monasterialis vota,nequaq̃ fidei repugnare:neq; omnino damnandam esse in bonis operibus fiduciam. XIII
¶Vota monastica miníme aduersari libertati Christianæ: sed eam potius reddere perfectiorem. XIIII
¶Satisfactionem per bona opera,de peccatis commissis:homini ad salutem animæ esse necessariam,contra Lutheri sententiam. XV
¶Aliorum insuper Lutheri errorũ,ex libertate sua(quam statuit)manantium,explicatio atq; confutatio: & potissimũ æqualitatis omniũ bonorum operum in perfectione. XVI
¶Monasticum institutum,sacræ scripturæ authoritati haudquaq̃ aduersari: & in bonis operibus homines etiam deo coagentes esse, nec solum in illis passiue se habere. XVII
¶Bonorum spiritualium communicationem, inter membra corporis mystici fieri:& vnius in alterum distributionem. XVIII
¶Tres virtutes,circa quas vota monastica versantur,non solum libere seruari posse:sed etiam voto promitti,exemplo sanctorũ patrum,doceriq; vt voueantur,& promissa exigi. XIX
¶Vota monastica nequaquã diuinis repugnare præceptis:neq; officijs charitatis,quæ proximis debemus. XX
¶Filios etiam inuitis parentibus,posse monasticam vitam aggredi:nec his tali filiorum voto dissentientibus,obedire illos debere. XXI
¶Institutionem monasticam nequaquã impedire officia charitatis: nec ociosos aut desides enutrire. XXII
¶Religiosos non obligari de necessitate salutis:ad labores manuũ exercendos pro victu comparando. XXIII
¶Votum castitatis neq; rationi rectæ repugnare:neq; eius persolutionẽ cuiq̃ reddi impossibilem. XXIIII
¶Q; non potest votum castitatis,ob difficultatem cælibatus,in coniugium commutari:quòd etiam deus nihil nobis pręcepit factu impossibile. XXV
¶Debiti cõiugalis vsum non semper esse annexum peccato,contra Lutherum:sed ipsum plærũq; citra omnẽ culpæ labem fieri posse. XXVI

¶Votum castitatis ea de re fieri:quæ in nostra potestate est constituta, suffragante dei auxilio. XXVII
¶Non expedire religiosorum statui: q̃ loco voti continentiæ,foret eis imposita castitas coniugalis. XXVIII
¶Virginitatem alijs stipatã virtutibus,mira excellentia effulgere: eandémq; nuptijs præferendam esse. XXIX
¶Paupertatem monasticam recte etiam deo per votũ promitti: illámq; sufficientiæ rerum & abũdantiæ in tota monasterij communitate,nequaquam repugnare. XXX
¶A paupertatis monasticæ vinculo miníme eos absolui,qui ex monasterijs ad prælationem ecclesiasticam assumuntur:sicut nec à voto castitatis eosdem relaxari. XXXI
¶Obedientiam monasticam,primum de consilio esse: & deinceps de præcepto. atq; per eam, religiosos suis omnibus superioribus: recto ordine subesse. XXXII
¶Annum,quem probationis vocant,in suscipiendis ad monasteria religiosis recte institutum esse:vt eorum quæ subeunda sunt onerum, faciant ante periculum. XXXIII
¶Non esse expectandam senilem & decrepitam ætatem,ad subeundum monasticæ vitæ iugum:vt vult Lutherus. XXXIIII

¶INDICIS CAPITVM,TRIVM LIBRORVM HVIVS OPERIS: FINIS.

¶INDEX ALPHABETICVS EORVMQVÆ IN HOC volumine determinantur: duplici numero distinctus. Prior quidem, folium totius libri, quo proposita continetur quælibet sententia: annotat. Posterior vero, in parte inferiori marginis signati folij quærendus: eum signat aut primæ paginæ aut secundæ dati folij locum, in quo materia quæ expetitur, particulatim tractatur.

A

Aaron & Moyses, filios Israel Ægypto educere volẽtes quos designãt. 160. 7
¶Abbas, regulę quã profes sus est: subijcitur. 177. 9
Abbas, cũ suo religioso: de voto castitatis dispensare non potest. 162. 5
Abraã: religionis subeundæ typus. 120. 1
Abstinentiam à certo ciborum genere determinatis diebus: recte ecclesia induxit. 40. 7
Abstinentiæ huiusmodi legem: paulatim & quadam temporum successione inductam. 41. 8
Abũdantiã rerũ in cõmuni societate: paupertati monasticæ non repugnare. 172. 4
¶Actus & internos & externos: à deo nobis præcipi. 31. 5
Actum coniugalem: non semper esse coniunctum peccato. 165. 3
¶Adoratio ad oriẽtem: in ecclesiæ exordio instituta. 9. 1
¶Alexandrina ecclesiia: à beato Marco sancte constituta. 122. 10
¶Ananias & Saphira: ob violatum votum puniti sunt. 117. 3
Annus probationis: religionem ingressuris quare datur. 177. 2
Annus ætatis: professioni faciẽdæ assignari solitus. 178. 5
Annus decimus octauus: cur in aliquibus locis ad faciendam professionem determinatur. 179. 7
Ante decimum octauum annum ingressis monasterium: an fieri potest abeundi copia. 178. 7
Antiocho Epiphani: persimilis Lutherus. 69. 4
Antonius, eremita insignis: nequaq̃ libere & cum redeundi ad seculum nutu, eremum incoluit. 149. 3
¶Apollinaris hæreticus: ab ecclesia damnatus. 20. 4
Apollinaris Hierapolitanus. 20. 4
Apollinaris Laodicenus. 20. 4
Apostolos multa cõstituisse: quæ non cõtinet aperte euangelium. 7. 1
Apostolorũ & seniorũ: quæ dicuntur præcepta ac dogmata. 7. 5
Apostolorũ tempore, multos fuisse ritus ecclesiæ: ab ipsis institutos. 18. 1
Apostoli vouerunt paupertatem: & eandem vouendam instituerunt. 117. 2
Apostolos ante passionem domini, & post eius ascensionem: monasticæ vitæ formã tenuisse. 121. 6
¶Ara cui titulus erat inscriptus, ignoto deo: quare Athenis extructa. 17. 2
Arca Noe & tabernaculum Moysi: distinctionem partiũ ecclesiæ signãt. 58. 6
Arca in domo Obededom reposita: quid mystice signat. 173. 4
Areopagitas etiam plęrosq; philosophos fuisse. 16. 1
Argumento ciuilis iustitiæ: satisfactio de peccatis, à deo recte exposcitur. 141. 10
Articulus ille fidei, sanctorum cõmunionem: quomodo intelligendus. 147. 6
¶Astutiæ satanæ in nouos sacerdotes & religiosos: quo pacto occurrẽdũ. 178. 3
¶Authoritatis eiusdem esse prelatos hodiernos in ecclesia: cuius fuerunt apostoli. 28. 6

B

Baptismi forma in euangelio expressa: ab apostolis ad tẽpus est mutata. 7. 4
Baptismo suscepto: post plenum rationis vsum, cum fide, & bona requiruntur opera. 48. 9
Baptismum suscipiẽs: nulla deo facit vota. 135. 4
Baptismus cum suscipitur: sola ad salutẽ necessaria promittuntur. 135. 4
Baptista domini Ioannes: vitæ monasticæ formam expressit. 121. 5
Basilius: regulę monasticæ institutor. 123. 1
¶Beata virgo: votum fecit de seruanda sua virginitate. 118. 5
Beatitudinis ęternę: diuersa & disparia electis esse præmia. 143. 6
Beguardorum & beguinarũ error. 36. 5
Benedictus: multorum religiosorum pater primarius. 123. 5
Benedicti panis, diebus dominicis in populum distributio: quid designat. 70. 2
Benedictio aquæ, & in populum aspersio: à quo instituta. 47. 5
Benedictio cinerum, & susceptio in principio quadragesimæ: quid mysticũ repræsentat. 48. 5
Benedictio diuina: monasticæ paupertatis est comes. 173. 4
Bernardi sanctissimi: cõtra Lutherum defensio. 151. 9
Bernardi testimonio: filium inuitis parentibus posse vitam monasticam aggredi & suscipere. 155. 12
¶Bonauẽtura: paupertatem monasticam egregie tutatur. 124. 8
Bona opera: suo modo hominem iustificare, iustúmq; reddere. 48. 8
Bona opera: in nobis nõ esse peccata. 50. 2
Bonitatem operũ à deo præcipi & in nobis fieri: & ergo ea nõ esse mala. 51. 3
Bona opera satisfactoria pro peccatis: ex Pauli sententia, nobis esse necessaria ad salutem. 141. 11
Bona opera: nobis ad salutem æternam prodesse. 142. 1
Bonorum operum diuersi sunt gradus & distinctiones. 144. 10
Bonorũ operũ, nos etiam authores esse: nec deum in nobis totũ operari. 145. 5
Bonorum operum cõmunicationem: inter membra corporis mystici adinuicẽ fieri. 146. 3

C

¶Calumniarũ Lutheri in religiosos: refutatio & elisio. 175. 10
Canones apostolorum: vltra euangelium sunt ordinati. 10. 7
Canon missę: recte compositus est & magnopere probandus. 85. 1
Canonis eiusdem, à Luthero improbati: defensio. 86. 5
Cariathsepher: quare dicitur ciuitas literarum. 110. 7
Castitatis: ex sancta scriptura commendatio præclara. 127. 5
Castitatis etiã: ex sacris authoribus præconium. 128. 6
Castitatis donum: quomodo in nostra est potestate. 167. 2
Catalogus sanctorum patrũ: qui ordines monasticos illustrarunt. 123. 1
Catholicorum concilia: ab omnibus approbanda. 32. 3
Cauillationes eorum: qui esum piscium & ieiunia ecclesiastica damnant. 41. 3
¶Cælibatum in religiosis: non aduersari sacris literis. 144. 2
Cærimoniæ complures: in primitiua ecclesia ex apostolico ritu cõstitutæ. 10. 8
¶Christum & apostolos, plęraq; nõ scripto: sed verbo solo tradidisse. 9 4
Christus in cœna panem & vinum à se cõsecratum: deo patri sacrificauit. 79. 7
Christum in vltima cœna: suũ proprium corpus & sanguinem sumpsisse. 94. 3
Christus in euangelio omnem monasticæ disciplinæ perfectionem instituit: & in seipso tenuit. 121. 8
¶Clausura religiosorum in monasterio: multum vtilis. 129. 2
¶Cõmunionẽ bonorũ vnius in aliũ: non esse negandam. 148. 10
Concilia hęreticorum aberrasse à vero: nõ autem catholicorum. 32. 3
Cõcilij vnius decreta: interdũ per sequẽs recte mutantur. 32. 4
Concupiscentia aliqua, peccatum est: & aliqua non. 14
Constitutiones ecclesiasticæ non paucæ: diuinorum præceptorũ sunt determinationes. 20. 1
Constitutiones ecclesiæ, ad Christianę religionis pietatẽ potissimũ tendũt. 21. 2
Cõstitutiones eædem: à spiritu sancto ecclesię præside, & à Christo eius sponso, prodierunt. 21. 3
Constitutiones easdẽ, nõ esse vt imperfectum quiddã: tandẽ reijciendas. 36. 4
Consuetudines antiquæ, ecclesiæ: diligenter sunt obseruandæ. 24. 10
Contemnentes prẽcepta maiorum: etiam deum contemnunt. 23. 7
Contemptus in prælatos ecclesiæ: in deũ quoq; redundat. 33. 9
Continentiam, non coniugium: religiosis conducere. 168. 2
Crucis signaculo fideles se muniũt: ex institutione apostolorum. 8. 8
Culpa dimissa: interdũ supereſſe pœnam, pro illa perferendam. 140. 2

D

Dagoberto reuelata sunt corpora sanctorũ, Dionysij & sociorum eius. 108. 6

Dagobertus:magnificum ſancto Dionyſio templum extruxit. 15. 4
Damaſceni, de operibus Dionyſij Areopagitæ:teſtimonium. 12. 1
¶ Debiti cõiugalis vſum: ex Pauli ſentẽtia non ſemper eſſe peccatum. 165. 6
Decẽ Lutheri dicta de ſacerdotio eccleſię & miſſę ſacrificio:iure improbãda. 55. 1
Defunctis,ex antiquo eccleſiæ ritu: ſuffragia viuorum impenduntur. 69. 6
Defuncti & purgatorio detenti:ſuffragijs viuentium adiuuantur. 106. 6
Delectus ciborum veteris legis : ſolum à Paulo prohibetur. 145. 3
Denominatio diuerſa religioſorum,à patribus ſuorum ordinum: non eſt damnanda. 152. 2
Deum,ad aliquid nobis impoſſibile: nos non obligare. 163. 3
¶ Differenda non eſt in ſenectutem: monaſticæ religionis ſuſceptio. 179. 2
Dionyſius Areopagita,ſacrorum operum quæ nomini Dionyſij aſcribuntur : eſt author. 10. 1
Dionyſio aſcriptorũ operũ author:profitetur ſe beatum Paulum habuiſſe præceptorem. 11. 4
Dionyſij Areopagitæ,ob inſignem ſapiẽtiam:magna cõmẽdatio. 13. 6
Dionyſius Areopagita,Galliam inuiſit:& Pariſijs ſuum conſummauit martyrium. 14. 1
Dionyſius:Corinthiorũ epiſcopus. 14. 1
Dionyſius:Alexandrinus epiſcopus. 19. 3
Dionyſius:ſummus pontifex. 19. 3
Diſcretionem ciborum:quomodo prohibuit Paulus. 40. 8
Diſcretio ciborũ in religioſis:non eſt ſcripturæ contraria. 144. 2.
Diſparitas bonorum operum:à Paulo inſinuatur. 143. 8
Diſtinctionem officiorum & ordinum eccleſiaſticorum:in ſacris literis multipliciter indicari. 60. 12
¶ Dominicꝰ dies:apoſtolorũ tẽpore,pro ſabbato Iudeorũ fuit inſtitutus. 8. 7
Dominicis diebus ſolis:non eſſe celebrãdam miſſam. 68. 2
Dominicis etiam diebus:non ſolus rector eccleſiæ parrochialis debet miſſam celebrare. 68. 1
Domini terreni exẽplo monſtrari:qꝺ deus nihil prẽcepit nobis impoſſibile. 163. 6
Domitiani Cæſaris graſſante perſecutione:Dionyſius Areopagita martyrio coronatus eſt. 14. 2

E

ECliſſin ſolis , in paſſione domini: Dionyſius non Athenis , ſed in Heliopoli Aegypti vidit. 16. 2
Eccleſiã habere vim cõdendi leges obligatorias:exẽplo reipublicæ ciuilis. 25. 11
Eandem,recte leges conſtituere:cum adiectione grauium pœnarum in tranſgreſſores. 25. 12
Eccleſia,nõnulla fidelibus tradit: nõ tanꝙ præcepta,ſed vt cõſilia & monita. 31. 7
Eccleſiã,quãtũ ad ieiuniũ & eſum piſciũ: à ſtrictiore viuẽdi modo ad laxiorem, eſſe progreſſam. 42. 7
Eccleſiæ præſides:poteſtatẽ habẽt conſtituẽdi leges obligatorias fidelibꝰ. 44. 2
Eoſdem paſtores eccleſiaſticos:hãc poteſtatem à domino accepiſſe. 45. 6
¶ Eleemoſynam,in pauperes ſpõtaneos: qꝙ in vulgares mendicos,prius eſſe cõſerendam. 158. 5
Eleemoſyna:in religioſos bene & laudabiliter collocatur. 160. 11
¶ Eraſmus, de authore operum Dionyſio aſcriptorum:non recte ſentit. 15. 1
Eiuſdem rationes , quibus ſuam ſuffulcit ſententiam:diſſoluuntur. 18. 1
Eremitæ celeberrimi:monaſticæ vitæ forma & exemplum. 123. 12
¶ Euangeliũ,non omnia expreſſe cõtinere:quæ nobis ſunt obſeruanda. 47. 3
Euangelizantes verbum dei, & cõtemplationi dediti:ad opera manuum nõ obligantur. 158. 1
Euchariſtia in miſſa conſecrata:à tota eccleſia in ſuo officio,denominatur ſacrificium. 74. 8
Eadem etiam ſanctorum patrum authoritate:dicitur ſacrificium. 74. 10
Eadem quoqꝫ,ſacrorum cõciliorum & iuris canonici teſtimonio : eſt verũ nouæ legis ſacrificium. 76. 14
Euchariſtiæ ſacramẽtũ:quomodo teſtamẽtũ domini dicitur,& qua ratione. 84. 4
Euchariſtiam à ſe cõſecratam:Chriſtus in cœna deo patri obtulit. 84. 6
Euchariſtia:cibus eſt viuentium vita gratiæ. 97. 3
Euchariſtiam delere peccata : digne eam ſumentium. 97. 5
Eucratiani hæretici:damnantes eſum carnium. 40. 7
¶ Exemplo Dauid regis:ſatiſfactionẽ de peccatis cõmiſſis à deo requiri. 140. 5

Excõmunicationis ſentẽtiam ferendi poteſtas:penes eccleſiam eſt. 22. 5
¶ Ezechias comminuens ſerpentẽ æneũ: quid agendum ſignificat. 45. 5

F

FEria quarta & ſexta:priſcis temporibus fuiſſe præceptũ hebdomadatim ieiunium. 43. 8
¶ Fidei myſteria:diuerſis in veteri & noua lege temporibus , fuerunt apertius declarata. 26. 3
Fides ſola:ad ſalutem nõ ſufficit. 49. 2
Fidei:bona opera cõiungenda ſunt. 50. 6
Fidem à charitate ſeparari poſſe: ſed tum inutilem eſſe ad ſalutem. 49. 4
Fiducia in bonis operibus : aliquo modo & ſub deo,haberi poteſt. 136. 3
Fiduciam ſecundo loco,in bene actis collocari poſſe:ſcripturæ exempla demonſtrant. 136. 5
Figuræ ſacramenti euchariſtiæ , in eccleſiaſtico eius officio:decenter eidem adaptantur. 89. 5
Figura vocationis apoſtolorũ à Chriſto: fuit Heliſæus ab Helia vocatus. 126. 2
Filia Iepthe : cur ſuam defleuit moritura virginitatem. 118. 7
Filius religioſus debet ſuis parẽtibus obedire & ſuccurrere: ſed modo, ſtatui ſuo congruente. 153. 5
Filij inuitis parentibus: ſubire monaſteriũ poſſunt. 154. 2
¶ Fomitẽ peccati:nõ eſſe peccatũ. 162. 2
Forma verborum cõſecrationis euchariſtiæ:non eſt à quopiam mutanda. 90. 4
Forma religionis monaſticæ: ab apoſtolis eſt inſtituta. 121. 2
¶ Fractio panis circa domos, ab apoſtolis facta:qualis fuerit. 84. 6
Franciſci, primarij inſtitutoris ordinis minorum : à calumnia Lutherana defenſio,& cõmendatio. 150. 8
Fructus multiplex:conſurgens ex lectione vitæ ſanctorũ in horis canonicis. 101. 4

G

GAmaliel: Luciano ſacerdoti apparuit poſt mortem. 108. 5
Gaſpar Saſgerus: regulam fratrum minorum,contra improborum latratꝰ, defendit. 151. 8
¶ Gemina euãgelij acceptio. 8. 6
Gentilium exemplo mõſtrari: qꝙ non omnes Chriſtiani ſunt ſacerdotes. 62. 2
Gentilium authorum dicta & lectionẽ: nõ eſſe Chriſtianis omnino deuitãdã. 112. 4
Geruaſius & Prothaſius : ſancto Ambroſio apparuerunt. 108. 5
Geſta ſanctorũ:in eccleſia publice recitanda ſunt. 100. 3
¶ Gradus officiorũ diuerſi,in eccleſia cõſtituti ſunt:quibꝰ ipſa diſtinguitur. 57. 1
Graduum eccleſiaſticorum diſtinctio: per diuerſas veteris teſtamenti figuras repræſentatur. 58. 6
Graduum eccleſiæ diuerſitas: in Petro & cæteris apoſtolis , diſcipulisq; eſt deſignata. 59. 11
Gradum doctorũ: à Chriſto etiam in eccleſia eſſe cõſtitutum. 109. 4
Gratia dei : primaria eſt bonorum operũ in ipſis hominibus effectrix. 145. 10
Gratia diuina,id nobis poſſibile reddi:qđ ex nobiſipſis eſt impoſſibile. 161. 3
Gregorius: vitam beati Benedicti diffuſe conſcripſit. 123. 5
Gregorius Nazianzenus:Baſilio in monaſtica conuerſatione fuit ſocius. 171. 12
¶ Gymnaſia literaria,& in eis magiſteria: nequaq̃ eſſe damnanda. 109. 3
Gymnaſiorum publicorum magnam eſſe vtilitatem:ad ſcientias & virtutes comparandas. 110. 1

H

HElias & Heliſæus:typum religionis geſſerunt. 121. 3
Hæretici : cur ſacroſancta concilia damnant. 31. 2
Hæretici : quare gymnaſia & publica ſtudia improbant. 109. 1
Hæretici:vulpeculis aſſimilantur. 109. 3
Hæretici tẽpore Bernardi:negãtes purgatoriũ,& ſuffragia pro defunctis. 140. 12
¶ Hieroboam regi Iſrael : perſimilis Lutherus. 4. 3
Hieronymus : in Iouinianum præclare & copioſe ſcripſit. 143. 4
Hieronymo illata à luthero:oblatratio,& illius confutatio. 43. 13.
Hiſmaelis quàm Danielis nomine:dignior Lutherus. 5. 5
Hiſtoriam rerum ſacrarum:non indigere teſtimonio ſecularium ſcriptorũ. 18. 6
Hiſtoriarum de vitis ſanctorũ,lectio: admodum vtilis eſt. 101. 5
¶ Holocauſtũ ſpirituale deo offertur:per religiõis monaſticæ ſuſceptionẽ. 125. 4
Homines, in bonis operibus : etiam deo cooperari. 146. 11
Horarum canonicarũ lectio:quare eſt inſtituta. 98. 1

Horarum earundem lectio : ex Christi & apostolorum imitatione, primũ introducta est. 99. 5
Horarum earundem lectionem, non recte vocari à Luthero : laboriosum & simulatum dei cultum. 99. 3
Horas easdem non esse legendas: rationes Lutheri minime conuincunt. 100. 1
Hostia eadem secundum substantiam, in cruce pro nobis est oblata: & nũc in missæ officio offertur. 76. 16
Hostiæ eiusdem oblatio pro nobis : aliter in cruce facta est, & assidue fit in missæ ministerio. 79. 6
Hostiam sacram, solis digitis consecratis: à sacerdote esse contrectandã. 91. 6
Hostiæ consecratæ partem vnam, in missæ ministerio: recte sãctis designari. 95. 1
Hostiæ in missæ mysterio diuisæ, partes: quid designant. 95. 2
Hostiæ eiusdem, in tres partes dissectæ: alia significatio. 96. 3

I

Ieiunia & disciplinas: non solum ad castigandum corpus fieri debere. 52. 2
Ieiunia & orationes recte fiunt: ad consequendum aliquod commodum temporale aut æternum. 52. 3
Ieiuni, cõsecrare & sumere corpus dominicum debent. 92. 1
Ieiunium naturæ: quid dicatur. 92. 2
Ieiuni, & corpore & animo melius sunt dispositi ad percipiendã eucharistiam: q̃ non ieiuni. 93. 5
Ieiunij commendatio: fructum eius multiplicem ostendens. 113. 1
Ieiunium & esum piscium damnãtes: improbandi sunt. 114. 3
Ieiunium & victus parsimonia: in religiosis laudantur. 129. 6
¶Immoderata statutorũ multiplicatio: fugienda est. 37. 7
Impia & sacrilega dogmata: in gymnasijs Christianorum nequaq̃ docerí. 113. 7
Improbãdas in vniuersum non esse apparitiones mortuorum: quæ viuis fieri plærunq; dicuntur. 107. 3
¶Infantibus, statim post baptismũ: quondam eucharistia tradi solita fuit. 45. 4
Institutio prima sacramenti eucharistiæ: verba continet, actum sacrificandi designantia. 80. 3
Idem sacramentum altaris: memoria mortis Christi est, & sacrificium. 78. 4
In eodẽ sacramento non repugnant: commemoratio mortis dominicæ & sacrificium. 81. 7
Idem etiam, donum est nobis à deo collatum: & sacrificium. 81. 8
Idem quoq; sacramentum: sacrificium est, & cibus. 82. 3
Idem præterea: æternæ vitæ pignus est, & sacrificium. 82. 5
Idem insuper mysterium: & testamentum domini est, & sacrificium. 84. 4
Institutio monastica: nequaq̃ impedit officia charitatis. 157. 2
¶Ioannes Viclefus & Ioannes Hus: Lutherí præceptores. 5. 7
Ioannes Eccius: contra Lutherum, purgatorij assertor. 104. 12
Ioannis Viclefi & Ioannis Hus, praua dogmata: sequitur Lutherus. 65. 2
¶Iudæ Scariothi assimilantur: qui cõtendunt, religiosis non esse benefaciendũ, nec dandas eleemosynas. 157. 4
Iudiciũ temere non esse ferendũ: de inconstinentia religiosorum. 169. 3
Iuge sacrificium veteris legis: quid mysticum signabat. 73. 5
Iulianus Cæsar : Christianos vetuit adire studia authorum gentilium. 109. 2
Iuramento penitus abstinere: consiliũ est, non præceptum. 132. 7
Iuramentum: non minus ad nouum, q̃ vetus pertinet testamentum. 132. 8
Iusto non est lex posita: quomodo intelligi debeat. 36. 2
Iuuenilem ætatem: dei obsequio esse deputandam. 178. 5

L

Laicis quondam cõmunio sacra: sub vtraq; specie dari solita fuit. 45. 5
Laicos nõ esse hoc tempore astringendos: ad sumendã singulis diebus dominicis eucharistiam. 70. 4
Laicis interdictum esse contactum vasorum tẽpli: vestiúmq; sacrarum. 91. 6
Laicis non eadem sunt circa sacrã cõmunionem officia: quæ sacerdotibus. 95. 4
Laurentius Vallẽsis, de authore operum Dionysio ascriptorũ: perperã sentit. 16. 1
Laurentianæ rationes, Dionysium Areopagitã non esse illorum operũ authorẽ contendentes: dissoluuntur. 16. 2
¶Lectisterniorũ & vestiũ durities: in religiosis est magnopere cõmẽdãda. 129. 5
Leges ecclesiasticas ac monasticas : esse omnibus in salutẽ, & nemini in laqueũ traditas. 169. 5

Legem de cælibatu sacerdotum non esse abrogandam : ob scandala præuaricantium eam. 40. 5
Legem de seruãdis ecclesiæ ieiunijs, etiã non esse tollendã: ob multitudinem soluentium illam. 41. 2
Leges ante positas, plærũq; rationabiliter mutari: aut penitus abrogari. 45. 4
Letania maior & minor: quo ritu & obseruantia primum fuit instituta. 48. 6
Leuiter credi nõ debere apparitiones mortuorũ: quæ viuis fieri dicuntur. 107. 2
¶Libri de cælesti hierarchia Dionysij: ab imperatore Græcorum ad regem Francorum missi fuere. 15. 4
Libri bibliæ : qui pro canonicis habentur in ecclesia. 100. 3
Liber Lutheri de votis monasticis: perniciosus est & impius. 114. 4
Libertas Christiana & euangelica: quid sit secundum Lutherum. 4. 1
Libertatis eiusdẽ: repetita descriptio. 43. 1
Libertatis veræ & cũctis expetendæ: tres modi diuersi. 43. 1
Libertatis synceræ: ad libertatem Lutheranam collatio. 44. 3
Libertatis Lutheranæ : septem placita & dicta, merito improbanda. 5. 1
Libera ante votum: fiũt post illud, necessaria & de præcepto. 134. 5
Libertas Lutherana : recte antichristiana nominatur. 138. 2
Libertate sua: Lutherus omnes humanas constitutiones sustollit. 138. 3
Libertate eadem, permittit idem ecclesiæ statuta seruari : pro nutu & arbitrio cuiusq;, sine obligatione. 138. 4
¶Lutherus, sanctiones õnes canonicas & sacrorũ cõciliorũ decreta contẽnens: ab omnibus etiã cõtẽni est dignus. 77. 20
Lutheri cognatio : ex morum qualitate, sumpta & deducta. 5. 7
Lutheri in sanctum Dionysium oblatrantis: confutatio. 13. 7

M

Mahumetis astutiam : sequitur Lutherus, in sua libertate. 4. 4
Manasses rex Iuda: euersionis Hierusalem, perhibetur in scriptura, fuisse causa & occasio. 140. 6
¶Mechanicarũ artium argumento, probari academias: & in eis professiones literarias ac magisteria. 110. 5
Melchisedech sacerdotiũ, typus erat & figura sacerdotij Christi : & sacrificium, sacrificij. 73. 4
Membra sponsæ Christi : quid mysticũ signant in ecclesia. 59. 10
Membra corporis mystici: quid insinuant mysticum in fidelibus. 60. 13
Mendicantibus religiosis, exemplo pauperum Hierosolymitanorum: erogandam esse eleemosynam. 159. 6
Meritorum in alios cõmunicatio: ex mali in cæteros diffusione, colligitur. 148. 11
¶Ministerium prędicandi verbum dei: ad solos eos spectare qui missi sunt. 66. 2
Missam priuatã: non esse abrogandã. 68. 1
Missam vnicam, diebus dominicis celebrari non debere. 68. 3
Missæ institutio: & à quibus tradita fuerit circa ecclesiæ exordium. 68. 4
Missam esse sacrificiũ: multipliciter & diffuse ostenditur. 72. 1
¶Monastici status integritas id exposcit: quòd in eo vota fiant, perpetuo obligatoria atq; obseruanda. 119. 5
Monachorum, à cõmuni hominum turba sequestratio: magnopere probanda est, & commendanda. 128. 1
Monachorum, tutiorem esse q̃ secularium, vitam: ob fugam seculi. 128. 2
Monasticam institutionẽ : non esse doctrinæ Christi contrariam. 131. 2
Monasticæ constitutiones: cuiq; subeunti monasterium obseruandæ sunt. 138. 5
Monachos, à principio nascentis ecclesiæ, se voto astrinxisse: ad eam vitam perpetuo seruandam. 146. 4
Monasterio egredi filium non oportere: vt patri ægroto aut egẽti ministret. 153. 5
Mores improbos adolescentum: non esse gymnasijs literarijs imputãdos. 111. 4
Mortificationem carnis: non esse propriũ nouæ legis sacrificium. 73. 7
Mortuorũ apparitiones, viuis esse factas: ex scriptura & historijs sanctorũ, clare ostenditur. 108. 4
¶Mulieres, esse nõ posse sacerdotes. 64. 8
Mulieres, in publico cœtu verbum dei docere non possunt: nec prædicare, ex beati Pauli sententia. 67. 6
Mulieres: vasa sacrata & vestes altaris cõtingere non debent. 91. 6
Mulier eucharistiam attrectare aggressa : subita ignis eruptione, id facere fuit prohibita. 91. 6
Multitudinem transgredientiũ legem positam: non arguere, illam esse iniquam aut abrogandam. 169. 3

N

NAaman Syrus:obedientia consecutus est sanitatem. 126. 2
Nazaræi in antiqua lege:figurã monasticæ professionis exprimunt. 121. 2
¶Nebula & aër aspirata, ieiuniũ non soluunt:neque alimentum homini corporale ministrant. 92.
Necessaria & vtilis ad scientiã comparandam:gymnasiorũ est frequẽtatio. 110. 6
Necessariam esse homini ad salutem:satisfactionem per bona opera, de peccatis commissis. 139. 2
Neq; euangelio præferendum esse missæ canonem:neq; eũdem, vt inutile quippiam,abijciendum. 87. 6
¶Nihil in canone missæ contineri superfluum : aut futilibus in eo enunciatum verbis. 86. 5
Nihil obuiare dignitati canonis missæ: q̃ à diuersis sit authoribus compositus, & coadunatus. 86. 3
¶Nonnulli, sacri canonis missæ, authores:summi pontifices. 85. 3
Nocturnæ vigiliæ religiosorum: commendandæ sunt. 129. 4
Non omnis sumens eucharistiæ sacramentum,sacrificat illud:sed contrà. 85. 7
Non quæcunq; vltra euangelium assumũtur vitæ instituta:dãnanda sunt. 131. 3
Non omnia quæ continet euangeliũ,præcepta dei sunt. 131. 5
Non repugnat euangelicæ doctrinæ:quòd pecunia à fratribus minoribus non contrectetur. 151. 8
Non etiam votorum inducit dissolutionẽ: profectio religiosorum extra monasterium,ob causam legitimam. 151. 9
Non soli suo præposito,religiosum debere obedientiã: sed & omnibus eius maioribus. 176. 3
Normam ecclesiasticiieiunij non esse tollendam:ob multitudinem præuaricantium illam. 41. 1
Nostro seculo, in letaniarũ minorum obseruatione, laxiorem esse viuendi modum:q̃ prius fuerit. 48. 6
Notæ excludendi: aliud, præter,nisi, & similes:quid in scriptura sacra plærunque designant. 35. 6
Nouitatum inducendarum studium:summopere fugiendum est. 15. 5
¶Nulla ætate id licitũ esse:vt legitime,professi religionẽ,absoluãtur ab ea. 180. 6
Nundinas publicas: cõuincere gymnasiorum commendationem. 111. 2

O

OBedientia:prælatis ecclesiæ est exhibenda. 22. 6
Obedientiam quæ prælatis denegatur:& ipsi deo negari, qui in illis etiam contemnitur. 23. 7
Obedire debent filij parentibus: sub graui interminatione. 23. 8
Obedientiæ multiplex cõmendatio. 126. 1
Obedientię,pariter & inobedientiæ:varia exempla. 126. 2
Obedientiã, castitatem & paupertatẽ: recte voueri. 148. 2
Obedientiam, & consilij esse & præcepti: sed alia ratione & diuerso tempore,nec illa duo:inter se pugnare. 175. 2
Obediẽtiam à religiosis: superioribus suis omnibus esse præstandam. 176. 3
Oblatratio Lutheri: in sanctum Hieronymum,& illius confutatio. 143. 3
Oblatrantium in vitam monasticam : improbatio. 152. 3
Oblatio munda, in omni loco sacrificanda domino:quæ est. 73. 6
Obloquentes mendicitati religiosorũ: Iudæ Scariothis factũ imitãtur. 175. 12
Ob votum castitatis: non impendere clericis suæ salutis dispendium. 40. 5
Ob quem finem:expetenda est virginitas & amplectenda. 171. 14
¶Ociosos non esse religiosos nec desides: quamuis opera manuũ non exerceant, pro victu comparando. 160. 11
Oculi corporalis & arboris exemplo : homines in bonis operibus deo cooperari,& coëfficere. 146. 13
Octogenarium aut septuagenariũ: nõ esse inchoandæ vitæ monasticæ idoneum, nec habilem. 180. 4
¶Officium ecclesiasticũ de sancto eucharistiæ sacramento:recte,præclare & pie compositum est. 88. 3
Officij eiusdem improbatio Lutherana: quàm sit absurda & impia. 87. 1
¶Opera legis,ex quibus secundum Pauli nõ iustificatur homo:quę sunt. 50. 7
Opera bona,fidei esse coniungenda:ad cõsequendam salutem. 49. 4
Opera mala:nobis damnationem inferre, & animæ exitium. 142. 1
Operũ bonorum inæqualitatem & discretionem:esse ponendam. 143. 5
Opera bona,à nobis vt authoribus & deo coëfficiẽtibus fieri: nec deum in hominibus totum operari. 145. 7
Opera manualia : spiritualibus officijs, in religiosis plærunq; esse impedimẽto & obstaculo. 160. 8
Opinionibus nequaquã imbuuntur:qui in studijs publicis recte instituũtur. 112. 6
¶Orandum esse pro mortuis : scripturæ sacræ & sanctorum patrum comprobat authoritas. 105. 2
Orationes viuẽtium: mortuis prodesse & subleuationem afferre. 106. 6
Ordines sacros suscipiens: astringit se voto castitatis deinceps seruandæ. 39. 4
Ordinis commendatio. 59. 8
Ordinem geminũ, perfectorum & imperfectorum:à Christo in euãgelio esse designatum. 122. 9
Origenem, de tenebris dominicæ passionis:non rectam tenuisse sententiã. 17. 5
Origenes & Hieronymus:cur librorũ Dionysij Areopagitæ non meminerũt. 19. 2

P

PAcis in missa datio: quid olim factũ designat. 70. 2
Pannutius in cõcilio Niceno dissuasit cælibatum sacerdotibus sub obligatione imponendum esse. 150. 7
Papa legibus ecclesiasticis debet præstare obedientiam. 177. 10
Participatio bonorum, ab vno in alium profluens : multis ostenditur scripturæ exemplis. 147. 8
Pastores ecclesiæ,facultatem habent constituendi leges : ad eius directionem & rectam moderationem. 46. 7
Patres monasticos habere authoritatem determinandi temporis : ad faciendam professionem. 178. 6
Paupertatis ex sacris literis approbatio: per multiplex testimonium. 126. 3
Paupertatis pręclara cõmendatio. 127. 4
Paupertas monastica : in quo consistit,& versatur. 172. 2
Paupertatem monasticã,longe aliud esse: q̃ rerum indigentiam. 173. 5
Paupertatis votum:à deo hominibus inspiratum,& apostolorum exemplo inductum est. 174. 9
¶Peccati nomine:interdum signari fomitem,& concupiscentiam carnis. 162. 2
Pœnam legibus ferendis adijci:cur expediat & vtile sit. 25. 12
Pœnarum ad leges positas adiectio : crudelitatem in prælatis non arguit. 38. 2
Pœnam à nemine constituendam, qui eã nequeat infligere:quomodo recte intelligendum est. 38. 4
Petrus à Christo:super totam ecclesiam est constitutus. 59. 11
Percutienti vnam maxillam,præbere alteram:nõ semper præceptum est. 132. 9
Perpetua vota & per totã vitam obligatoria:recte deo fieri posse. 120. 9
¶Pharao populum Israël exire volẽtem Aegypto,premẽs operibus: quos mystice designat. 160. 7
Philosophiæ studiũ: nõ esse à Christianis aspernandum. 112. 5
Philonis de Christianorum monasterijs apud Ægyptum:testimonium. 149. 5
Phlegon historicus : de tenebris & terremotu in passione domini,meminit. 18. 5
¶Populus Israël redire in Ægyptum cupiens vnde exierat : quos mystice significat. 120. 13
Possibilia nobis ea esse:quę cum dei adiutorio facere possumus. 167. 2
¶Præceptum ecclesiæ de legendis horis canonicis:partim humanum est,& partim diuinum. 102. 6
Præceptum à deo nobis dari non posse: quod esset factu impossibile. 163. 8
Præcepta ecclesiæ,nõ reddere iugum domini graue:nec seruituti obnoxium,sed suaue & leue. 29. 2
Prædicandi verbum dei,officium: non ad omnes Christianos pertinere. 65. 2
Prælati ecclesiæ leges obligatorias condere possunt : cũ interminatione pœnæ in transgressores. 22. 5
Prælatis ecclesiasticis inobedientes: graui pœna dignos esse. 23. 8
Præparatio solicita:ad sumendam eucharistiam, facienda est. 96. 2
Prępparatione quacũq;,à nobis ad sumendum id sacramẽtum facta:adhuc multa supesse,quę nobis dimittãtur. 97. 4
Prępositũ monasterij:ab obedientia prorsus non absolui. 176. 7
Presbyteros,ab episcopis:semper in ecclesia fuisse distinctos. 58. 4
Præsides ecclesię,per adiectas suis legibꝰ pœnas : non detrudunt aliquem in dãnationem æternam. 30. 2
Præter ea quæ in euangelio exprimũtur: plæraq; credẽda sunt & agenda. 47. 3
Primitiuæ ecclesiæ mores:non esse nũc ad vnguem assumendos à fidelibus. 71. 5
Probationis annus:subdolę machinationi satanæ non est conferendus. 178. 3 &. iiij.

Pro quo tempore & ſtatu eccleſiæ: vidua ſexagenaria erat eligenda. 180. 4
¶Purgatoriũ eſſe ponendum:authoritate ſcripturæ aſtruitur. 102. 2
Purgatorium ignem aſſerendum eſſe: teſtimonio ſanctorum patrũ etiam plane oſtenditur. 104. 10

Q

QVadrageſimæ ieiunium : ex traditione apoſtolorũ, circa eccleſiæ exordiũ eſt inſtitutum. 47. 4
Quadruplex diuerſis temporibus eccleſiæ obſeruatio:circa ſumptionem euchariſtiæ à laicis faciendam. 70. 2
Qualia præcepta,& quomodo:à prælatis eccleſiæ ſunt ordinanda. 33. 6
Quantæ authoritatis eſt conſuetudo eccleſiaſtica. 24. 10
Quare Chriſtus diſcipulis ſuis, poſt cœnam: ſuũ corpus & ſanguinem precioſum tradidit. 92. 3
Quare in aliquibus locis, ante decimum octauum ętatis annum:non admittitur quiſq; ad profeſſionẽ monaſticã.179. 6
Quaſi pannus menſtruatæ, vniuerſæ iuſtitiæ noſtræ.quomodo intelligitur. 51. 8
Quatuor concilia Arrianorum:contra catholicos. 32. 3
Quatuor genera hominum,ſecundũ Auguſtinum:ab opere manuali pro victu comparando eximuntur. 160. 9
¶Quæ traditiones & doctrinæ humanæ, reprobantur à deo:& quę non. 34. 2
Quæcnã creatura eſt ſub terra:benedicens dominum. 103. 6
Quæ ante votum conſilij fuerunt : facto iam voto ſunt præcepti. 133. 4
Quæ eſt huius dicti prophetici intelligentia,Erunt omnes docibiles dei. 67. 5
Quæ & huius verbi euangelici ſententia, Porro vnum eſt neceſſarium. 34. 4
Quærendã nõ eſſe in monaſterijs inopiã: ſed rerum cõmunitatem. 173. 5
¶Qui ſe non cõtinent,nubãt:quomodo, & de quibus intelligi debet. 39. 2
Qui crediderit & baptizatus fuerit:ſaluus erit.quonã pacto intelligẽdũ eſt.171. 11
Quibus in rebus debet filius obediẽtiam parentibus:& in quibus non. 156. 14
Quid ſignant Philiſtæi: prohibentes Hebræis arma componere, quibus ſe contra hoſtes tueantur. 109. 2
Quid faciẽdum:cum votum à quopiam expleri non poteſt. 161. 2
Quid eſt:caput & caudam offerre deo in ſacrificium. 179. 1
Quiſnã huius ſententiæ Pauli eſt ſenſus, Poteſtis omnes, per ſingulos prophetare:vt omnes diſcant. 66. 4
¶Quod intrat in os,non coinquinat hominem.quo pacto intelligitur. 41. 8
Quo modo id intelligendum Pauli verbum,Probet autem ſeipſum homo, & de qua probatione. 96. 1
Quo modo & id pſalmi verbum,intelligẽdum eſt, Ecce enim in iniquitatibus conceptus ſum. 166. 10
Quo etiam modo id Pauli dictum intelligi debeat, Vnicuiq;, ſicut deus diuiſit menſuram fidei. 171. 13
Quo pacto id intelligẽdum eiuſdem verbum,Omne quod non eſt ex fide: peccatum eſt. 136. 2
Quo itidem pacto & illud eiuſdem verbũ de viduis iunioribus intelligitur,Habẽtes damnationem:quia primam fidem irritam fecerunt. 149. 4
Quo modo ſtatus virginalis:nuptiali cõferendus eſt. 168. 5

R

REctitudo diuinæ iuſtitiæ arguit ponẽdũ eſſe ignẽ purgatoriũ.103. 8
Redditibus annuis dotatos & miniſtrantes altari:non obligari ad laborem manuum. 159. 3
Regum & principum argumento cõuincitur:nõ omnes Chriſtianos eſſe dicendos ſacerdotes. 63. 7
Regis & regni:duplex acceptio. 64. 2
Regulæ fratrum minorum: multiplex approbatio & cõfirmatio. 151. 8
Re ipſa aliquid alteri eſt idem : & ratione ab eodem diuerſum. 84. 4
Reipublicæ ciuilis exemplum : oſtẽdit eccleſiã diuerſos habere gradus & diſtinctiones officiorum. 61. 6
Rempublicam ciuilem adminiſtrantes,& milites:nõ obſtringuntur ad opera manuum exercenda. 160. 10
Religioſus ad epiſcopatum promotus: à voto paupertatis nõ abſoluitur. 173. 2
Religioſus factus epiſcopus : nec proprium habere , nec teſtamentum condere poteſt. 174. 4
Religioſi nõ impediũt erogationem eleemoſynæ in alios pauperes. 175. 11
Religioſum factum epiſcopum:nõ abſolui à voto caſtitatis. 174. 7
Religioſus epiſcopus:patri ſuo monaſtico amplius non ſubijcitur. 176. 5

Religioſus ad epiſcopatũ prouectus: non abſoluitur ab obedientia ſuperioribus præſtanda. 176. 7
Religioſorum ſtatus : iuxta quem ſenſum dicitur perfectus. 134. 2
Religioſum etiã pecunijs carentẽ:ſuccurrere pauperibus poſſe. 153. 6
Religioſos monaſterio egredi non debere: ad ſubleuãdos paupes ſeculares.157. 3
Religioſus nõ obligatur ad laborẽ manuũ exercendũ:pro victu cõparãdo.158. 6
Repugnant inter ſe : aliquod nobis à deo præceptum dari, & illud eſſe factu impoſſibile. 163. 11
Reſurrectio prima quæ dicitur:& quæ itidem ſecunda. 102. 2
Reſiſtendum aliquando eſt malo : exemplo Chriſti & Pauli. 132. 9
¶Ritus & cærimoniæ eccleſiaſticæ: ſummopere cõmendandæ ſunt. 54. 3
Ritus eoſdem: & euãgelicis & apoſtolicis factis atq; dictis, comprobari. 54. 6
Ritus eccleſiaſtici officij , non ad tempus ſed perpetuo: in ſuo tenore cuſtodiendos eſſe. 53. 1
Ritus eccleſiæ,quo fiunt orationes pro defunctis:cõuincit eſſe purgatoriũ.103. 9
Ritum eſſe antiquum eccleſiæ,& ex apoſtolorũ inſtitutione:ℭ oretur à viuentibus pro mortuis. 105. 4
Ritum eundem:ab exordio primitiuæ eccleſiæ,à primis ipſius patribus eſſe cõſtitutum. 69. 6

S

SAbbati ſolennitas hebdomadaria : tempore apoſtolorum in diem dominicum fuit commutata. 8. 7
Sabbato cuiuſq; hebdomadæ : quondam indictum fuit ieiunium. 43. 8
Sabbati ieiunium,etiam Romæ:tempore beati Auguſtini obſeruabatur. 71. 4
Sacerdotium nouæ legis, oſtenditur non omnibus eſſe commune : ex veteris legis inſtituto. 61. 1
Sacerdotiũ apud gentiles:à populari turba diſcretum erat,& ſemotum. 62. 2
Sacerdotium legis euangelicæ:ex Chriſti inſtituto,non omnibus fidelibus eſt cõmune. 63. 4
Sacerdotij dignitatẽ nõ omnibus cõuenire:ex Pauli & Dionyſij teſtimonio. 63. 5
Sacerdotij & ſacerdotum: duplex in ſcriptura acceptio. 64. 2
Sacerdotium Chriſti ſecundum ordinem Melchiſedech : in quo ſacrificio peragitur. 73. 4
Sacerdotes in officio miſſæ:ſacramentum euchariſtiæ à ſe conſecratum, ſumere debent. 94. 1
Sacramentũ altaris in miſſa oblatum:vere eſt ſacrificium nouæ legis. 72. 1
Sacerdotio cuiq;, & legis naturæ, & Moſaicæ,immo & ethnicorum:ſuum fuiſſe ſacrificium peculiare. 72. 2
Sacrificium nouæ legis: à Chriſto in vltima cœna fuit inſtitutum, 80. 4
Sacrificij : gemina in ſcripturis ſanctis ſignificatio. 65. 4
Sanctorum communionem : in quo ſenſu nos credere profitemur. 147. 6
Satiſfactionem pro peccatis:à domino in vereri lege præceptam eſſe. 140. 7
Satiſfactionem eandem : ad conſummatã pœnitentiam eſſe neceſſariam. 141. 8
Satiſfactionem pro cõmiſſis peccatis: iuris eſſe diuini. 141. 7
¶Scandali vitandi gratia, at non ſolũ eã ob cauſam, ſeruandæ ſunt leges eccleſiaſticæ. 23. 9
Scandalo proximorum ſecluſo:adhuc obſeruandæ ſunt conſtitutiones eccleſiæ, ad propriæ ſalutis curam. 53. 4
Sciẽtiam,præclarum eſſe bonum, & ſummopere expetendum. 110. 6
Scripturã ſacrã,non iuxta propriũ cuiuſq; ſenſum ac nutũ:exponi debere. 171. 12
Scripturæ & ſanctorum teſtimonio:filium reclamantibus parẽtibus,poſſe monaſterium ingredi:monſtratur. 155. 5
¶Senilẽ ætatẽ nõ eſſe expectãdã:ad ſubeundum monaſticæ vitę iugum.179. 1
Septuageſimus & octogeſimus ætatis annus: ſubeundo monaſterij iugo non eſt idoneus. 180. 4
Seueriani hæretici:damnantes vſum carnium & vini. 40. 7
¶Si ſpiritu ducimini, non eſtis ſub lege: quomodo intelligitur. 36. 2
Silentium clauſtrale:ſummopere probandum eſt. 129. 3
Siquis loquitur,quaſi ſermones dei:quomodo intelligendum. 35. 5
¶Spiritum ſanctum non minus nunc adeſſe eccleſiæ,& ſemper affuturũ:q̃ affuit tempore apoſtolorum. 28. 6
¶Statuta eccleſiæ nõ eſſe ſuperflua:q̃is vltra euãgelij literã ſint adiecta. 27. 2
Statuta eccleſiaſtica:non mere humana, ſed quodam modo & quaſi diuina,haberi debent. 27. 4

Statuta eadem:participare quan dã ratio nem diuinorum præceptorum. 29. 7
Statuta prędicta:propemodum conuenire cum diuinis mandatis. 33. 9
Statum religionis:nequaq̃ repugnare statui prælationis. 176. 5
Studio sacræ scripturæ addictos : nequaq̃ astringi ad laborem manuum pro victu exercendum. 159. 5
¶Successione temporũ: diuersa & in veteri & noua lege fuisse de nouo constituta. 26. 3
Suffragia viuentium: defunctis purgatorio detentis prodesse. 105. 2.
Summum pontificem: legibus ecclesiasticis etiam subditum esse. 177. 10

T

TAciani & Eracliani hæretici: damnantes nuptias. 165. 5
¶Templi Solymi ædificationem impedire volentibus : persimiles sunt religionum improbatores. 124. 11
Templum Salomonis & Ezechielis:ecclesiæ distinctionem in suis partibus apte figurat. 58. 7
Tempore primitiuæ ecclesiæ & apostolorum:vouendi vsum , frequentem celebrémq; fuisse. 117. 2
Tempore etiam primæuæ ecclesiæ : monachorum ordinem & statum , in vsu fuisse. 122. 11
Tempore itidem nascentis ecclesiæ : virgines deo in monasterijs cõsecrari erãt solitæ. 150. 6
Tenebras in passione domini , potius per vniuersam terram: q̃ per solã Iudæam, esse factas. 17. 3
Tenebras easdem,secũdum Hieronymũ: potius vniuersales fuisse , quàm particulares. 17. 4
Tenebras illas:nõ nubium interuentu aut aëre densato (vt sensit Origenes) contigisse. 17. 5
Testamẽti veteris authoritate: vota multipliciter approbari 115. 4
Testamenti noui tempore:frequentiorem q̃ veteris,fuisse virginitatis obseruationem. 118. 7
Testamentum in extremo vitæ articulo, quare Augustinus non fecit. 174. 6
Testimonium euangelij:de perpetua virginitate beatæ Mariæ. 117. 4
Testimonio probatissimorum authorum: ostenduntur vota etiam in noui testamenti principio fuisse facta. 117. 2
Testimonio itidem scripturæ & sanctorũ patrum : demonstratur vsus vouendi, circa principium nouæ legis frequens fuisse. 149. 4
Testimonio veteris & noui testamenti:satisfactionem de peccatis per bona opera,approbari. 139. 2
¶Thomæ Vvalden,cõmendatio. 53. 1
Thomas Aquinas sanctitate insignis:officij de sanctissimo eucharistię sacramẽto est author. 88. 1
Thomę Aquinatis cõmendatio: q; inuitis parentibus monasteriũ subierit.145. 4
¶Totam alicuius professionis multitudinem,ob aliquos in ea malos : damnari non debere. 152. 4
Totius operis epilogus:trium librorũ materiam paucis constringens. 181. 7
¶Triplici ex causa,actum coniugalẽ exerceri posse sine peccato. 164. 2
Tribus vitijs pręcipuis:aduersantur è diuerso tria vota monastica. 124. 1
Tribus etiam,libere deo seruiendi impedimentis: eadem vota remedium afferunt salutare . 125. 2
Tria monasticę professionis vota:sunt indispensabilia. 162. 5
¶Turbulento , & bellis attrito tempore: decantãdus est à clero,de sancta eucharistia versus,O salutaris hostia. 89. 4
Turcarum & Iudæorum ritus ac mores: Christianis esse illicitos. 142. 2
Turcarum ad improbãdam legem Christianam,argumentum : prorsus inutile & friuolum. 169. 4

V

VBi spiritus domini,ibi libertas: de qua libertate id Pauli verbum intelligitur. 36. 4
¶Verba consecrationis sacramẽti eucharistiæ:debẽt esse secreta & tacita. 90. 2
Vestium duritiés & vilitas: deo grata esse monstratur. 130. 7
Vetustam esse publicarum scholarũ institutionẽ:& in omni gẽte probatã. 110. 7
¶Viclefus:religionis monasticæ,capitalis hostis. 114. 5
Vidua sexaginta annorũ:ad quæ obsequia ecclesiæ,cuius opibus alebatur,erat astricta. 180. 3
Vigilãtius hæreticus: prohibuit eleemosynas conferri in pauperes Hierosolymitanos. 157. 4
Virginitatem,non præcepti esse: sed consilij. 133. 2

Virginitatis statum : simpliciter castitati coniugali esse præferendum. 168. 5
Virginitatem alijs comitatam virtutibus: singularem habere mercedem (quam aureolam dicunt) apud deum. 170. 2
Virginitatem:castitati cõiugali & viduali, merito præferendam. 170. 7
Virginitas: ob quem finem est merito expetenda. 172. 14.
Vitam monasticam, seculari tutiorẽ esse: sentit Chrysostomus. 128. 2
Vitæ monasticæ inchoãdę:senectutem ex Chrysostomo idoneam nõ esse. 179. 2
¶Vltra Christi satisfactionem pro nobis: & nostrã propriam de peccatis satisfactionem requiri. 142. 13
¶Vnam hostiam pro peccatis:quomodo Christus obtulit. 78. 5
Vnicam in festo paschæ eucharistiam:cõsecrari non debere. 69. 5
¶Voluntarium esse debere:omne peccatum,ex Augustino. 163. 8
Voluntaria ante votum:fiunt post votum necessaria & obligatoria. 133. 5
Voluntariam paupertatẽ amplexis,prius q̃ necessariam sustinẽtibus:esse succurrendum. 158. 5
Voluptates carnis in coniugibus:nõ semper esse annexas peccato. 166. 10.
Vota facere deo: licitum est & commendabile. 115. 1
Voti ædítio & persolutio : non minus ad nouũ,q̃ vet⁹ pertinet testamẽtũ. 116. 9
Vota perpetua,& toto vitæ spacio obligãtia:fieri deo posse. 119. 2
Vota monastica:veræ libertati Christianę & euãgelicæ nequaq̃ repugnare.139. 6
Vouendi vsum : tempore apostolorum & deinceps,frequentem fuisse. 150. 7
Votum castitatis:non reddi cuiq̃ impossibile. 161. 2
Voto castitatis astrictos,posse cũ dei adiutorio continere:si velint. 161. 3
Votum de eo recte fieri:quod à deo,dono est acceptum. 167. 4
Vota monastica:præcepto dei nequaq̃ repugnare. 156. 15
Votum continentię in religiosis:non est in castitatẽ coniugalẽ cõmutandũ.168. 2
Voto castitatis,non recte conferri impossibilium promissionem : & eorum quæ in nostra non sunt facultate, 167. 4
¶Vrbanus quartus:in sanctum eucharistiæ sacramentũ pie fuit affectus. 88. 2
¶Vsum ecclesiæ, longo tempore approbatum:non esse violandum. 24. 10.
¶Vt virtutes annuncietis eius,qui de tenebris vocauit vos . quomodo intelligendum. 66. 3
Vtilitas ingens, ex gymnasijs publicis in ecclesia dei prouenies:exemplo beati Augustini. 110. 1
¶ Vulpeculæ demolientes vineam: quos mystice signant. 109. 3

¶INDICIS ALPHABETICI, IN TRES OPERIS HVIVS LIBROS: FINIS.

¶Omnes huius voluminis codices,quaterni sunt præter vltimum:qui est ternus.